BR. 342 '21

I, 1.
p. 1—48.

N°. 21.

Fragmenta Patrum Graecorum Saeculi Secundi, & Veterum Auctorum de illis testimonia. Partes Duae.

pag. 180. — Testo greco e versione latina

La parte I^a di pag^e 244, scritte, e 4 bianche

La II^da parte di pag^e 180, scritte, e quattro in bianco.

I, 1.
p. 1—48.

I, 1.
p. 1 – 48.

A1814

Fragmenta Patrum graecorum saeculi secundi
et
veterum auctorum de illis testimonia.
Pars I. 1. Abercius – Irenaeus

Fragmenta Patrum (graecorum) & veterum auctorum de illis testimonia saeculi 2.i collecta et illustrata.

Pars I.a

S. Abercius.

An S. Abercius ad Saeculum secundum pertineat, incertum. Acta enim ejus; quae Simeoni Metaphrasti tribuit Allacci, (Allacci, de Simeon. Fab. 5. 188.) et, quae ~~graece~~ in Menaeis, apud Lipomannum, et Surium latine extant; fabulosa esse contendit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Eccl. Saint Papias, et Not. sur Saint Papias Note 3. Exam. de la fausse hist. de Saint Aberce. t. 2. 299. 621.) qui saeculo potius tertio vixisse Abercium autumat. (623) Sane Scriptor operis cujusdam contra Cataphrygas, qui non ante annum 212. scripsit, ~~videtur~~ haec ait apud ~~Marcellum~~ Eusebium: (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 16. Fab. 190.) ἐκ πλείστου ὅσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου ἀγαπητὲ Ἀουίρκιε Μάρκελλε ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην λεγομένην αἵρεσιν, ἐφεκτικώτερόν πως μέχρι νῦν διεκείμην = Plurimo jam, ~~abhinc~~ diutissimoque abhinc tempore scriptum aliquod contra haeresim dictam Miltiadis sectatorum componere a te jussus, dilecte Avirci Marcelle, continentior quodammodo hucusque permansi = Optime, post Halloix, (Halloix, de illustr. Oriental. Eccles. Scriptor. de vita S. Abercii. Tillem. 623.) observat Tillemont, Avircii nomen cum illo Abercii idem esse. Revera Nicephorus (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 23. Vales. not. et in marg.) pro Ἀουίρκιε = Avircie =, habet Ἀβέρκιε = Abercie = Latinum hoc nomen esse censet Valesius. (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. cap. 16.) De ~~Actibus~~ Actis Abercii videndi Lambecius, (Lambecius, Commentar. De Biblioth. Vindob. Lib. 4. Fab. 9. 49. ~~e~~) et Montfaucon (Montfaucon, Catal. Biblioth. Coislinian. Fab. l. c.) Hic de ipso sufficiant quae habet

Menologium Graecorum Basilii Imperatoris mense Octobris die vigesima secunda.

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου Ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως.

Commemoratio Sancti, et Apostolorum aequalis Patris nostri Abercii Episcopi Hierapoleos.

Ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἀβέρκιος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας Μάρκου, Ἐπίσκοπος γενόμενος Ἱεραπόλεως παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Ἦν δὲ θαυματουργὸς περιβόητος. Θέλων δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων πειρᾶσαι, εἰσῆλθεν εἰς τὴν τοῦ Βασιλέως θυγατέρα· ἥτις καὶ ἐζήτει τὸν ἅγιον, ἵνα θε=

Sanctus Pater noster Abercius Marco imperante vivebat, Hierapoleos Episcopus ordinatus a Sanctis Apostolis. Erat autem celebris thaumaturgus. Volens eum daemon tentare, Imperatoris filiam ingressus est, quae Sanctum quaesivit ut

ραπεύσῃ αὐτήν. Διὸ καὶ διὰ γραμμάτων βασιλικῶν πρὸς τὴν Ῥώμην ὥρμησε. Προσέταξε δὲ τῷ ὑπουργῷ αὐτοῦ βαλεῖν εἰς ἀσκὸν ἕνα ὄξος, καὶ γάρον, καὶ ἔλαιον· καὶ ὅτε μὲν αὐτὸς ἐξ αὐτῶν τι ἐξ ~~ἐξ~~ ἐζήτησεν, ἐξήνεχε τὸ ~~κεχ~~ κεχωρισμένον ἐν ἑκάστον. Ὅτε δὲ ὁ ὑπουργὸς αὐτοῦ ἠβουλήθη λάθρα ἐκβαλεῖν ἐξήρχοντο μεμιγμένα. Κατελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην τὴν μὲν θυγατέρα του βασιλέως ἰάσατο· τῷ δαίμονι δὲ προσέταξε τὸν πλήσιον κείμενον βωμόν, λίθον μέγαν ὄντα, ἀγαγεῖν εἰς Ἱεράπολιν· ὅτι σὺ μὲν παρεσκεύασάς με κοπιᾶσαι εἰς Ῥώμην, ἐγὼ δὲ προστάσσω σοι ἀγαγεῖν τὸν λίθον, καὶ θεῖναι ἐπάνω τοῦ τάφου μου. Ὃ δὲ γέγονε. Βιώσας δὲ ἐν ὁσιότητι τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

psam curaret. Quapropter litteris etiam imperialibus vocatus, Romam venit. Servo autem jussit in utrem unum mittere acetum, garum, ac ~~et~~ oleum: et cum ille quidem ex ipsis aliquid peteret separatim liquores singuli fluebant, mixte vero cum servus ~~ex~~ ejus ex illis aliquid vellet educere. Romam cum pervenisset Imperatoris filiam curavit, ac daemoni injunxit aram, quae juxta jacebat, lapide magna constantem, Hierapolim ferre. Quoniam tu, inquit, fecisti ut Romam usque laborioso itinere peregrinarer, ego te jubeo hunc deferre lapidem, meoque imponere sepulcro. Quod factum fuit. Cum autem in sanctitate reliquum vitae suae tempus egisset, ad Dominum profectus est.

Similia habent Acta Abercii, q supra jam memorata, in quibus Abercius ~~ipsum~~ scripsisse dicitur librum utilem admodum de disciplina, ad usum Presbyterorum, et Diaconorum suorum. Abercii epistolam ad M. Aurelium Antoninum Apostolico Spiritu plenam edere constituerat, sed amisisse queritur Baronius. (Baronius, Annal. an. Christi 163. §. 15. Tillem. 299.) De hac epistola Tillemont: (Tillemont, Not. sur Saint Papias Note 3. Exam. de la fausse hist. de Saint Aberce.) = Pour la lettre à Marc Aurele, dont Baronius fait de grands eloges; ne l'ayant point nous n'avons rien à en dire: et elle pourroit neanmoins avoir esté adressée à Heliogabale ou à Alexandre Severe. Car ils ont tous deux porté le nom de Marc Aurele: et Heliogabale prenoit mesme celui d'Antonin. = Monendum puto Abercium quemdam seculo ~~sex~~ quinto Hierapoleos itidem Episcopum Chalcedonensi concilio,+ adfuisse. (Till. 623. Labbè 4. 90.)

\+ et Synodo Romanae quintae (Lab. 4. 1369. d.)

Agrippa Castor.

Agrippa cognomento Castor contra haereticum Basilidem scripsit, ut testatur

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 7.

Εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τ' ἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. Ἐκφαίνων δ' οὖν αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία· προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν, καὶ Βαρκὼφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον· βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι· καὶ ἕτερα δὲ τούτοις παραπλήσια ἀμφὶ τοῦ Βασιλείδου καταλέξας ὁ εἰρημένος, οὐκ ἀγεννῶς τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως εἰς προῦπτον ἐφώρασε τὴν πλάνην.

Ad nos pervenit Agrippae Castoris, Scriptoris illa aetate celeberrimi, praestantissima Basilidis confutatio detegens praestigiorum viri illius atrocitatem. Ejus igitur revelans arcana ait ipsum quatuor, et viginti libros in Evangelium composuisse; prophetasque ab illo vocasse Barcabbam, et Barcoph, et aliosque sibi confinxisse, qui nunquam extiterunt, barbaris eis nominibus impositis, ut illos percelleret, qui super his stupore capiuntur. Docere inquit Basilidem, indifferens esse idolis immolata degustare, ac persequutionum tempore fidem indiligenter abnegare: suisque sectatoribus quinquennem silentium ait a Basilide im ~~p~~ Pythagorice impositum. Et aliis similibus de illo recensitis haud invalide dictus auctor retectae haeresis errorem in apertum protulit.

Eadem refert Nicephorus (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 2. Vales.) Nec absimile Hieronymi testimonium: (S. Hieronymus, Catal. Scriptor. Ecclesiast. Cap. 21. p. 175. Fab. 5. 147.) = Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, adversum vigintiquatuor Basilidis haeretici volumina, quae in evangelium confecerat, fortissime disseruit prodens ejus universa mysteria, et prophetas enumerans, Barcaban, et Marcob, et ad terrorem audientium alia quaedam barbara nomina. = + Isidorum quoque Basilidis filium eodem libro Agrippam confutasse colligunt eruditi viri ex his quae postquam Basilidem commemorasset ait (Theodor. 2. 207. p. 64. Clem. Alex. [illegible]

\+ Eadem habet ille, qui vulgo dicitur S. Hieronymus Indiculi haereseon numero 7. Contra hunc (Basilidem) Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus scribit, prodens universa ejusdem mysteria, et prophetas enumerans, Barcobbam, et Barcopet, et ad terrorem audientium alia etiam nomina barbara, religione composita, nominans etiam Deum maxi=

mum, Abraxas, qui quasi annum continens, si juxta Graecorum numerum computetur.

Theodoretus
Hereticarum fabularum Compendii Libro I. Capite 4.

Ἰσίδωρος ὁ τοῦ Βασιλείδου υἱὸς μετά τινος ἐπιθήκης τὴν τοῦ πατρὸς μυθολογίαν ἐκράτυνε. Καταγωνίζονται δὲ τούτους Ἀγρίππας ὁ καὶ Κάστωρ ἐπίκλην, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Ὠριγένης, τῆς ἀληθείας ὑπερμαχοῦντες.

Isidorus Basilidis filius cum quodam additamento patris figmenta confirmavit. Contra istos autem decertant Agrippa, qui et Castor cognomento dicitur, Irenaeus, Clemens Stromateus, et Origenes pro veritate pugnantes.

Sed non satis videre cur verba haec ambigua esse scribat praestantissimus Grabe. (Grabe, Spicileg. SS. Patr. ut et Haeret. Seculi post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Agrippa Castor. p. 126) +

+ Agrippam una cum aliis compluribus secundi saeculi Scriptoribus memorat Petrus Abbas Cluniacensis in Prologo librorum contra nefandam sectam Saracenorum §. 2.

Horum (Hereticorum) vesaniae obvii restiterunt illorum temporum magni, doctique homines, Agrippa, Justinus philosophus, et martyr, Theophilus Antiochenus episcopus, Apollinaris Gerapolitanus episcopus, Philippus Cretensis episcopus, Musanus, Modestus, Ireneus nostrae Lugdunensis Galliae famosus episcopus, et martyr, Rodon Asianus, Milciades, Apollonius, Serapion, Hippolytus, Victorinus, Rethicius Aeduorum episcopus, pluresque alii nobis ignoti.

S. Alexander I. Papa.

Alexandrum I. Papam contra Heracleonem, ut videtur, fabulatur scripsisse, ad serit, Graece ne, an Latine non addit, auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 16.

Quique omnium, qui per Tunc Sanctus Alexander ad singula quaeque capita hydri, singulos gladios Dei verbi de vagina Divinae legis eiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum in ingenio Sabinianum presbyterum destinavit, qui et scriptis Episcopi, ed et adsertione sua, ita eum confutaret, (forte confutavit) ut nocte media, navis praesidio fugeret, et ultra ubinam devenisset, penitus nullus sciret.

Ubi manuscriptus Codex Augiensis pro: Episcopi, habet: Episcoporum. Ce fait est beau, inquit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Not. sur le Valentiniens Note 3. Fables du Praedestin. sur Heracleon condamné par S. Alexand. Pape.) bien circonstancié, et a assez d' air de verité. Mais par malheur Saint Alexandre estoit mort dés l' an 120. long-temps avant qu' on connust Heracleon, et peut-estre mesme avant qu' il fust né. Idem recte notat Grabe: (Grabe, Spicileg. SS. Patr. ut et Heret. sec. post Chris. nat. I. II. et III. Sec. II. Heracleon Hereticus. p. 82.) Sed nullam, inquit, auctor iste meretur fidem in his, quae de Heracleone tradidit, quod tempora nullatenus congruant. Ait nempe sub Alexandro Episcopo Romano eum virus in Sicilia sparsisse. At verò jam ex Irenaeo aliisque probatum est, hydram istam sub Hygino demum emersisse, quem satis longo intervallo Alexander praecessit.

Anonymus.

Poetae cujusdam senis veteris locum contra Marcum Haereticum profert de eodem Marco loquens

S. Irenaeus Contra Hereses Libro I. Capite 15. §. 6.

Διὸ καὶ δικαίως, καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σου τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης, καὶ κῆρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι εἰπὼν οὕτως·

Unde juste, apteque tali tuae temeritati divinus senex, ac veritatis praeco metrice in te clamavit, sic dicens:

„Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, καὶ τερατοσκόπε,
Ἀστρολογικῆς ἔμπειρε, καὶ μαγικῆς τέχνης,
Δι' ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα,
Σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπό σου πλανωμένοις,
Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,
Ἃ σὺ χορηγεῖς ὡς πατὴρ Σατανᾶ, εἰ
Δι' Ἀγγελικῆς δυνάμεως (ἐγχειρήματα) ποιεῖν Ἀζαζὴλ ποιεῖν
Ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας."

„Idolorum fabricator Marce, et monstrorum observator
Astrologicam callens, ac magicam artem
Per quae doctrinas erroris confirmas
Signa ostendens iis qui a te sunt decepti
Apostaticae virtutis inceptus
Quae pater tuus Satanas tibi tribuit
Per Angelicam vim Azazelis praestare
Habens te praecursorem adversae Deo versutiae"

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης.

Et haec quidem amator Dei senex.

Sextus tres jambus (Fab. 5. 338.) valde est corruptus. In eorum primo pro: Ἃ σὺ χορηγεῖς, legit vetus Irenaei interpres: Ἃ σοὶ χορηγεῖ, vel Ἃ σοι χορηγεῖ (Petav.) quemadmodum legendum putant Gallasius quoque, Billiusque, ac Petau, (Petau, Animadvers. ad S. Epiphan. adversus Heres. lib. 1. adversus haeres. XIV. sive XXXIV. Cap. 11. t. 2. 73.) qui ibidem pro: ὡς πατὴρ Σατανᾶ εἰ, scribendum suspicatur: σὸς πατὴρ Σατανικός. Scaliger legit: σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεὶ. (Petav. Iren. not.) Sed vocem ἀεὶ non agnoscit vetus interpres, vocem vero σὸς in sua versione repraesentat. In sequenti versu vocem ἐγχειρήματα delent Billyus, Petau,

(Petau, l. c. §. 6.) Massuet, (Massuet, ad S. Irenaeum Contra Haereses Lib. 1. Cap. 15.) aliique. Mirum est errores omnes, qui in duobus hisce versibus occurrunt reperiri etiam apud Epiphanium, (S. Epiphanius, Adversus Heres. Lib. 1. adversus Heres. 14. sive 34. Cap. 11.) qui Irenaei locum et in illo adlatos Anonymi jambos exhibet. +

+ Quaedam hic addenda vide pag. 243. num. 1.

Apion.

De Apione Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Scriptor. Eccles. Cap. 49. Fab. 199.) = Appion sub Severo principe, similiter in Hexaemeron tractatus fecit. = Laudat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 27.

Τά τε Κανδίδου εἰς τὴν Ἑξαήμερον· καὶ Ἀπίωνος εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν.	Commentaria scripta Candidi in Hexaemeron, et Apionis de eodem argumento.

Male = Appius = legitur apud Rufinum. (Fab. l. c. Rufin.) Idem Apion. Hunc Apionem eumdem suspicor sed Apionis nomen recte h ut par est occurrit in Nicephoro. (Nicephorus, Hist. Eccles. Lib. 4. Cap. 35.)

S. Claudius Apollinaris.

Quo tempore floruerit Claudius Apollinaris liceat cognoscere ex eo, quod habet

Eusebius in Chronico anno Domini Christi 173. Olympiade 137.

Apollinaris Asianus, Hierapolitanus Episcopus insignis habetur.

Quae ipsa verba exscripsit Prosper. (S. Tiro Prosper, in Chron. Ronc. 1. 590.) Apollinarem ipsum memorat etiam

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5653. Christi 153.

Ἀπολλινάριος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς ἐν Ἀσίᾳ, ἱερὸς ἀνὴρ, ἤκμαζε.	Apollinaris episcopus Hierapoleos in Asia, vir sacer, florebat.

De illo audiendus

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 27.

Τοῦ δ᾽ Ἀπολιναρίου πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· λόγος ὁ πρὸς τὸν εἰρη προειρημένον Βασιλέα, καὶ πρὸς Ἕλληνας συγγράμματα πέντε, καὶ περὶ ἀληθείας πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ ἃ μετὰ ταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς φρυγῶν αἱρέσεως μετ᾽ οὐ πολὺν καινοτομηθείσης χρόνον· τότε γεμὴν ὥσπερ ἐκφύειν ἀρχομένης, ἔτι τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ πρ ψευδοπροφήτισιν ἀρχὰς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου. Τοσαῦτα δὲ περὶ τοῦδε λεκτέον.	Apollinaris autem cum multa apud multos scripta serventur, ad nos ista pervenerunt: sermo ad supradictum Imperatorem; contra Gentiles libri quinque; de veritate primus, et secundum; contra Judaeos primus, et secundus, et quae post haec scripsit contra Cataphrygarum haeresim nuperque haud multo ~~antea~~ post tempore novas res adgressa est exortam ~~ab~~ Ecclesia separatam, ac tunc velut exoriri incipientem, Montano insuper cum falsis suis prophetissis deviandi initia faciente. Haec de Apollinare dicenda.

Similia habet Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccles. Cap. 26.) = Apollinarius, Asiae Hierapolitanus Episcopus, sub imperatore M. Antonino Vero floruit, cui et insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Extant ejus et alii quinque adversum gentes libri, et de veritate duo, et adversum Cataphrygas, tunc primum exortos, cum Priscilla, et Maximilla insanis vatibus, incipiente Montano. = Ubi haud meminit Hieronymus librorum contra Judaeos, quos nec Eus Rufinus nominat nec in Co

Codi Eusebii Codicibus Mazarino, Mediceo, et Fuketiano, quos Vale=
sius memorantia vidit. Extat tamen ejus mentio apud Nicephorum. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 11) Adlati loci Eusebiani verba illa: μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης χρόνον non agnoscunt Hieronymus, et Rufinus. Postrema itidem verba: τοσαῦτα δὲ περὶ τοῦδε λεκτέον, nec in Rufino versa leguntur, neque in citatis Codicibus occurrunt Mazarino, Mediceo, et Fuketiano, licet reperiantur in Codice Regio Parisiensi. † Apollinaris meminit Hieronymus * alio etiam in loco, quem referam cum de Dionysio Corinthiorum Episcopo sermo fuerit. ‡ Ejus opus contra ~~Contr~~ Cataphrygas memorat etiam Serapio apud Eusebium, (Serapio, apud Euseb. Hist Eccles. Lib. 5. Cap. 19.) cujus verba adducam cum de Serapione agam. Sed et paulo alibi Apollinarem nominat

Idem loco citato Libro V. Capite 16.

Πρὸς μὲν οὖν τὴν λεγομένην Κατὰ φρύγας αἵρεσιν, ὅπλον ἰσχυρὸν, καὶ ἀκαταγώνιστον, ἐπὶ τῆς Ἱεραπόλεως τὸν Ἀπολινάριον, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος πεποίητο· ἄλλους τε πολλοὺ σὺν αὐτῷ πλείους τῶν τηνικάδε λογίων ἀνδρῶν, ἡ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος ἀνίστη δύναμις.

Adversus Haeresim quidem quae Cataphrygum dicitur, validum gladium, ac insuperabilem, Apollinarem Hierapoleos Episcopum, cujus et supra mentio facta est; viros que alios complures ex illis, qui tunc eloquii virtute praestabant, propugnatrix veritatis vis excitavit.

Contra Montanistas scripsisse Apollinarem ait etiam ~~Theodore~~tus* (~~Theodoretus~~, ~~Aeretic. fabul. Compend. Lib. 3. Cap. 2. Fab.) qui tum rerum divinarum tum prophanae disciplinae cognitione praeditum addit~~ Theodoretus ipse loco quem adducam de Musano verba faciens Apollinarem ~~ipsum~~, ~~eumque~~ scripsisse testatur etiam contra Severianos, (~~Idem~~, l. c. ~~Lib. 1. Cap. 21. Fab.)~~ sed incertum an peculiari opere id fecerit. Laudat Photius (Photius Biblioth. Cod. 14.) Apollinaris libros contra Gentiles; quos Nicephorus in modum dialogi scriptos innuit; itemque περὶ εὐσεβείας, καὶ ἀληθείας = de pietate, et veritate = incertum an unum opus, vel duo. Sane librum de veritate memorant Eusebius quoque, et Hieronymus; opus autem de pietate, diversum ab illo de veritate suspicatur Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. cap. 1. §. 24.) et idem cum sermone, sive scripto opere pro fide Christianorum, quod M. Aurelio Antonino obtulit Apollinaris.

† Redundantibus forte istis, verba: ὑπὲρ τῆς πίστεως = pro fide = post vocem λόγος = sermo = ex in eodem Eusebii loco excidisse putantur, ex Nicephoro (Idem, l. c. Fab.) fortasse, et Hieronymo restituenda. * (S. Hieronymus, Epist. 84. ad Magnum. 2. 251.)

‡ Eum laudat etiam in Prologo librorum Petrus Abbas Cluniacensis Contra nefandam sectam Saracenorum ~~Lib~~ §. 14.

Sequatur hunc ad hoc astruendum Apollinaris urbis Hierapolis, quae est in Asia, episcopus, qui non solum Imperatori Marco Antonino Vero insigne volumen pro fide Christiana dedit, sed et alios quinque adversus gentes libros conscripsit.

* Quaedam hic addenda vide pag. 11. num. 1.

Synodum quoque contra Montanum congregasse Apollinarem ipsum, testatur ‡

Synodicon Vetus Capite V.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ἀπολιναρίου τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων εἰκοσιὲξ ἐπισκόπων· ἀποκηρύξασά τε, καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν, καὶ Μαξιμίλλαν, τοὺς ψευδοπροφήτας· οἱ καὶ βλασφήμως, ἤτοι δαιμονιῶντες, καθώς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέστρεψαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτέα.

Synodus divina, et ~~sancta~~ sacra provincialis, Hierapoli Asiae ~~congre~~ celebrata congregata ab Apollinari Episcopo hujusce sanctissimo, aliisque sex et viginti Episcopis: quae a communione ejecit, et separavit pseudoprophetas Montanum, et Maximillam, qui blaspheme, sive a daemone obsessi, ut pater ipse dicit, vitam immutarunt. Cum istis autem, et Theodotum Coriarium Synodus condemnavit.

Opus Contra Cataphrygas Avircio, sive Abercio Marcello inscriptum, de quo Eusebius, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 16.) Apollinari nostro tribuendum non esse ostenderunt Valesius, (Valesius, ad Euseb. l. c.) et Tillemont. (Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Eccl. ~~Lib.~~ Note. 2. sur S. Apollinaire Note 2. D'un ouvrage contre les Montanist. mal attribué à S. Apollin.) Contrariam sententiam tenent Christophorsonus, (Vales.) Baronius, (Baronius, Annal. An Christi 173. §. 19. Till.) Bollandus, (Bollandus, ad diem 7. Februar. Fab. 189. Till.) Baluzius, (Baluzius, Supplem. Conciliorum Labbei. Fab. 11. 118. 5. 190.) aliique; (Till.) sed ~~et~~ prima melior est, licet secunda Nicephoro etiam (Nicephorus, ~~E~~ Histor. Eccl. Lib. 4. cap. 23. Till. vales.) et Rufino (iid.) placuerit. Contendit itidem Tillemont (Tillemont, Lettre au R. P. Lami sur son traité de l'ancienne Pasque des Juifs Part. 2. §. 72.) ad Apollinarem nostrum haud pertinere fragmentam ista, quae refert

Chronicon Paschale in Praefatione.

Τοῦ Ἀπολιναρίου Ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, ὅτι ἐν ᾧ καιρῷ ὁ Κύριος ἔπαθεν, οὐκ ἔφαγε τὸ τυπικὸν Πάσχα.

Apollinaris Hierapoleos Episcopi, quod eo tempore, quo Dominus passus est, non comedit typicum Pascha.

Καὶ Ἀπολινάριος δὲ ὁ ὁσιώτατος Ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς Ἀσίας ὁ ἐγγὺς τῶν Ἀποστολικῶν χρόνων γεγονὼς ἐν τῷ περὶ τοῦ

Et Apollinaris Hierapoleos Asiae sanctissimus Episcopus, qui proximus Apostolicis temporibus fuit in libro de Paschate

Πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια ἐδίδαξε λέγων οὕτως· „Εἰσὶ τοίνυν οἳ δι' ἄγνοιαν φιλονεικοῦσι περὶ τούτων, συγγνωστὸν πρᾶγμα πεπονθότες· ἄγνοια γὰρ οὐ κατηγορίαν ἀναδέχεται, ἀλλὰ διδαχῆς προσδεῖται· καὶ λέγουσιν ὅτι τῇ ιδ'. τὸ πρόβατον μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Κύριος, τῇ δὲ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων αὐτὸς ἔφαγε παθε, καὶ διηγοῦνται Ματθαῖον οὕτω λέγειν ὡς νενοήκασιν· ὅθεν ἀσυμφώνως τε νόμῳ ἡ νόησις αὐτῶν, καὶ στασιάζειν δοκεῖ κατ' αὐτοὺς τὰ Εὐαγγέλια." Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ γέγραφεν οὕτως· „Ἡ ιδ'. τοῦ ἀληθινοῦ τοῦ Κυρίου Πάσχα; ἡ θυσία ἡ μεγάλη, ὁ ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ παῖς Θεοῦ, ὁ δεθεὶς, ὁ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ὁ κριθεὶς κριτὴς ζώντων, καὶ νεκρῶν, καὶ ὁ παραδοθεὶς εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ, ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος, καὶ ὁ τὴν ἁγίαν πλευρὰν ἐκκεντηθεὶς, ὁ ἐκχέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, ὕδωρ, καὶ αἷμα, λόγον, καὶ πνεῦμα, καὶ ὁ ταφεὶς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ Πάσχα, ἐπιτεθέντος τῷ μνήματι τοῦ λίθου."

consentanea docuit ita dicens. „Sunt igitur quidam, qui ignorantiae caussa de rebus hisce contendunt, rem passi indulgentia dignam; (ignorantia non enim non accusationem admittit, sed eget doctrina) et inquiunt die quartadecima agnum cum discipulis Dominum comedisse, ipsumque magna azymorum die passum esse, et ac Matthæum narrant ita dicere quemadmodum cogitant ipsi; adeo unde et a lege dissonat eorum cogitatio, et pugnare contra ipsos videntur Evangelia." Et rursus idem in libro ipso sic scripsit: „Quartadecima dies veri Paschatis Domini, sacrificium magnum, pro agno filius Dei; vinctus, est qui fortem vincit; judicatus, judex vivorum, et mortuorum; traditus in manus peccatorum, ut crucifigeretur, qui elatus est super cornua unicornis; sacrum latus transfixus, qui e latere suo duo rursus effudit purgantia, aquam, et sanguinem, verbum, et spiritum, e qui sepultus est die Paschatis, monumento lapide imposito."

Haec fragmenta ediderat jam Dionysius Petau in Uranologio, (p. 487) et postea du Cange ex Chronico Paschali cum aliis hujusmodi praemisit. (Tab. 2. 97 not.) Alibi etiam Apollinaris memoratur

Ibidem 137. Olympiade.

Μελίτων Ἀσιανὸς τῆς Σάρδεων πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ Ἀπολινάριος Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου βιβλίον ἀπολογίας Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Ἀντωνίνῳ ἀπέδωκαν, Ἰουστίνου τελειωθέντος, καὶ ἄλλων πολλῶν.

Melito Asianus Sardium urbis Episcopus, et Apollinaris Episcopus Hierapoleos, et aliiq. complures, dogmatis nostri librum apologeticum Marco

Aurelio Antonino dederunt, Justino multisque aliis morte sublatis.

+ Quaedam hic addenda vide infra num. 2.

Rursus etiam in eodem Chronico mentio Apollinaris occurrit, sed ejus verba proferam cum de Miltiade loquar.+ Socrates (Socrates, Hist. Eccl. Lib. III. Cap. 7.) et ex eo Nicephorus (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 10 Cap. 14.) Apollinarem testantur veram doctrinam adseruisse de Christo anima ~~humana~~ predito. Socratis locum de Serapione agens adducam.+ Apollinaris meminit etiam

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 163.

Apollinaris Asianus Hieropoli, et Dionysius Corinthi, clari habentur Episcopi.

Eadem leguntur in Bedæ libro de sex aetatibus mundi.

Paralipomena

Pro pag. 8. [1.]

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro III. Capite 2.

Κατὰ τούτων συνέγραψε Ἀπολινάριος, ὁ τῆς κατὰ Φρυγίαν Ἱερᾶς πόλεως ἐπίσκοπος γεγονὼς, ἀνὴρ ἀξιέπαινος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων, καὶ τῶν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς.

Contra istos scripsit Apollinaris Hieropoleos Phrygiae episcopus, vir laude dignus, atque tum in divinarum rerum cognitione, tum in profanarum scientia versatus.

Pro hac pag. [2.] Haud novi utrum ad Apollinarem nostrum referenda sint quae habet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 5.

Τοῖς δέ γε ἡμετέροις ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἁπλῶς, καὶ ἀκακοήθει τρόπῳ τὸ πραχθὲν παραδέδοται. Τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολινάριος, ἐξ ἐκείνου φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ Βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ.

Nostri autem, utpote veritatis amatores, simpliciter, et ingenue rem scriptis tradiderunt. Ex his est et Apollinaris, qui legionem illam, quae precibus miraculum perpetravit, consentaneam rei denominationem ab Imperatore accepisse, atque Latina lingua fulmineam fuisse adpellatam.

Quae ex Claudii Apollinaris pro Christianis apologia petita esse suspicor.

S. Apollonius Corinthi Episcopus.

Innotescit nobis Apollonius Corinthiorum episcopus ex eo, quod de Cerdone Haeretico loquens inquit auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 23.

Contra hunc suscepit Sanctus Apollonius Corinthiorum Episcopus Corinthiorum, eumque omni cum Synodo Orientali damnavit, reddens rationem, hunc esse Deum patrem Domini nostri Jesu Christi, de quo Moyses in capite libri sui dicit: „In principio fecit Deus caelum, et terram.„ Omnes veteris Testamenti irreprehensibiles secundum Apostolum adprobavit, dicens: „Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet?„

De quo loco Tillemont: (Tillemont, Mem. pour servir à l'Hist. Eccl. l'Heresie des Marcionites art. 5. p. 274. fin) = Comme tout ce que les bons auteurs nous apprennent de Cerdon, se passa à Rome, on ne doit pas avoir aucun égard à un auteur déja trop suspect d'ailleurs, qui sans parler de Rome, ni du Pape Hygin, donne à Cerdon pour principal adversaire, un S. Apollone Evesque de Corinthe, qui le condamna, dit-il, avec tout le synode d'Orient; comme si l'Orient avoit rien de commun avec Corinthe. = In adlato Praedestinati loco, pro = pr eumque omni cum Synodo, = in manuscripto Augiensi legitur: = eumque omnis Ecclesia cum Synodo. =

Apollonius Ephesi Episcopus.

Apollonium illum, Scriptorem nobilissimum, qui Montanistarum haeresim edito opere confutavit, teste preter alios Theodoreto, (Theodoretus, Haeret. Fabul. Compend. Lib. 3. Cap. 2.) + Ephesiorum Episcopum fuisse ~~constat~~ advertit ex auctore ~~libr~~ operis, quod inscribitur:

+ cujus ~~locum~~ verba de Miltiade loquens ~~exscribam~~; exhibebo;

Praedestinatus Libro I. Capite 26.

Hos ~~Ap~~ Scripsit contra eos librum Sanctus Soter Papa urbis, et Apollonius Ephesiorum Antistes. ‡

‡ Contra quos scripsit Tertullianus presbyter Carthaginensis.

Paulo post de Pepuzianis inquit idem auctor

Ibidem Capite 27.

Hos Apollonius superavit Ephesiorum Episcopus.

Ex Apollonii opere contra Montanistas insignia fragmenta profert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 18.

Τῆς δὲ κατὰ φρύγας καλουμένης αἱρέσεως, καὶ Ἀπολλώνιος Ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἀκμαζούσης εἰσέτι τότε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔλεγχον ἐνστησάμενος, ἴδιον κατ' αὐτῶν πεποίηται σύγγραμμα· τὰς μὲν φερομένας αὐτῶν προφητείας ψευδεῖς οὔσας κατὰ λέξιν εὐθύνων· τὸν δὲ βίον τῶν τῆς αἱρέσεως ἀρχηγῶν ὁποῖός τις γέγονε διελέγχων. Αὐτοῖς δὲ ῥήμασι περὶ τοῦ Μοντανοῦ ταῦτα λέγοντος ἄκουε· „ Ἀλλὰ ~~τὶς~~ τίς ἐστιν ec. v. Euseb. edit. Taurini p. 203 usque ad finem Capitis pag. 204.

Apollonius quoque Ecclesiasticus Scriptor, vigente adhuc aetate sua haeresi, quae Cataphrygum dicitur, eam confutare adgressus, peculiare adversus Cataphrygas scriptum composuit: et circumlatas eorum falsas prophetias verbum ad verbum perpendens; et vitam incusans uniuscujusque haeresis auctoris. Propriis autem verbis eum haec de Montano dicentem audi: „Sed quisnam est novus iste magister? opera ejus ostendunt, et doctrina. Hic est qui nuptiarum dissolutiones docuit; qui jejunia imposuit; qui Pepuzam, et Tymium, Hierusalem adpellavit, (parvae autem hae sunt Phrygiae civitates) omnes undique homines ibi volens congregare; qui pecuniarum constituit exactores; qui munerum captationem oblationum nomine obtexit, qui dognata sua praedicentibus salaria suppeditat, ut escarum aviditate dogmatis doctrina firmetur.„ Et hec quidem de Montano. De ejus autem prophetissis aliquanto post ita scribit: „Ostendimus igitur principes hasce prophetissas, simul ac fuere spiritu impletae, viros suos reliquisse: quam

tum itaque mentiebâtur ii, qui Priscam, virginem adpellabant!„ Postmodum subjungit: „ Nonne Scriptura universa videtur tibi prophetę interdicere munerum, pecuniarumque adceptionem? Cum ergo videam prophetissam et aurum, et argentum, et pretiosas vestes excepisse, quomodo quo illam non respuam? „ Rursus autem inferius de quodam ex iis qui Confessores ab ipsis vocâtur, haec ait: „ Themison praeterea, speciosa indutus avaritia, qui confessionis signum non sustinuit, sed auri copia vincula abjecit: cum ea de causa humilius sentire deberet, martyrem se jactans, ausus est Apostolum imitans, Catholicam epistola confecta, illos adspernare [infirmare], qui melius quam ipse crediderant; vanitatisque dogmata propugnare; et in Dominum, Apostolos, ac Sanctam Ecclesiam blasphemare. „ Et de aliis rursus + ex illis, quos ipsi ut martyres colunt, ita scribit: „ Sed ne de pluribus dicamus, respondeat nobis prophetissa de Alexandro, qui se martyrem vocat, cum quo ipsa epulatur, quem et ipsum plures adorant, cujus latrocinia, aliaque facinora flagitia, pro quibus poenas persolvit, haud necesse est nos dicere, habentur vero in tabulario. Quis igitur alteri peccata condonat? Propheta ne martyri latrocinia, an avaritias martyr prophetae? Cum enim dixerit Dominus; nec aurum, nec argentum, nec duas tunicas possideatis; omnino contra, in vetitarum opum possessione isti peccarunt. Ostendemus enim illos, quos martyres ipsi vocant, et prophetas, non a divitibus tantum, sed a mendicos etiam, pupillos, ac viduas pecunias emungere. Quod si fiduciam hac in parte habeant, stent, et de hisce disceptent; ut si convicti fuerint, saltem peccare cessent in futurum. Opus est enim Prophetę fructus examinare, siquidem arbor e fructu dignoscitur. Ut vero iis qui a hoc exoptant, res, quę ad Alexandrum pertinent innotescant, judicatus est ab Aemilio Frontino Proconsule apud Ephesios, non propter Christi nomen, sed propter patrata latrocinia, cum jam a fide esset Apostata: deinde Domini nomen ementitus, liberatus est, fidelibus illius loci deceptis. Propria autem, unde ille erat Ecclesia, eum non recepit, eo quod fur esset. Qui vero discere cupiunt ad ipsum spectantia, habent ut consulant, publicum Asiae archivium. Eum haud noscit propheta, cum quo pluribus ille annis versatus est. Hunc nos convincentes, hoc ipso prophetę arguimus falsitatem. Similia et in multis aliis demonstrare valemus; quod si fidenti sunt animo, adcusationem sustineant. „ Iterumque de prophetis, quos celebrant, haec in alio operis loco subjungit: „ Si munera a prophetis suis non adcepta contendant, id fateantur, eos non esse prophetas, si munera adcepisse convincantur: et innumera rei documenta proferemus. Sane necesse est, ut omnes prophetae fructus examinentur. Dic mihi, fucat ne comam propheta? an stibio illinit oculos? propheta ornari studet? tabulis ne ludit, ac a tesseris? propheta foenus exposcit? Haec fateantur, et dicant ista ne [agere] liceant, an non. Quod autem ab ipsis agantur id ego [de]monstrabo.„ Hic ipse Apollonius ~~testatur~~ in eodem opere testatur, cum scriberet, quadragesimum annum esse, ex quo Montanus simulatam suam prophetiam ementiri adgressus ~~est~~ [fuerit]: rursusque ait, Zoticum, cujus etiam prior Scriptor meminit, ~~cum~~ supervenientem cum Maximilla jam Pepuzis prophetare simularet, operantem in illa spiritum coarguere tentasse, cohibitum vero fuisse ab iis, qui eadem cum ipsa sentiebant. Memorat etiam Thraseam quemdam e numero illorum, qui martyres eo tempore fuerunt. Praeterea quasi ex traditione inquit, Salvatorem Apostolis suis injunxisse, ne ante duodecimum annum Hierosolymas relinquerent. Testimoniis etiam utitur ex Joannis Apocalypsi desumptis, mortuumque narrat Ephesi ab eodem Joanne divina virtute suscitatum, aliaque nonnulla scribit quibus supradictae haeresis errorem scienter, et plenissime exposuit. Haec Apollonius.

Cum graeca describentur, ponatur: συνεσθιᾶται.

προστεταχέναι

Eadem occurrunt apud Nicephorum. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 25.) Nec dissonat Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccles. Cap. 40.) „ Apollonius, vir disertissimus, scripsit adversus Montanum, Priscillam, et Maximillam insigne, et longum volumen, in quo aserit Montanum, et insanas vates periisse suspendio: et multa alia, in quibus de Priscilla, et Maximilla refert: „ Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas, qui accipiunt: et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis fructibus probantur prophetae. Dic mihi, crinem fucat propheta? stibio oculos linit? propheta vestibus, et gemmis ornatur? propheta tabula ludit, et tesseris? Propheta foenus accipit? Respondeant, utrum hoc fieri liceat, an non: meum est approbare quod fecerint. „ Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum usque ad tempus, quo ipse scribebat librum, ex quo haeresis Cataphrygarum habuerit exordium. Tertullianus, sex voluminibus adversus Ecclesiam editis, quae scripsit περὶ ἐκστάσεως, septimum proprie adversus Apollonium elaboravit, in quo omnia, quae ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius sub Commodo, Severoque principibus. = + De Tertulliano ait ~~etiam~~ auctor supra citati operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 46.

Tertullianum autem Catholica hinc reprehendit auctoritas, quod ani=

+ Quae in priore hujus loci parte continentur, habet etiam auctor, qui vulgo audit

S. Hieronymus Indiculi Haereseon ~~Capite~~ numero 32.

Contra horum supra memoratorum prophetas; Apollonius, vir disertissimus, scripsit insigne volumen, et longum; asserens Montanum, et insanos (Hieron. insanas) ejus vates periisse suspendio, et multa alia, in quibus de Prisca, et Maximilla refert: „ Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse prophetas, qui accipiunt, et mille hoc testibus approbabo. Sed et ex aliis fructibus probantur prophetae. Dic mihi, crinem fucat Prophetes? (male al. fugat. Isidor. 3. 527. not.) stibio oculos linit Propheta? ad tabulas ludit, et tesseras propheta? foenus accipit? (forte: tesseras? proph. foenus ec.) Respondeant, utrum haec fieri liceat, an non. Meum est probare quia fecerunt. „

mam ex anima nasci dicit, et defendit Montanum, et Priscam, et Maximillam, contra fidem Catholicam, et contra Apollonium Episcopum Orientis, et contra Soterem Papam urbis Romae, ut supra diximus, dum Cataphryges haereticos detegeremus

Opus Apollonii adversus Montanistas memorat etiam

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 194.

Apollonus disertissimus vir scribit adversus Montanum, Priscam, et Maximillam: et disserit, Montanum, et insanas vates ejus periisse suspendio

S. Apollonius Martyr.

Apollonium Martyrem cum illo qui contra Montanistas opus edidit perperam confunderunt Nicephorus, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 26.) et Blondel. (Blondel, Traité sur les Sibylles Liv. 2. chap. 2. Till. 3. 614.) Alterum ab altero manifeste distinguit Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccles. ~~Lib.~~ Cap. 40. 42.) qui de Apollonio Martyre haec habet: = Apollonius, Romanae urbis Senatore sub Commodo principe a servo Severo proditus, quod Christianus esset, imperato ut rationem Fidei suae redderet, insigne volumen composuit, quod in Senatu legit, et nihilominus sententia Senatus pro Christo capite truncatus est, veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum judicium pertracti essent. = Ubi Severi nomen perperam legi, ex errore alicujus librarii, qui pro = servo = scripserit: = Severo =, autumat Tillemont. (Tillemont, Mem. pour servir à l'Hist. Eccl. Not. sur Saint Apollone Senateur Note 3. Si le denonciateur du Saint s'appelloit Severe.) ✝ In Sophronii versione legitur Severo a Servo traditum Apollonium esse: παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρῳ προσδοθεὶς: in quo erravit Sophronius, nisi in versione ipsa legendum: παρὰ Σεβήρου. In adlato Hieronymi loco, = imperato = revera legendum esse contendit Tillemont, (Le même, l.c. Note 4. Qu'il faut lire „imperato„ dans S. Jerome au lieu d'„impetrato„; et que les Prefets du Pretoire estoient juges des Seneteurs.) non = impetrato =. + Ceterum, licet Hieronymus in Catalogo suo Apollonium Martyrem inter graecos scriptores referat, tamen latine eum scripsisse videtur innuere Idem

✝ Revera in Codice Veronensi servi nomen non habetur, ut testatur Maffei. (Maffei, Biblioth. Verone. ms. Manuscr. Par. I. t. ~~[illegible]~~ II. 167.)

+ Quam sententiam confirmat auctoritas veteris Martyrologii Romani, in quo ita legitur: (Martyrologium Romanum 14. Kal. Maji) = Romae B. Apollonii Senatoris, qui sub Commodo Principe, et Perennio Praefecto, a servo proditus quod Christianus esset, jussus ut rationem Fidei suae redderet, insigne volumen composuit, quod in Senatu legit, et nihilominus sententia Senatus pro Christo capite truncatus est. = Eadem habet Martyrologium, cui Bedae nomen praefigitur.

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 53.

Tertullianus presbyter, nunc demum primus post Victorem, et Apollonium Latinorum ponitur.

Apollonium ipsum nihilominus memorat, dum de graecis Scriptoribus loquatur

Idem Epistola 84. ad Magnum.

Hippolytus quoque, et Apollonius Romanae urbis Senator propria opuscula condiderunt.

Apollonium, Senatorem vero non fuisse disputat Scaliger, (Scaliger, ad Euseb. Chron. Till. 613.) eaque de re dubia movet Stephanus le Moyne, (Le

+ quibus adsentitur Carolus Majellari, in fine Dissertationis de Eusebiana Actorũ Veterum Martyrũ Collectione.

* Apollonium, Senatorem vocat etiam Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 194. Apollonius Senator, martyr efficitur.

Ita et Petrus Abbas Cluniacensis in Prologo librorum contra nefandam sectam Saracenorum §. 14. Composuit et Apollonius Romanae urbis Senator, sub Commodo principe, ac Severo, insigne contra paganos volumen, quod rationem fidei suae reddens, in Senatu legit, ac post lectionem, ejusdem Senatus sententia, pro Christo capite truncatus est.

Moyne, ad Prolegom. ad Var. Sacra.) nec sine causa, non ut egere inquit Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 24. in not. p. 191.) Hieronymi sententiam tuentur Valesius, (Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 21. p. 208. d. e.) et Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Eccl. Cap Not. sur saint Apollone Senat. Note 1. Sur les titres qu' on luy donne de senateur et d' M. Aurelii Antonini familiarem, apologiste.) + Apollonium illum qui Bardesanem hortatus est, Epiphanio teste, ut Christianum se Idem negaret, (S. Epiphanius, adversus haeres. lib. 1. advers. haeres. Cap. 1. 36. sive 56.) eumdem Baronius (Baronius, Annal. an. Christi 175. §. 18. Till. 2. 455. 3. 614.) existimat cum Apollonio Chalcidonio, aut Chalcideno, Stoico philosopho, M. Antonini magistro, de quo Capitolinus, (Cap Julius Capitolinus in Vit. Antonini Pii, M. Antonini Philos. et Aelii Veri.) Eusebius, (Eusebius, in Chron.) M. Aurelius Antoninus, (M. Aurelius Antoninus, ad seips. Lib. I. sect. 8. 17.) Eutropius, (Eutropius, Hist. Rom. Breviar. Lib. 8. Cap. 12.) Xiphilinus, (Xiphilinus, in Vita M. Antonini Philos.) Syncellus. (Syncellus, Chronograph.) Idem cum Baronio sentiunt Petau, (Petau, ad S. Epiphan. adversus haeres. Lib. 1. advers. haeres. Cap. 1. 36. sive 56.) aliique; (Till. 2. 455.) neque hanc conjecturam improbandam censeo. verum addit Baronius, (Baronius, Annal. an. Christi 189. §. 2. Till. (c.) Apollonium Epiphanio memoratum eumdem forte esse, cum Apollonio Martyre, qui e pagano, Christianus evaserit, quae nimis audax mihi videtur suspicio. Sane, ut ait Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' His. Eccl. Not. sur Saint Apollone Senateur Note 2. Le saint distingué de quelques autres Apollones.) = il y a bien loin depuis l' an 140 ou environ, qu' Antonin fit venir cet Apollone (Stoicien) d' Orient, comme un celebre maistre de philosophie jusqu' à l' an 186, vers lequel il faut mettre le martyre du Senateur. Il faudroit aussi que le stoicien eust bien changé de moeurs pour devenir un martyr. Car son esprit estoit encore plus opposé au Christianisme que sa croyance. = Sed jam de Apollonio Martyre audiendus

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 21.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τῆς Κομόδου βασιλείας χρόνον, μεταβέβλητο ~~μὲν ἐπὶ τὸ πρᾶον τὰ καθ' ἡμᾶς, εἰρήνης σὺν θείᾳ χάριτι τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλαβούσης Ἐκκλησίας~~ etc. v. Euseb. p. 207. usq. ad fin. Cap.

Eodem autem Imperii Commodi tempore

Ἐπὶ γοῦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως Ἀπολλώνιον ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον εἰς δικαστήριον ἄγει (ὁ Δαίμων) ἕνα γέ τινα τῶν εἰς ταῦτα ἐπιτηδείων αὐτοῦ διακόνων, ἐπὶ κατηγορίᾳ τἀνδρὸς ἐγείρας· ἀλλ' ὁ μὲν δείλαιος παρὰ καιρὸν τὴν δίκην εἰσελθὼν, ὅτι μὴ ζῆν ἐξὸν ἦν κατὰ βασιλικὸν ὅρον τοὺς τῶν τοιῶνδε μηνυτὰς, αὐτίκα κατάγνυται τὰ σκέλη, Περεννίου δικαστοῦ τοιαύτην κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἀπενέγκαντος. Ὁ δέ γε θεοφιλέστατος μάρτυς, πολλὰ λιπαρῶς ἱκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντος, λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως ἐπὶ πάντων παρασχὼν ἀπολογίαν, κεφαλικῇ κολάσει ὡς ἀπὸ δόγματος συγκλήτου τελειοῦται· μὴ δ' ἄλλως ἀφεῖσθαι τοὺς ἅπαξ εἰς δικαστήριον παριόντας καὶ μηδαμῶς τῆς προθέσεως μεταβαλλομένους, ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου κεκρατηκότος. Τούτου μὲν οὖν καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ἃς πρὸς πεῦσιν πεποίηται τοῦ Περεννίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν ὅτῳ διαγνῶναι φίλον, ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται.

Romae igitur Apollonium, virum ex fidelium illius temporis numero, ob scientiam humanorum litterarum, ac philosophiae celebratum in judicium producit (Demon:) quodam ex idoneis ministris suis ad virum adcusandum excitato. Sed miser actione inopportune suscepta, cum per imperatorium edictum horum delatoribus vivere non liceret, decreto Perennis judicis, statim illi crura franguntur. At Deo amantissimus martyr, cum eum judex valde, et adsidue obsecrasset, petiissetque ut rationem in Senatu redderet, eloquentissima habita fidei, pro qua testimonium dabat apologia, juxta Senatus decretum, supplicio poena capitis plectitur: veteri lege apud eos obtinente neminem Christianorum, qui semel in judicium adducti essent, proposito suo non immutato dimitti. Sane quae Apollonius judici loquutus est et quae interroganti Perenni dedit responsa, totamque ad Senatum apologiam, qui cognoscere adfectaverit, discet ex collectis a nobis a nobis veterum martyriis.

Quem Daemonis ministrum hic dicit Eusebius, Apollonii servum vocat Hieronymus. In Eusebio pro: ἱκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντος, legit Scaliger: (Scaliger, ad Euseb. Chron. Vales.) ἱκετεύσας τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτῷ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δοῦναι, vertens. = postquam multis precibus a judice contendisset, ut in Senatu rationem reddere sibi liceret. = Quae lectio cum Hieronymo consonaret si apud ipsum = impetrato = legendum esset, pro = imperato =; sed hanc, non illam le=

ctionem veram esse, ut supra dixi, ostendit Tillemont, testimonio Graeci interpretis Sophronii. Emendationem Scaligeri improbat Valesius, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 21.) omnesque illi manuscriptos Codices, et rationem ipsam refragari ait. Sed cum hac in parte a Scaligero dissentiat, eum sequitur negantem, Apollonio inter Ecclesiasticos Scriptores locum deberi, Fidemque Hieronymo detrahentem, eo quod Eusebius tantum adserat Apollonium ipsum pro Christiana Religione, in Senatu orationem recitasse, non scripsisse testetur. Qua in re nil melius dici posse puto, iis, quae scribit doctissimus Tillemont. (Tillemont, Mem. pour servir à l'Hist. Eccles. Not. sur Saint Apollone Senat. Note. 1. Sur les titres qu'on luy donne de Senateur et d'apologiste.) Ipsum loquentem audire juvabit. = Eusebe, ait ille, dit seulement qu'il fit devant le Senat une justification très eloquente de sa foy. Ce n'est pas à dire qu'il ait composé et lu un écrit pour cela; mais ce n'est pas aussi le nier. S. Jerome pouvoit avoir lu autrepart ce qu'il n'avoit pas lu positivement dans l'histoire d'Eusebe: et ce qu'il dit de cette apologie en particulier, ou en general des opuscules de S. Apollone, ce qu'on ne peut, ce me semble, raporter qu'à son apologie, donne lieu de croire qu'il l'avoit lue effectivement. Mais à n'en juger mesme que par Eusebe, puisqu'il distingue la justification ou l'apologie de S. Apollone, de ce qu'il dit devant le juge, et des réponses qu'il fit aux interrogations de Perennis, puisqu'il l'appelle un discours tres savant, λογιωτάτην, puisqu'il dit que ceux qui voudront lire tout ce discours le trouveront dans son livre des Martyrs: tout cela nous donne l'idée d'une piece assez longue, et qui apparemment n'avoit pas esté sur le champ et sans premeditation. Il ne reste donc plus ici qu'à savoir s'il la lut, comme dit S. Jerome, ou s'il la prononça de vive voix. Ce n'est pas une chose qui vaille la peine d'en disputer. = Cum Hieronymo sensit Rufinus, sic Eusebii locum interpretatus: = Tum deinde exhortatur beatus Apollonius martyr, uti defensionem pro Fide sua, quam audiente Senatu, atq. omni populo, luculenter, et splendide habuerat, ederet scriptam. = Nescio sane quid cogitaverint Valesius, et Scaliger, dum hominem adeo in Eusebii lectione versatum, qui integra ejus opera Latio donavit, a mala Rufini versione deceptum fuisse scripserunt. Miror eos oblitos fuisse, inquit Tillemont,

(Le même, l. c.) = que Rufin n'a traduit Eusebe que bien des années après que S. Jerome avoit parlé de S. Apollone en 392. dans son traité des hommes illustres. Ce Pere n'avoit guere besoin de la traduction de Rufin pour entendre les livres grecs. = In fine prolati loci Eusebiani, pro μαρτυρίων, non μαρτύρων legendum esse ostendit Eu. Valesius. (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 21.) Eadem refert Eu. Nicephorus (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 26.) cum Eusebio ipso Apollonium Martyrem memorat etiam (Ronc. 1. 466.)

Idem in Chronico anno Christi Domini 188. Olympiade 241.

Apollonius urbis Senator, lecto in Senatu insigni volumine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Christi fidem truncatus est.

Ex Eusebio habuit, quae de Apollonio ipso retulit,

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 5.

Τότε καὶ Ἀπολλώνιος, ἀνὴρ ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένος, μαρτυρικῷ τέλει ἐν Ῥώμῃ, δόγματι τῆς Συγκλήτου, πρὸς τὰς αἰωνίους μετέστη σκηνάς.	Tunc et Apollonius vir humanarum litterarum, et philosophiae cognitione praeclarus, decreto Senatus, Romae martyrium passus, in aeterna tabernacula migravit.

Arabianus.

Levissima ad nos Arabiani notitia pervenit. Brabianus ille vocatur apud Hieronymum: (S. Hieronymus, de Catal. Script. Ecclesias. Cap. 31.) = Brabianus, sub eodem principe (Severo) edidit quaedam opuscula, ad Christianum dogma pertinentia. = Apud Sophronium etiam legitur: ✱ Ὁ Βραβιανὸς = Brabianus. = (Fab. s. 133) Sed Ἀραβιανοῦ = Arabiani = scripsisse videtur Eusebius:

Eusebius, Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 27.

Καὶ ἄλλη τὶς ὑπόθεσις Ἀραβιανοῦ.	Et de alio quodam argumento opus Arabiani.

Sane Arabiani, non Brabiani nomen occurrit apud Rufinum, et Nicephorum. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 35.) Immo Codex Veronensis ipsum Hieronymi Catalogum continens, pro: Brabianus = exhibet: = Arabianus =, teste Maffei. (Maffei, Biblioth. Veronens. Manuscr. Par. 1. t. II. 167.)

S. Aristides

Celeberrimum Christianae Religionis defensorem, S. Aristidem, patria fuisse Atheniensem, docet, preter alios,

Eusebius in Chronico anno Domini 127. Olympiade 226.

Quadratus discipulus Apostolorum, et Aristides Atheniensis noster Philosophus, libros pro Christiana Religione Hadriano dedere compositos. Iisdem fere verbis utitur

‡ Hermannus Contractus in Chronico, aetate sexta, anno Christi 119.

Hic (Hadrianus) per Quadratum discipulum Apostolorum, et Aristidem virum sapientem, libris apologeticis edoctus, mitius despicitur Christianis.

Sic ante ipsum scripserat

S. Tiro Prosper in Chronico.

Quadratus discipulus Apostolorum, et Aristides noster Philosophus, libros pro Christiana Religione compositos edidere.

Nonnulla addit Consonat ‡

Ado in Chronicorum Braeviario Aetate sexta, anno Christi 120.

Hic (Hadrianus) per Quadratum discipulum Apostolorum, et Aristidem Atheniensem, virum ✱ fide, sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum, libris de Christiana Religione compositis, instructus, atque eruditus, praecepit per epistolam ad Minutium Fundanium proconsulem Asiae datam, ut nemini liceret Christianos sine objectu criminis, aut probatione damnare. +

+ Quae transcripsit Ado ex Paulo Orosio (Paulus Orosius, Hist. Lib. 7. Cap. 13.) iisdem verbis loquente.

✱ Similia habet Beda de sex aetatibus mundi anno mundi 4063.

Hic (Adrianus) per Quadratum discipulum Apostolorum, et Aristidem Atheniensem, virum fide, sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum, libris de Christiana Religione compositis, instructus, praecepit per epistolam Christianos sine objectu criminum non damnari.

Aristidem, Atheniensem vocat etiam

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5609. Christi 109.

Τούτῳ καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀκόλουθα τῷ αὐτοκράτορι προσεφώνησεν Ἀδριανῷ.	Simili Oratione etiam Aristides Atheniensis philosophus, pro Christianis Hadrianum Imperatorem adloquutus est.

A recitatis Chronographorum testimoniis non discrepant quae habet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 3.

Καὶ Ἀριστείδης δὲ πιστὸς ἀνήρ, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ὁρμώμενος εὐσεβείας, τῷ Κοδράτῳ παραπλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν ἐπιφωνήσας Ἀδριανῷ καταλέλοιπε. Σώζεται δέ γε εἰς δεῦρο παρὰ πλείστοις καὶ ἡ τούτου γραφή.	Aristides etiam vir fidelis Religionem nostram sectatus Apologiam fidei reliquit, Hadriano nuncupatam, perinde ac Quadratus. Illius etiam quoque scriptum usque adhuc apud plurimos servatur.

Ita et Nicephorus. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 21.) = Aristides Atheniensis, inquit Hieronymus (S. Hieronymus, Catal. Scriptor. Eccles. Cap. 20.) philosophus eloquentissimus, et sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore quo et Quadratus, Hadriano principi dedit, idest apologeticum pro Christianis: quod usque hodie perseverans apud philologos ingenii ejus indicium est = Rursus Aristidem memorat ipse

S. Hieronymus Epistola 84. ad Magnum.

Aristides philosophus, vir eloquentissimus, eidem principi (Hadriano) apologeticum pro Christianis obtulit, contextum philosophorum sententiis.

Aristidis Apologiam, utpote praecipuum Fidei ejus et sapientiae monumentum, memorat etiam Martyrologium Romanum die Augusti postrema: = Athenis S. Aristidis, fide et sapientia clarissimi: qui Hadriano Principi qui Hadriano pr de religione Christiana volumen obtulit, nostri dogmatis continens rationem, et quod Christus Jesus solus esset Deus, praesente ipso Imperatore luculentissime peroravit =. Postquam Dionysii Areopagitae martyrium narrans, haec ait (Grabe. 126. Fab. 5. 1467. Till. 2. 236. Dionys. Areop. 2. in Append. p. 167.)

Usuardus in Martyrologio die 3. Octobris.

Ut testatur Aristides, vir fide, sapientiaque mirabilis in eo opere quod de Christiana Religione composuit.

Quod opus adhuc suo tempore servari addit (Grabe)

Ado in Martyrologio die 3. Octobris.

Hoc opus apud Athenienses summo genere colitur, et inter antiquiorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Graecorum affirmant.

Usuardi testimonium considerans haud inverisimile prorsus putat Colomesius (Colomesius, Paralipom. de Scriptor. Ecclesiast. Fab. 4. 395. 5. 187.) la Guilletiere in Itinerario suo, quosdam Calogeros, Aristidis Apologiam in Bibliotheca Monasterii Midelli servare, quod a nonnullis Calogeris dici refert la Guilletiere in Itinerario suo: (Grabe. Fab. 4. 395.) = Quelques Caloyers se vantent d' avoir cette Apologie dans la Bibliotheque du Monastere de Midelli, qui est à six milles d' Athenes. = "Quam in rem, inquit Grabe, (Grabe, Spicileg. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Monit. de Aristidis Apologia.) ut peregrinantes istis in locis diligentius inquirant, et si laudata Apologia ibi haberi posset, eam publico Ecclesiae comodo in lucem producant, omnes antiquitatis Ecclesiasticae studiosi mecum, pu-

to, optabunt. = Caeterum, licet Dionysii Areopagitae martyrium in Apologia sua Aristidem memorasse, scribant Usuardus, et Ado, eaque de re, ipsorum testimonia dubitare nos non sinere dicat laudatus Grabe, (Idem, l. c.) haud facile tamen credi posse inquit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l' His. Eccl. Persecut. de l' Eglise sous l' Emper. Adrien art. 7. p. 236.) Eusebium in enarrandis veterum testimoniis de magnis Ecclesiae viris diligentissimum, Aristidis nobilissimi Scriptoris de Deo testimonium de Dionysio praetermisisse. Et quoniam de Dionysio Areopagita sermo est, monendum puto doctissimum Halloix de Apollophane Dionysii ipsius familiari, ita scribere: (Halloix, + Vit. S. Dionys. Areopag. Cap. 1. in Notation. p. 82.) = Hic Apollophanes praeceptor fuit Polemonis Laodicensis: Polemon autem Aristidis Philosophi eloquentissimi, qui Apologeticum pro Christianis obtulit Hadriano Imperatori: de quo Aristide vide Eusebium libro 4. Historiae, cap. 3. et Hieronymum in Catalogo. De Apollophane ita Suidas in Dionysio: Συνῆν δὲ αὐτῷ Ἀπολλωφάνης ἐκεῖνος ὁ σοφιστής, οὗ Πολέμων ὁ Λαοδικεὺς ἐν Σμύρνῃ διήκουσεν, ὁ διδάσκαλος Ἀριστείδου" Una cum Dionysio erat Apollophanes Orator ille, quem Polemon Laodicenus, magister Aristidis, Smyrnae audivit." = Sed fallitur vir eruditissimus. Aristides, ex Suida memoratus, non ille Christianus est, sed Rhetor Hadrianensis, cujus plurimae extant Orationes. Ab hoc Polemonem fuisse auditum, testantur Suidas ipse alibi, (Suidas, Lex. art. Ἀριστείδης, Γρηγόριος Ναζ. Πολέμων Λαοδικ.) et auctor argumenti in Aristidis Panathenaicum, quem Sopatro tribuit.

+ De illust. Orient. Eccles. Scriptor. in Not. ad

Aristo Pellaeus.

Nota eruditis quęstio est de Papisci, et Jasonis disputatione, quam Aristoni Pellaeo tribuit

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Mystica Theologia Caput I. §.3.

Ἀνέγνων δὲ τοῦτο· ἑπτὰ οὐρανοὺς, καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου, καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησὶν ἀναγράψαι.

Legi autem: septem coelos: etiam in Papisci, et Jasonis disputatione conscripta ab Aristone Pellaeo; quam Clemens Alexandrinus sexto Hypotyposeon libro a S. Luca scriptam fuisse ait.

Revera ad S. Lucam hanc disputationem pertinere non potuisse inquit Grabe; (Grabe, Spicileg. SS. Patr. ut et Heret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Aristo Pellaeus) = cùm res aliquamdiu post Lucae obitum gestae in illo fuerint relatae = Censet quippe ex disputatione illa deprompta esse quae, Aristonem citans, refert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 6.

Τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι, καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μὴ δ᾽ ἐξ ἀπόπτου θεωρεῖον τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου· Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ.

Ex illo tempore gentem omnem Judaicam ex regionem Hierosolymae circumpositam ingredi omnino prohibetur jussu legis, et Hadriani constitutionibus ne eminus quidem patrium solum conspicere vetantis. Rei testis est Aristo Pellaeus.

Illa etiam quę superius retulit Eusebius a verbis: ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, usque ad locum, quod protuli, ex Aristone petita esse autumavit Scaliger, (Scaliger, ad Euseb. Chron.) sed perperam, ut censent Valesius, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 6.) et Grabe, (Grabe, Spicil. SS. Pat. ut et Heret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Aristo Pellaeus) quorum ille, isto contradicente,[+] existimasse videtur Aristonem peculiari opere de obsidione Bettherae, et Judaeorum expugnatione disseruisse. Observat Grabe, (Idem, l. c.) in adlato Eusebii loco verbum ἱστορεῖ, idem valere ac: = scribit =, sive: μαρτυρεῖ = testatur = quod Hesychii Lexicographi auctoritate demonstrat. = Unde, subjungit, non necesse est Historiam peculiari opere elaboratam inde inferre, sed omnino verisimile, quod Aristo verba, quae ibi Eusebius habet, in antedicta disputatione contra Papiscum protulerit; perinde ut Tertullianus eadem Judaeis in suo contra eos Tractatu objecit, aut forte hic

[+] adsentiente autem Cave,

Aristonem, sicuti facere solet, exscripsit. = Idem auctor ex Aristone petita putat haec, quae ait Tertullianus: (Tertullianus, adversus Judaeos Cap. 13.) = Vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantum videre permissum est. = Papisci, et Jasonis altercationem, misso Scriptoris nomine, memorat et contemnit

Celsus apud Origenem Contra Celsum Libro IV. Capite 52.

Παπίσκου τινὸς, καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους, καὶ μίσους ἀξίαν.

Papisci cujusdam, et Jasonis novi disputationem, non risu, sed miseratione potius dignam, et odio.

Quibus haec respondet

Origenes Contra Celsum Libro IV. Capite 52.

Οὐδὲν δ᾽ ἧττον ἐβουλόμην, πάνθ᾽ ὁντινοῦν ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσονος, καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἄξιον εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ· ἵν᾽ αὐθόαὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ. Ἐὰν δ᾽ ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει ὅτι οὐδ᾽ ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον· ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν τῷ Ἰησοῦ· καί τοιγε οὐκ ἀγεννῶς οὐδ᾽ ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον.

Nihilominus vellem unumquemque audito Celso graviter loquente, atque adfirmante librum inscriptum: Jasonis, et Papisci disceptatio de Christo, non risu, sed odio dignum esse; libellum in manus sumere, atque expectare, et sustinere eorum quę sunt in illo lectionem; ut sponte improbet Celsum, nil odio dignum in libro reperiens. Quod si quis libero eum judicio perlegerit, ridiculum non esse librum inveniet; in quo Christianus cum Judęo disceptans inducitur, ipsas Judaeorum scripturas in testimonium adhibens, et ostendens prophetias de Christo, Jesu convenire: licet nec infirmiter, nec modo Judaicae personę incõgruo, alter contradicat.

Aristonis opus latine vertit Celsus alter, Christianus, sed ejus interpretatio, perinde ac graecum scriptum intercidit, servata tantum Celsi praefatione, quę inter apochrypha Cypriani opera typis habetur exscripta. Vixit hic Celsus, Cave, et Grabe notantibus, ante susceptam ab Imperatoribus Christi fide; immo, ut observat Grabe, ante exortam Arii haeresim. Christum enim ipsum Spiritum Sanctum vocavit, = phrasi, ut ait Grabe, primis quidem seculis usurpata; sed post tertium, et exortam Arii haeresim vix auditâ. = Idem forte fuit hic Celsus, cùm illo, Iconii pręsule, de quo Alexander Hieroso=

+ ad Demetr.

lymorum Episcopus, et Theoctistus Episcopus Caesariensis apud Eusebium. (Ex Alexander Episcopus Hierosolymorum, et Theoctistus Episcopus Cæsareae,+ ap. Euseb. Hist. Ecel. Lib. VI. Cap. 19. p. 247. a.) Sed audienda jam quae de opere a se verso ait

Celsus in Praefatione ad altercationem Jasonis, et Papisci.

Illud praeclarum, atque memorabile, gloriosumque Jasonis Hebraei Christiani, et Papisci Alexandrini Judaei disceptationis occurrit; Judaici cordis obstinatam duritiam brevi admonitione, ac leni increpatione mollitam; et victricem in Papisci corde Jasonis de Spiritus Sancti infusione doctrinam: qua Papiscus ad intellectum veritatis admissus, et ad timorem Domini; ipso Domino miserante formatus, et Jesum Christum Filium Dei credidit, et ut signaculum sumeret, deprecatus, Jasonem postulavit. Probat hoc Scriptura concertationis ipsorum, quae collidentium inter se, Papisci adversantis veritatem, et Jasonis asserentis, et vindicantis, dispositionem, et plenitudinem Christi, Graeci sermonis opere signata est.

Verba haec pretuli, prout sunt in editione Maurini illius Monachi, qui coeptum a Baluzio laborem absolvit. Scribunt alii: =Hebraea admonitione=, (Cyprian. CCXIX. not.) vel =Hebraea monitione=, (Grabe) pro: =brevi admonitione=; =et in itemque: Jesum Christum Filium Dei credidit=, pro: =et Jesum Christum=. adversantis verit. Ficta ne fuerint, an verae personae illae, quas in Dialogo suo loquentes induxit Aristo, incassum quaerem. Christianum Jasonem,* Pamelius (Pamelius, ad Cels. Praef. in altercat. Jasonis, et Papisci. Grabe) aliique,* eundem putarunt, cum Jasone illo Thessalonicensi, cujus meminit Lucas in Actis, (S. Lucas, Act. Apos. Cap. 17. vers. 5.) et Paulus in Epistola ad Romanos, (S. Paulus, Ad Rom. Cap. 16. vers. 21.) sed nihil huic conjecturae, tribuendum, quae fundamento caret. Jasonis et Papisci altercationem commemorat, praeter laudatos auctores

* post Sixtum Senensem, (Sixtum Senensis, Biblioth. Sanct. Lib. 2. Till. 2. 139)

S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Genesin

„In principio fecit Deus coelum, et terram.„ Plerique existimant, sicut in altercatione quoque Jasonis, et Papisci scriptum est, et Tertullianus in libro contra Praxeam disputat, nec non Hilarius in expositione cujusdam Psalmi affirmat, in Hebreo haberi: „In Filio fecit Deus coelum, et terram.„ Quod falsum esse ipsius rei veritas comprobat.

Sed cum in Tertulliano, et Hilario diversa legantur, idcirco nec Aristonem adfirmasse quod inquit Hieronymus, putat Grabe. (Grabe, Spicil. SS. Patr. et Heret. Sec. post. Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Aristo Pellaeus.) Rursus Aristonis opus citat

Idem Commentariorum in Epistolam ad Galatas Libro II. ad Caput III. versiculum 13.

Memini me in altercatione Jasonis, et Papisci, quae Graeco sermone conscripta est, ita reperisse: λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, id est: „Maledictio Dei, qui appensus est.„

Quem ipsum S. Scripturae locum in libro contra Judaeos citat Tertullianus (Tertullianus, Adversus Jud. Cap. 10.) Aristonem imitatus, ut conjicit Grabe: =De exitu plane passionis ejus ambigitis, negantes passionem crucis in Christum praedicatam, et argumentantes insuper non esse credendum, ut ad id genus mortis exposuerit Deus filium suum, quod ipse dixit: „Maledictus a Deo omnis homo, qui pependit in ligno.„ Sed nec Tertullianus, nec Hieronymus, nec Origenes, nec Celsus Epicureus, aliusque Christianus, quos laudavi Aristonem unquam nominant. Eum vero memorat

Chronicon Paschale 227. Olympiade.

τούτῳ τῷ ἔτει, Ἀπελλῆς, καὶ Ἀρίστων, ὧν μέμνηται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ, ἐπιδίδωσιν ἀπολογίας σύνταξιν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας Ἀδριανῷ τῷ Βασιλεῖ.	Hoc anno Apelles, et Aristo, quorum meminit Eusebius Pamphili, in sua Ecclesiastica historia, librum apologeticum pro Religione nostra Hadriano Imperatori tradunt.

Ubi librarii quidem vitio legi puto: Ἀπελλῆς, καὶ Ἀρίστων = Apelles, et Aristo =, pro: ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων = Pellaeus Aristo =; Auctoris autem errore, Aristonis nomen, pro illo Aristidis haberi. Nil enim de Aristonis, plura de Aristidis Apologetico, Hadriano Imperatori pro Christianis oblato, alibi legimus.

Asterius Urbanus.

Asterii Urbani, e veteribus, quorum scripta, vel fragmenta supersunt, solus meminit, juxta vulgatam lectionem fides,

Auctor incertus Operis contra Cataphrygas apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 16.

Καὶ μὴ λεγέτω ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν, τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, διώκομαι ὥς λύκος ἐκ προβάτων.

Nec dicat in eodem libro Asterii Urbani, Maximillae spiritus: Arceor ut lupus ab ovibus.

De quo loco, qui sensu carere videtur, ita scribit Valesius: (Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 16.) = Haec verba Scholion esse mihi videntur, quod vetus quidam Scholiastes, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui annotaverat ad verba quae paulo ante precesserunt, αὖθις δ' ἐν τῷ αὐτῷ φησὶ λόγῳ. Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium verbo librorum adversus Cataphrygas. = Conjecturam hanc probabilem dixit Pearson, (Pearson, Vindic. epist. Ignat. Till. 671. t. 2.) eamque absolute probavit Guilelmus Cave, cujus haec verba: = Ex Eusebii nota paulo infra apposita, constat Asterium quendam Urbanum horum librorum auctorem fuisse. Utrum vero Episcopus an presbyter fuit hic Asterius non liquet. Zoticum certe Otrenum compresbyterum appellat. Claruit circa an. 188. Libros suos contra Cataphrygas Abercio Marcello nuncupavit: qui an idem sit cum Abercio Ecclesiae Hierapolitanae Episcopo circa ann. 164. cujus vitam descripsit Halloixius, viderint eruditi. = Obiter notatum velim auctorem operis contra Cataphrygas, de quo agitur, nonnisi post annum 212. scribere potuisse, cum Montani mortem memoret apud Eusebium. (p. 199. 6. Fab. 5. 190.) Id pulchre observavit Tillemont, qui Valesii sententiam sectatus, (671.) hęc scribit: (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Les Montanistes, ou Cataphryges art. 12.) = Astere Urbain, dont nous avons tiré beaucoup de lumiere, écrivit 13 ou 14 ans aprés la mort de Maximille, et ainsi vers l'an 232, qui estoit l'onzieme d'Alexandre. = Sed Asterium Urbanum auctorem esse operis contra Cataphrygas,+ negat Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 1. §. 24. p. 190.) post Dodwell, (Dodwell, Disert. IV. in S. Irenaeum §. 38.) qui Asterium ipsum ab scriptore illius Operis, ut testis adlegatum ait. Rhodoni opus ipsum tribuisse quibusdam videtur Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Scriptor. Eccles. Cap. 37. 39. Fab. l. c. Till. 671.) ut dicam cum de Rhodone sermonem habuerim.

+ Avircio Marcello inscripti,

Athenagoras.

Perparca apud veteres Athenagorae mentio est. Insignem tamen de illo locum exhibet

Fragmentum editum ab Henrico Dodwell ad calcem Dissertationum in S. Irenaeum.

Καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδήτης ἐν λόγῳ κδ'. „Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· ἀνὴρ ἐν αὐτῷ Χριστιανίσας τῷ τρίβωνι, καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προιστάμενος. Οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθεὶς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν."

Atque Philippus Sidetes Libro vigesimo quarto: „Scholae Alexandrinę primus Athenagoras praefuit, qui floruit Hadriani temporibus, et Antonini, quibus legatoriam pro Christianis Orationem nuncupavit: vir Christianae religionem in pallio ipso professus, atque Academicae Scholae praefectus. Hic cum ante Celsum Christianos oppugnare in animo haberet, Divinas scripturas evolvens ut majore cura certaret, adeo Spiritu Sancto captus est, ut ad exemplum magni Pauli, pro persequutore, Doctor evaderit fidei, quam insectabatur."

Fragmentum, in quo locus iste occurrit, ex Nicephori Callisti operibus excerptum conjicit Dodwell. Locus autem Philippi Sidetae, quem retuli, ad deperditam ejus Christianam historiam pertinere puto, Socrati, (Socrates, Hist. Eccl. Lib. 17. Cap. 27.) Photio, (Photius, Biblioth. Cod. 35.) Nicephoro, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 14. Cap. 29.) et Theophani (Theophanes, Chronograph. Fab. 6. 198.) memoratam. Erravit Philippus, dum Athenagoram, orationem suam legatoriam Hadriano, et Antonino inscripsisse ait. Eam M. Aurelio Antonino, et L. Vero nuncupatam volunt Labbè, (Labbè, De Scriptor. Eccles. Till. 631.) Pagi, (Pagi, Critic. in Annal. Baron. ad an. Christi 177. §. 9. 10. Till.) ac Dodwell;+ (Maurin) contradicentibus post Baronium, (Baronius, Annal. an. Christi 179. §. 39.) Petau, (Maurin) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l'Hist. Eccl. Not. sur la persecution de Marc Aurele Note 13. Que l'Apolog. d'Athenag. n'est écrite qu'en 177.) et Maurino Monacho, qui anno 1742. Sage Comitum Justini, Tatiani, Athenagorae, Theophili, ac Hermiae philosophi opera, quae supersunt edidit, atque illustravit. (praef. p. 112.) Sane ex Horum sententia, Apologiam suam M. Aurelio Antonino,

+ Dodwell, Disert. Cyprian. 11 5. num. 37. Pagi.

et L. Aurelio Commodo Athenagoras nuncupavit. Porro in omnibus manuscriptis Codicibus (ib. fin.) Apologia illa inscribitur Antonino, et Commodo, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον, φιλοσόφοις = Armeniacis, Sarmaticis, et quod maximum, philosophis =. (p. 279.) Falsus fuit etiam Philippus Sidetes dum Athenagoram Alexandrinae Scholae primum censuit praefuisse = Non libenter crediderim, inquit laudatus Maurinus in praefatione ad editionem suam, Athenagoram Alexandrinae Scholae praefuisse. Quomodo enim in tam alto et sublimi loco ita illius scripta latuere, ut nulla prorsus ad Eusebium aura perveniret? Illud certe dici non potest quod ait Philippus Athenagoram huic Scholae primum praefuisse. Nam diserte testatur Eusebius litterarum sacrarum Scholam jam inde à priscis temporibus, antequam ei praeesset Pantaenus, in urbe Alexandrina institutam fuisse. = Praeter Philippum Sidetem Athenagorae meminit (Epiph. p. 544.)

S. Methodius De Resurrectione apud S. Epiphanium adversus Aereses haeresi Libro I. adversus haeresim 44. sive 64. Capite 21.

Τί οὖν ὁ Διάβολος λέξεται; πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην ἔχον, καθάπερ ἐλέχθη τῷ Ἀθηναγόρᾳ, γενόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· Ὥσπερ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι λοιποὶ γεγόνασιν ὑπ' αὐτοῦ Ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ, καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πεπιστευμένοι διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἦν ἡ τῶν Ἀγγέλων σύστασις, τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν, καὶ γενετικὴν ὁ Θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ἧ * ἢ τὸ κῦρος, καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος, καὶ ὥσπερ σκάφος τῷ τῆς σοφίας οἴακι διευθύνων ἀκλινῶς τὸ πᾶν· τὴν δὲ διὰ μέρους, οἱ μὲν λοιποὶ, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ διετάξατο ὁ Θεὸς, ἔμειναν.

Quid igitur Diabolus esse dicetur? Spiritus, qui circa materiam versatur, ut dictum est ab Athenagora, creatum a Deo; quemadmodum et caeteri ab ipso facti sunt Angeli, quibus materie, ejusque specierum administratio commissa est. Hec enim fuit Angelorum constitutio, in moderandis rebus ab ipso Dei vices gerere in moderandis rebus ab ipso dispositis; adeo ut Deus rerum omnium universalem, generalemque curam habens, potestatem in omnia et imperium obtineret; mundumque universum, veluti navigium, sapientiae gubernaculo constanter dirigeret; singularem autem curam Angeli gererent in iis, quibus ipsos praefecit Deus, atque praeposuit.

Quo in loco male legebatur: ὦ Ἀθηναγόρα = o Athenagora =, pro: τῷ Ἀθηναγόρᾳ = ab Athenagora = Errorem hunc notavit Paulus Leopardus, (Leopardus, Emendat. Lib. 19. Cap. 9. Fab. 5. 45. not. Petau) quem Petau, (Petau, Animadvers. ad S. Epiph. Advers. haeres. Lib. I. advers.

haeres. 44. sive 64. Cap. 21.) aliique (ut Fab. Maurin. ec. Till. 322. init.) secuti sunt. Quae ex Athenagora refert Methodius, ita leguntur in Athenagorae ipsius Oratione pro Christianis: (302. c.) Τῷ τοῦ Θεοῦ ἀγαθῷ... ἐναντέον ἐστὶ τὸ περὶ τὴν ὕλην ἔχον πνεῦμα, γενόμενον μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὸ οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγόνασιν Ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ, καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πιστευσάμενον διοίκησιν. Τοῦτο γὰρ ἡ τῶν Ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν, καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων πρόνοιαν· τὴν δὲ ἐπὶ μέρους, οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες Ἄγγελοι. Ubi pro: πιστευσάμενον διοίκησιν, legendum puto: πιστευσάμενοι. Post verba: τῶν ὅλων πρόνοιαν, vocem ἔχοι, + reponendam censet Gesner, et * Maurinus Monachus, quem supra laudavi. * Athenagoram adlegat Methodius etiam in excerptis, quae ex opere ipso, quod citat Epiphanius, exhibet Photius. (Photius, Biblioth. Cod. 234. Fab. 5. 45. Maurin pref. 112.) Apud hunc pro: ἢ τὸ κῦρος, recte legitur: ἦ τὸ κῦρος. (Maurin. 302. not. i. S. Epiph. in marg.)

+ vel aliam hujusmodi

* Gesner sequitur.

S. Athenogenes.

Nescio cur Athenogenem martyrem Scriptoribus secundi saeculi connumeraverit Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 24.) sane incertum est qua aetate ille vixerit. Eum memorat (t.3.62.c.)

S. Basilius De Spiritu Sancto Capite 29.

Εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν ~~τοι~~ τῶν Μαρτύρων γνώμην ὅπως εἶχον περὶ τοῦ πνεύματος.	Si quis autem noverit et Athenogenis hymnum, quem familiaribus suis, veluti amuletum quoddam, reliquit; festinans jam ad extremum ignis supplicium: is scit etiam qualis fuerit Martyrum sententia de Spiritu.

Ubi pro: ~~ἀλεξ~~ ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, quae est lectio Codicis Regii Parisiensis, editum fuerat: ὥσπερ τι ἄλλο ἐξιτήριον; in nonnullis autem manuscriptis habetur: ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον. Athenogenis cujusdam martyris sub Diocletiano Acta extant apud Surium decimo sexto Calendas Augusti. Ejusdem mentio est in Menologio Graecorum Basiliano, atque in Martyrologiis ~~Romano~~ decimo septimo Calendas Augusti. Hunc diversum plane esse ab illo, de quo Basilius loco prolato, autumat Baronius, (Baronius, Ad Martyrolog. Roman. diem 16. Jul.) eo quod ipse non ignis sed capitis supplicio plexus dicatur. Attamen, ait Tillemont, (Tillemont,+ Not. sur la Persecut. de Marc Aurele Note 14. Que S. Athenogene Corevesque peut estre celui dont parle S. Basile.) = comme cela n'est fondé que sur des autoritez tres peu considerables, il est plus aisé de croire que ce n'est qu' ~~un~~ un mesme saint, que de dire qu'un martyr canonizé par S. Basile, soit demeuré absolument inconnu à toute l'Eglise. = Auctori isto in hac re consentiunt Maurini editores operum Basilii: = Parvi refert, quod his in actis capite plexus, apud Basilium igne consumptus dicitur. Sunt enim acta illa prorsus insincera, nec fidem merentur. = Dissentiunt vero laudati editores a Tillemont, in eo, quod hic auctor, post Baronium, (Baronius, ad Martyrol. Rom. diem 18. Januar.) suspicatur; (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Persecut. de l'Eglise sous l'Emper. Marc Aurele art. 9.) Athenogenem eumdem esse, cum auctore Legationis pro Christianis, et libri de Resurrectione mortuorum, quae sub Athenagorae nomine circumferuntur. Conjecturam hanc; quae sola nominis similitudine nititur, cum omnium manuscriptorum Codicum Athenagorae Codicum auctoritati adversetur, improbandam omnibus censeo.

+ Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl.

Athenogeni male tributus fuit Ὕμνος ἑσπερινὸς = Hymnus vespertinus = adhuc existens, cujus auctorem, quem ab Athenogene diserte distinguit, ignorare se testatur Basilius; itemque Ὕμνος Ἑωθινὸς = Hymnus Matutinus, = qui incipit: Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ = Gloria in excelsis Deo. = (Fab. 196.) Hymnum ad Christum, qui Clementis Alexandrini dicitur, Antigeni martyri Clementis aequali tribuit du Cange: (Du Cange, Addend. in Glossar. med. et inf. Graecitat. art. λυχνικόν. p. 123.) = Is (Antigenes Martyr) Clementis Alexandrini aevo vixit, ejusque ad calcem Protreptici extat etiam Hymnus in honorem D. ~~N~~ N. J. C. = Athenogenem scribere voluisse du Cange autumat Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 24. p. 196.) Athenogenem martyrem in Olympo monte cultum fuisse constat ex incerti auctoris

Vita Constantini Porphyrogennetae Capite 49.

Ἀπὸ δὲ ταύτης (Νικαίας) εἰς φροντιστήριον μοναχῶν πρὸς τὰς ὑπωρείας κείμενον ἀφίκετο τοῦ ἐκεῖσε δοξαζομένου Μάρτυρος Ἀθηνογένους.	Ab illa (Nicaea) ad monasterium venit, quod ad montis adscensum situm est, Athenogeni martyri, qui ibi colitur, sacrum.

Bacchyllus.

Bacchyllus, sive Bacchylus. quod magis placet Valesio, (Valesius, ad Euseb Hist Eccl Lib. 5. Cap. 22.) Corinthi in Episcopali Cathedra Dionysii forte successor, ut suspicatur Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist Eccl Saint Denys Evesque de Corinthe+) quo tempore claruerit docebit

+ Saint Victor Pape art. 4. t. 3. 107.

Eusebius in Chronico anno Domini 197. Olympiade 243.

Narcissus ~~Hie~~ Jerosolymitarum Episcopus, et Theophilus Caesariensis: Polycrates quoque, et Bacchylus Asianae provinciae Episcopi insignes habentur.

Ubi Scaliger legendum putat: (Scaliger, ad Euseb. Chron.) = Polycrates quoque Asianae Provinciae, et Bacchylus Corinthiorum Episcopus. = Similia habet

S. Tiro Prosper in Chronico.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, et Theophilus Caesariensis, Polycarpus quoque, et Bachilus Asianae provinciae Episcopus haec tempora illustraverunt.

Ubi pro: = Polycarpus = scribendum: Polycrates =, licet Polycarpi nomen habeat etiam

Beda de sex aetatibus mundi anno mundi 4144.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, et Theophilus Caesariensis; Polycarpus quoque, et Bachylus Asianae Provinciae Episcopi insignes habentur. ✝

✝ Sic et Hermannus Contractus in Chronico aetate sexta, anno Christi ~~197~~ 196 et 197. Hoc tempore, Narcissus Jerosolymorum Episcopus, et Theophelus Caesariensis, Polycarpus quoque, et Bacchilus, et alii insignes Episcopi habentur.

Polycratis nomen, ut par est, habet

Eusebius, Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 22.

Κορίνθου δὲ ~~κα~~ τῆς καθ' Ἑλλάδα, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἐπίσκοπος ἦν Βάκχυλλος, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Παροικίας Πολυκράτης.

Corinthi autem in Achaja Episcopatum eoden tempore gerebat Bacchyllus, atque Ephesinae Ecclesiae Polycrates

Paulo post, de Paschate epistolas memorat

Idem loco citato Capite 23.

Τῶν + κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν, καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις· καὶ ἰδίως Βακχύλλου τῆς Κορινθίων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπου, καὶ πλείστων ὅσων ἄλλων, οἵ μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν τε, καὶ κρίσιν ἐξενηγκαντοι ἐξενηνεγμένοι, τὴν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον. Καὶ τούτων μὲν ἦν ὅρος εἷς, ὁ δεδηλώμενος.

+ (Παροικιῶν)

Ecclesiarum, quae in Osroena provincia sunt, atque in urbibus regionis illius: seorsum autem Bacchylli, Ecclesiae Corinthiorum Episcopi; aliorumque plurimorum, qui unam, eamdemque sententiam, judiciumque proferentes, eamdem posuere constitutionem. Et horum fuit una definitio, quam diximus.

Eadem cum Eusebio verba inquit ~~exscripsit~~ Nicephorus. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 36) De Bacchyllo Hieronymus: (Hieronymus, Catal. Scriptor. Eccles. Cap. 44.) = Bacchylus, Corinthi episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha ex omnium, qui in Achaja erant Episcoporum, persona, elegantem librum scripsit. = Ex his adparere inquit Valesius, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 23.) = Hieronymum vocem ἰδίως ita interpretatum esse, quasi Bacchyllus seorsum et ipse in Achaja Concilium congregaverit. Verum alius quoque sensus afferri potest, ut scilicet Bacchyllus privato nomine epistolam scripserit de Pascha, non autem Synodicam, ut caeteri. = Attamen Synodum revera congregasse Bacchyllum testatur

Synodicon Vetus Capite XIII.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα, καὶ ὀκτὼ Ἐπισκόπων· ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου Πάσχα ὡσαύτως.

Synodus Divina, et ~~sancta~~ sacra, provincialis, Corinthi celebrata, a Bacchylide Sanctissimo hujus Episc. Archiepiscopo, aliisque Episcopis duodeviginti: quae de beato Paschate idem definivit.

Ubi Bacchylidem vocat auctor Synodici, qui Bacchyllus, sive Bacchylus alibi dicitur. Id consideranti probabile videtur Bacchylidem illum, quem Dionysius Corinthiorum Episcopus Bacchylli forte antecessor memorat apud Eusebium. (Dionysius Episcopus Corinthi, Epist. ad Amastr. Eccles. ~~ap.~~ Amastr. ap. Eusebium Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 59) eumdem esse cum Bacchyllo Dionysii forte successore. Eusebii verba referam cum de Dionysio ipso loquutus fuerim. Bacchyllum de Paschate scripsisse testatur idem Eusebius etiam in Chronico, cujus locum a Prospero exscriptum adducam de Narcisso Hierosolymorum Episcopo loquens.

Bardesanes.

Locum inter Ecclesiasticos scriptores Bardesanes quoque Syrus obtineat, qui licet a recta via aliquando deflexerit, magnus tamen vir fuit, Ecclesiamque scriptis contra haereticos juvit. Res ejus breviter attingit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 30.

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας, πληθυουσῶν τῶν αἱρέσεων ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, Βαρδησάνης ἱκανώτατός τις ἀνὴρ ἔν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος, πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα, καί τινας ἑτέρους διαφόρων προϊσταμένους δογμάτων, διαλόγους συστησάμενος, τῇ οἰκείᾳ παρέδωκε γλώττῃ τε, καὶ ε γραφῇ, μετὰ τῶν πλεῖ καὶ πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων· οὓς οἱ γνώριμοι (πλεῖστοι δὲ ἦσαν αὐτῷ δυνατῶς τῷ λόγῳ παρισταμένῳ) ἐπὶ τὴν ἑλλήνων ἀπὸ τῆς Σύρων μεταβεβλήκασι φωνῆς. Ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἱκανώτατος αὐτοῦ περὶ ~~εἱμαρμένης~~ εἱμαρμένης διάλογος· ὅσα τε ἄλλα φασὶν αὐτὸν προφάσει τοῦ τότε διωγμοῦ συγγράψαι. Ἦν δ' ἄρα οὗτος πρότερον τῆς κατὰ Οὐαλεντῖνον σχολῆς. Καταγνοὺς δὲ ταύτης, πλεῖστά τε τῆς κατὰ τοῦτον μυθοποιΐας ἀπελέγξας ἐδόκει μέν πως αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπὶ τὴν ὀρθοτέραν γνώμην μετατεθεῖσθαι· οὐ μήν γε παντελῶς ἀπερρύψατο τὸν τῆς παλαιᾶς αἱρέσεως ῥύπον.

Sub eodem regno, haeresibus magno numero extantibus in Mesopotamia Bardesanes, vir quidam solertissimus, atque in disputando Syrorum lingua doctissimus contra Marcionitas, ~~vir~~ aliosque nonnullos variorum dogmatum auctores, ~~proprio~~ patrio sermone, et scripto composuit, edidit que dialogos, cum operibus aliis compluribus; quae e Syriaco in Graecam e Syriaca lingua transtulerunt ejus discipuli; plurimos enim auditores habebat, cum dogmati nostro firmiter adhaereret. E scriptorum ejus numero est luculentissimus ~~ex~~ dialogus ad Antoninum de fato; atque alia, quae scripta ferantur ab illo, occasione persequutionis ea tempestate irrumpentis. Porro hic e Valentini sectatoribus primum fuit; cumque doctrinam ejus deinde improbasset, plurimas que ~~ipsius~~ ejusdem fabulas coarguisset, ipse quidem sibi visus est ad meliorem sententiam transivisse; veteris tamen haeresis sordes non penitus abluit.

Eadem graece habet Nicephorus, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 11.) latine Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 33) = Bardesanes in Mesopotamia clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde confutator, novam haeresim condidit. Ardens

ejus a Syris praedicatur ingenium, et in disputatione vehemens. Scripsit infinita adversum omnes pene haereticos, qui aetate ejus pullulaverant. In quibus clarissimus ille est, et fortissimus liber, quem M. Antonino de fato tradidit: et multa alia super persecutione volumina, quae sectatores ejus de Syra ~~by~~ lingua verterunt in Graecam. Si autem tanta vis est, et fulgor in interpretatione, quantam putamus in sermone proprio? = Bardesanis res aliquanto fusius pertractat

Epiphanius Adversus Haereses Libro II. adversus haeresim 36. sive 56. Capite 1. et 2.

Τούτοις καθεξῆς συνέπεται Βαρδησιάνης τις οὕτω καλούμενος. Ὁ δὲ Βαρδησιάνης οὗτος, ἐξ οὗπερ ἡ αἵρεσις τῶν Βαρδησιανιστῶν γεγένηται, ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων· ὃς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστός τις ἀνὴρ ἐτύγχανε, λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ὁπηνίκα ἐῤῥωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν· ἐκ γὰρ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὡρμᾶτο, λογιὸς τις ὢν ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ, καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ. Αὐγάρῳ δὲ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ, ἀνδρὶ ὁσιωτάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ~~καὶ~~ ἅμα, ~~καὶ~~ τῆς αὐτοῦ μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων Ἀντωνίου Καίσαρος, οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου, ἀλλὰ τοῦ Οὐήρου· ὃς πολλὰ ~~πρὸς~~ Ἀβειδὰν τὸν Ἀστρονόμον κατὰ εἱμαρμένης λέγων συνελογήσατο. Καὶ ἄλλα δὲ κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ἐμφέρεται αὐτοῦ συγγράμματα. Ἀπολλωνίῳ δὲ τῷ τοῦ Ἀντωνίου ἑταίρῳ ἀντήρει παραινούμενος, ἀρνήσασθαι τὸ Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγειν. Ὁ

γρ. παραινουμένῳ

Hos deinceps comitatur vir quidam nomine Bardesanes. Is, a quo Bardesianistarum haeresis ortum habuit, e Mesopotamiae urbe Edessa genus duxit, optimusque in principio vir fuit, ac libros conscripsit haud paucos, cum adhuc mente valeret. Ex sancta enim Ecclesia Dei fuit, in duabus linguis, Graeca, et Syriaca versatus. Abgaro Edessenorum Regulo, sanctissimo viro, familiaritate primum cum fuisset conjunctus, eique in agendo socius, ejusdemque particeps disciplinae, post ejus mortem, usque ad Antonini caesaris tempora perseveravit, non illius, qui Pii nomen obtinuit, sed Veri. Adversus Abidam Astronomum contra fatum pluribus disputavit. Alia quoque ejus scripta feruntur rectae fidei consentanea. Apollonio Antonini familiari mos gerere renuit, suadenti ut se Christianum negaret; ac fere in Con

δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη, λόγους τε ~~συνετῶς~~ συνετοὺς ἀπεκρίνατο ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείως ἀπολογούμενος, θάνατον μὴ δεδιέναι φήσας, ὃν ἀνάγκη ἔσεσθαι, κἄν τε τῷ Βασιλεῖ μὴ ἀντείποι. Καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ τὰ πάντα μεγάλως ἦν κεκοσμημένος, ἕως ὅτε τῷ ἀστοχήματι τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως περιέπεσε, δίκην νηὸς γεγονὼς καλλίστης, φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον ἐμβαλλομένης, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ λιμένος λακισθείσης, καὶ ἀπολεσάσης τε τὴν πᾶσαν πραγματείαν, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐπιβάταις θάνατον ἐμποιησάσης. Προσφθείρεται γὰρ οὗτος Οὐαλεντίνοις, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας ἀνιμᾶται τὸ δηλητήριον τούτων, καὶ ζιζανιῶδες· πολλάς τε, καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἀρχὰς, καὶ προσβολὰς διηγήσατο· καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενος ἐδογμάτισε ταύτην τὴν αἵρεσιν. Χρῆται δὲ νόμῳ καὶ Προφήταις, παλαιᾷ τε, καὶ καινῇ Διαθήκῃ, καὶ Ἀποκρύφοις τισὶν ὡσαύτως.

Fevorum numerum relatus fuit, sapientiaque dedit responsa, pietatem viriliter defendens, ac mortem negans se timere, quam necessario a se ait sustinendam, licet Imperatori non contradiceret. Et sic vir ille magnis undique praeditus fuit ornamentis donec in haereseos suae incidit errorem, instar pulcherrimae navis, mercibus infinitis onustae, atque ad portus ripas illisae, quae remque omnem perdidit, vectoresque adfecit exitio. Funeste [Fataliter] ~~erat~~ enim Bardesanes Valentinianis adhaesit, atque ex eorum improbitate venenum ipsorum tulit ac lolium. Alia et ipse multa induxit principia, ac productiones: mortuorumque resurrectione negata haeresim istam constituit. Utitur autem Lege, et Prophetis, veteri, novoque Testamento, atque Apochryphis quibusdam similiter.

De Bardesanis haeresi pauca haec habet

S. Augustinus de Aeresibus Capite 35.

Bardesianistae a quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis: sed postea, quamvis non per omnia in Valentini haeresim lapsus est. . .

Quibus subdunt ~~ubi~~ ~~addunt~~ plura excusa exemplaria: = addens de suo, ut fato adscriberet conversationes hominum. = His verbis carent ~~consulta~~ [examinata] a Maurinis Monachis Manuscripta. Mirum est Philastrium in libro de Aeresibus, Bardesanis non meminisse: male enim Petau Petau, Animadver. in ad S. Epiph. advers. haeres. Lib. 2. advers. haeres. 36. sive 56. Cap. 1.) de Bardesane agere inquit Philastrium, quod ille, ut puto, inconsulto Philastrii opere scripsit. Sane Haereticis Bardesanem adcenset auctor opusculi inscripti:

Praedestinatus Libro I. Capite 35.

Tricesima quinta haeresis sunt Bardesianistae, a quodam Bardesane perversi. Qui Bardesan dicitur perfectus fuisse catholicus, sed postea in id per Valentini discipulum incurrisse, ut malam diceret carnis humanae creaturam, animae bonam.

Notanda etiam quae de Bardesane habet alter Hereseon Historicus

Joannes Damascenus de Aeresibus Capite 56.

Cotel. Βαρδησίανος. Cotel. ἀληθοῦς. Epiphan. σοφία.

Βαρδησιανισταί. Βαρδησιάνης οὗτος ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ὡρμᾶτο· τὰ πρῶτα μὲν τῆς ἀληθινῆς πίστεως ὑπάρχων, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ διαπρέπων· ἐκκλίνας δὲ τῆς ἀληθείας, παραπλησίως Οὐαλεντίνῳ ἐδογμάτισε, χωρὶς ἐνίων ὧν διαφέρεται πρὸς Οὐαλεντῖνον.

Bardesanistae. Bardesanes hic e Mesopotamia originem duxit, ac primum quidem ~~veram~~ adhaesit fidei, claruitque in Philosophia: [sed] postea vero a veritate deflectens, consona docuit Valentino, quibusdam exceptis in quibus ab illo discrepat.

Quae transcripsit Damascenus ex Epiphanii Anacephalaeosi. Eadem cum Valentino docere Bardesanem ait etiam

Timotheus Constantinopolitanus Presbyter De differentia eorum, qui adcedunt ad purissimam nostram fidem

Καὶ ὁ Βαρδησάνης τὰ αὐτὰ λέγει Βαλεντίνῳ.

Et Bardesanes eadem loquitur cum Valentino.

Aereticos recensens Bardesanem memorat

Stephanus Diaconus in Vita S. Stephani Junioris

Μετὰ δὲ τούτους οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, οἵτινες ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ὑπασπιστῶν κατῃσχύνθησαν· καὶ μετ᾽ αὐτοὺς Σίμων, καὶ οἱ ὑπ᾽ αὐτὸν φοιτηταὶ, Μένανδρος, καὶ Κερδωνᾶς· εἶτα Μαρκίων, καὶ Βαλεντῖνος· αὖθις δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν Κήρινθος, καὶ Σατορνῖνος, Βασιλίδης, καὶ Καρποκράτης, Μάρκος, καὶ Τατιανὸς, Μοντανὸς, καὶ Βαρδισάνης.

Post hos Idolorum cultores qui a veritatis defensoribus confusi sunt; ac post ipsos Simon, ejusque discipuli, Menander, et Cerdo; deinde Marcion, et Valentinus, e quibus fluxere Cerinthus, et Saturninus, Basilides, et Carpocrates, Marcus, et Tatianus, Montanus, et Bardesanes.

Similiter de Aereticis loquens, Bardesanem, ejusque filium Harmonium nominat

Anastasius Sinai Sophronius Archiepiscopus Hierosolymitanus in Epistola Synodica ad Sergium.

Βαρδησάνης, Ἁρμόνιος ὁ τούτου υἱὸς καὶ τὴν πλάνην ἰσόῤῥοπος.

Bardesanes, Harmonius, ejus filius, atque in errore consimilis

Bardesanistarum memorat interunt + Josephus Christianus in Hypomnestico, manuscripto Capite 139. varias haereses enumerans. ‡ (Fab. 7. 476.) De Bardesane aliisque haereticis ita fatur (Origen. 1. 849.)

+ Antiochus Monachus (Antiochus Monachus, Pandect. S. Scripturae Homil. Cap. 130. Fab. 9.) apud quem male legitur Σαρδισιανοὶ, itemq.

‡ Memoratur etiam Bardesanes in Synodo Parisiensi anno 825. habita, ut ferunt, contra imagines. (Fab. 11. 490. 491. 521.)

Theodoretus Epistola 145.

Βαλεντῖνος δὲ, καὶ Βασιλείδης, καὶ Βαρδησάνης, καὶ Ἁρμόνιος, καὶ οἱ τῆς τούτων συμμορίας, δέχονται μὲν τῆς παρθένου τὴν κύησιν, καὶ τὸν τόκον· οὐδὲν δὲ τὸν Θεὸν λόγον ἐκ τῆς παρθένου προσειληφέναι φασὶν, ἀλλὰ πάροδόν τινα δι᾽ αὐτῆς, ὥσπερ διὰ σωλῆνος, πεποιῆσθαι· ἐπιφανῆναι δὲ τοῖς ἀνθρώποις, φαντασίᾳ χρησάμενον, καὶ δόξας εἶναι ἄνθρωπος, ὃν τρόπον ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τισιν ἄλλοις τῶν παλαιῶν.

Valentinus autem, ac Basilides, Bardesanesque, et Harmonius, aliique ex eadem eorum cohorte, conceptionem quidem et partum Virginis admittunt nihil vero ex Virgine ajunt Verbum adsumpsisse, sed per eam, quasi per canalem transcurrisse, hominibusque per imaginem adparuisse, atque hominem fuisse putatum, quomodo ab Abraam, aliisque veteribus nonnullis visus est.

Bardesanem, et Harmonium commemorat etiam

Idem Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 29.

Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνου ᾠδάς τινας συντεθείκει πάλαι.

Harmonius Bardesanis filius quaedam olim cantica composuerat. ‡

‡ Quaedam hic addenda vide pag. 60. num. 1.

Alibi quoque de Bardesane loquitur Theodoretus. (Theodoretus, Interpret. in Epist. ad Hebraeos Cap. 5.) ~~Haeretic. Fab.~~ Compend. ~~Lib. 1. Cap. 22. t. 2. 114. 271. Fill. 2. 454. 1099. marg.~~) Illum cum aliis Haereticis damnat post Tatianum nominat

Eusebius in Chronico anno Domini 174. Olympiade 237.

Bardesanes alterius haereseos princeps, notus efficitur.

Simili modo etiam

S. Tiro Prosper in Chronico.

Bardesanes quoque alterius auctor erroris eodem tempore innotuit, in Valentini haeresim ex parte prolapsus.

Quem locum ita in quodam Codice legi notat Labbè: = Bardesanes alterius haereseos Princeps innotescit, qui Bardesanes cum aliquandiu in Fide fuisset insignis, postea in Valentini ha transivit errores, quamvis non omnia ipsius secutus sit. = Bardesanem memorat et alter Chronographus alter, Freculphus, (Freculphus, Chron. Tom. II. Lib. 1. Cap. 20. Origen. 1. 834. d.) in cujus locum perperam Tardesanis nomen, pro illo Bardesanis irrepsit; itemque

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio. (p. 198. b.)

Καὶ Βαρδισάνης δέ τις Σύρος διαλεκτικώτατος, καὶ σοφὸς ἦν, ὥστε θαυμάζεσθαι αὐτοῦ πρὸς τοῦ Ἀντωνίνου τὸν κατὰ εἱμαρμένης λόγον.

Et Bardesanes, Syrus quidam vir erat, in disputando acerrimus, ac sapiens, adeo ut librum scriptum ejus ad Antoninum contra fatum, ab Antonino admiratione fuerit adfectus.

Perperam Cedreni interpres Xylander: = Et erat quidam Bardesanes, natione Syrus, disputator nobili subtilissimus, ac doctus homo, cujus de Bardesanem ἐλλογιμώτατον vocat

Sozomenus Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 16.

Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὡς καὶ πάλαι ἐλλογιμώτατοι τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ Ὀσροηνοῖς ἐγένοντο, Βαρδησάνης τε, ὃς τὴν παρ᾽ αὐτοῦ καλουμένην αἵρεσιν συνεστήσατο, καὶ Ἁρμόνιος ὁ Βαρδησάνου παῖς.

Non me latet, olim quoque apud Osroenos doctissimos hoc modo fuisse viros, Bardesanem scilicet, qui haeresim constituit ex ipsius nomine vocatam, Harmoniumque Bardesanis filium.

Similia leguntur in Nicephoro. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 9. Cap. 16. p. 249. a.) Bardesanem celeberrimis Scriptoribus, qui haereses editis scriptis impugnarunt connumerat Hieronymus, (S. Hieronymus, Epist. 84. ad Magnum. 2. 251.) cujus locum adducam, cum Dionysii Corinthiorum Episcopi rebus illustrandis operam dederim. Sed non hic praetereunda quae scribit ipse

S. Hieronymus Commentariorum in Oseam Libro II. ad Caput X. versiculum 1.

Nullus enim potest haeresim struere, nisi qui ardentis ingenii est, et habet dona naturae, quae a Deo artifice sunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctissimos legimus. Talis Bardesanes, cujus etiam philosophi admirantur ingenium.

Huc pariter faciunt quae habet

Idem in Commentariis ~~Commentariorum~~ in Nahum ad Caput I. versiculum 4.

Flumina quoque ad desertum perducens: omnem falsi nominis scientiam, quae se contra Deum erigens, flumine eloquentiae utitur, et volubilitate verborum; et tumentes contorquens gurgites, cum miraculo spectantium fertur in pronum. Vide Platonem, specta Demosthenem; Tullium

quoque philosophum pariter, et Oratorem; et haereticorum principes intuere, de quibus fuit Valentinus, Marcion, Bardesanes, Tatianus, et de fluminibus non ambiges. Sed haec omnia consumet Dominus Jesus spiritu oris sui, et destruet illuminatione adventus sui, et ad deserta perducet.

Relictorum a Bardesane ingenii sui monumentorum, notissimum est illud de fato ad virum quemdam, quem Antoninum vocat Eusebius, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 30) M. Antoninum Hieronymus. (S. Hieronymus, Catalog. Script. Eccles. Cap. 33.) Errasse hic videtur Valesio, (Valesius, ad Euseb. His. Ecl. Lib. 4. Cap. 30.) qui haud verisimile esse ait, Bardesanem libros Syriaco sermone compositos Romano imperatori nuncupasse. Illi adsentitur Tillemont: (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Not. sur Bardesane Qu' il n' a point adressé à Marc. Aurele son livre contre le destin.) = Cependant il n' est guere probable qu' on adressast à un Empereur un écrit fait en syriaque comme celui là: Et Eusebe qui en cite un grand endroit, dit qu' il le tire des dialogues où il s' entretenoit avec ses amis. C'est pourquoi Mr. Valois aime mieux de croire que cet Antonin est aussi quelque particulier avec qui il estoit uni d' amitié. = Horum tamen doctorum virorum dubitationibus neglectis, adserit Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 24.) opus suum contra fatum M. Aurelio Antonino Bardesanem inscripsisse. Idem ante ipsum senserat† Wetstenius. (Wetstenius, ad Origen. dial. de Recta in Deum fide sect. 3.) Sane Cedrenus ‡ (Cedrenus, Hist. Compend.) ut probet Bardesanem, sapientem fuisse virum, atque in disputando solertissimum, ait ad Antoninum, ejus opus contra fatum, admiratione fuisse prosequutum, quod ab illo non de Antonino quodam vulgari viro, sed de Antonino Imperatore intelligendum esse, omnibus, puto, persuasum erit. At Cedreni parvi facienda est auctoritas, ac preterea suspicari quis potest, apud eum, πρὸς τὸν Ἀντωνῖνον legendum esse, non πρὸς τοῦ Ἀντωνίνου. Porro ambigi potest utrum M. Aurelio Antonino Philosopho opus de fato Bardesanes inscripserit nec ne, non vero utrum illo, vel M. Aurelio Antonino Heliogabalo imperante, Bardesanes ipse claruerit: quam questionem excitarunt Dodwell, (Dodwell, Disert. 4. in S. Irenaeum §. 35. Fab. 194. not.) et Grabe, (Grabe, Spicil. SS. Patr. ut et Haeret. sec. post. Christ. nat. I. II. et III. Sec. I. Not. ad. Jesum Christum. p. 317.) adfirmantes illum non sub Heliogabalo cognomine Vario, non sub Antonino Vero floruisse. Hac in re doctissimorum virorum diligentiam desiderare subit. Licet enim Epiphanii

† Viger, (Viger, ad Euseb. Prep. Evang. Lib. 6. Cap. 10.) et

‡ cujus locum supra adduxi

auctoritatem sibi non adversari, illa nominum Veri, et Varii similitudine ostenderint, quomodo Eusebii testimonium effugient, Bardesanem sub M. Aurelii Philosophi imperio vixisse scribentis in Chronico? Quod si Historiae Eusebii ecclesiasticae maximam esse auctoritatem omnium confessione statutum sit; nescio cur illius fidei detrahendum sit nobis in eo, quod de Bardesane tradit, ipsum scilicet M. Antonino Philosopho imperante vixisse. In eadem Historia iis quae de Bardesane leguntur haec subjecta statim occurrunt: Ἐν τούτῳ γεμὴν καὶ ὁ Σ̄ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος Σωτὴρ τελευτᾷ.. = Eo quoque tempore Soter Romanae Ecclesiae Episcopus occidit. = Obiit autem Pontifex iste, juxta Dodwell (Dodwell, in Disert. Pearson. postumis subjecta. Till. 677.) quidem, anno 162. M. Antonini Philosophi imperio ineunte, juxta alios vero anno 176. vel 177. regnante adhuc Antonino. Equidem a tertii saeculi Scriptore, Julio Africano, (Julius Africanus, Cest. Cap. 30. Maur. T. 948. a. 6. d.) memoratur Bardesanes quidam Parthus Βαρδησάνης ὁ Πάρθος, (l. c. a.) quem a se visum Julius ipse testatur: ἦν δὲ ἄρα σοφὸς τοξότης ὁ Βαρδησάνης εἴπερ τις ἄλλος ἕτερος, οἶδά τε ἄνθρωπον τοξεύσαντα, οἷα ζωγράφον.... προυβάλετο δὲ τὴν ἀσπίδα ὁ νεανίσκος, τοῦτο γὰρ προσέταξεν ὁ Βαρδησάνης, ἐνδεικνύμενος τὴν τέχνην ἩΜΙΝ ΘΕΑΤΑΙΣ = Solers autem jaculator, si quis alius, erat Bardesanes, eumque novi jaculantem veluti pictor... Protensit autem Scutum protensit adolescens, id enim jussit Bardesanes, spectantibus nobis artem ostendens. = Sed Bardesanem istum ab Ecclesiastico Scriptore hujus nominis distinguere nil vetat, immo jubent multa. Nec valde Scriptori illi convenit, inquit Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 32.) = illa jaculando pingendi sagittarumque ictibus formam ejus quem vellet pulchre describendi sollertia, quam in suo (Bardesane) Africanus praedicat. = + Libri Bardesanis de fato; eo enim, unde profecti sumus, nobis jam redeundum; insignia fragmenta profert

+ Porro quod in secundo ex fragmentis infra recitandis ait Bardesanes, nempe dudum Romanos Arabiam invasisse, non minus quam de Arabia Felice a Severo occupata, intelligi potest de Arabia Nabataea, sive Petraea, quam Trajanus, ut ait Eutropius, (Eutropius, Breviar. Hist. Rom. Lib. 8. Cap. 3.) = in provinciae formam redegit. = Videndi sunt Dio Cassius, (Dio Cassius, Hist. Rom. Lib. 68. Cap. 14.) Sextus Rufus, (Sextus Rufus, Breviar. Rer. gest. pop. Rom. Cap. 20.) et nummi veteres apud Scaligerū (Scaliger, ad Euseb. Chron. Reimar) Tri=

Eusebius Praeparationis Evangelicae Libro VI. Capite 10.

Παραθήσομαι δέ σοι καὶ τῶνδε τὰς ἀποδείξεις ἐξ ἀνδρὸς Σύρου μὲν τὸ γένος, ἐπ' ἄκρον δὲ τῆς Χαλδαϊκῆς ἐπιστήμης ἐληλακότος. Βαρδισάνης ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, ὃς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους διαλόγοις τάδε πῆ μνημονεύεται φάναι.

Ὡς καὶ ἀπὸ τῆς Μαθηματικῆς θεωρίας, ὁ περὶ εἱμαρμένης ἐλέγχεται λόγος, ἐκ τῶν Βαρδισάνου.

Apponam tibi ante oculos harum quoque rerum demonstrationes, ex quodam viro desumptas, genere quidem Syro, ad summum autem Chaldaicae scientiae gradum evecto. Bardesanes nomen est viri, qui in dialogis ad sodales ita loqui memoratur.

Mathematica etiam scientia, dogma de Fato coargui; e scriptis Bardesanis.

stan. Mediobarbum, Fabretti, Spanheim (Spanheim, De praestant. et usu numism. Diss. 6. et ad Julian. Orat. 1.) et Pitiscum, (Pitiscus, Diction. Lexic. antiquitat. Rom. art. Arabia.) Orsato, (Orsato, de Not. Roman. art. ARAB. AD 2.) Angeloni, (Angeloni. L'Istor. Aug. da Giul. Ces. a Costant. il Magno, illustr. con la verità dell'antiche Medagl.) aliosque.

„Κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος γεννᾶται, τρέφεται, ἀκμάζει, γεννᾷ, ἐσθίει, πίνει, κοιμᾶται, γηρᾷ, ἀποθνήσκει· καὶ τοῦτο παντὸς ἀνθρώπου καὶ παντὸς ἀλόγου ζώου. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ψυχικὰ ὄντα, καὶ διόλου, καὶ κατὰ συμπλοκὴν γεγεννημένα. διόλου σχεδὸν κατὰ φύσιν φέρεται. Λέων σαρκοφαγεῖ. etc. v. Euseb. p. 273. usque ad p. 274. lin. 43. ad verba: ἔλεος, ἀλλὰ κατὰ λόγον."

„Natura generatur homo, alitur, crescit, generat, edit, bibit, dormit, senescit, moritur; atque id omni hominum convenit, omnique irrationabili animanti. Et animantia quidem alia, quae anima praedita sunt, atque utriusque sexus congressione generantur, in omnibus pene, naturae virtute feruntur. Leo carnes vorat, ac si laedatur ulciscitur, ideoque Leones omnes carne vescuntur, ac offensores puniunt. Agni herba pascuntur, neq. carnes attingunt, neque ulciscuntur offensi, idque agni cujusvis est proprium. Scorpius terram comedit, et non offendentes offendit, aculeo venenato percellens, Scorpiorumque omnium est improbitas ista. Formica adventantem hyemem natura cognoscit, omniq. atque per totum aestatis tempus labori non parcens, alimenta sibi reponit, eoque more formicae omnes operantur. Apis in elaborandum mel, quo ipsa nutritur, incumbit, studiumque istud apibus omnibus inest. Aliaque etiam plura animantium genera proferre possemus, quae cum a naturae instinctu recedere nequeant, magnam valerent in nobis admirationem excitare. Sed satis duxi, ex adlatis in medium exemplis ostendere, caetera quidem animantia, juxta similitudinem, ac differentiam, a natura unoquoque tributam, navi necessitate ferri: homines autem solos, qui libertatem habent, et mentem, ac rationem, ex mente profectam, naturam quidem sequi, ut jam dixi, in iisq., quae communia sunt; juxta voluntatem vero, non juxta naturam civiliter agere. Non enim omnium unus est cibus; sed alii leonum, alii agnorum more vescuntur: non una omnibus est gestaminis forma, non mos unus, non una vitae ratio rei legislatio, non una rerum cupiditatis in omnibus actio; sed hominum quisque quam ipse vult eligit vitae formam, idcolam suum, nonnisi in iis, quae placuerint, imitans. Ejus enim libertas non servituti subjicitur: quod si voluntarie serviat interdum, id etiam ejus libertatis est, servire posse libenter. Quam multi homines, praesertim Alanaei, crudis carnibus ferarum more vescuntur, ac pane non egentes abstinent, sed ipso uti nolentes? Alii, mansuetorum animantium more, carnes non gustant. Alii piscibus solis aluntur, nec aliud quidquam etsi esuriant attingunt. Nonnulli quidem aquam, alii vinum, alii siceram bibunt. Uno verbo, magnum est in humano genere cibi, potusque discrimen, quod etiam in olerum esu, ac pomorum occurrit. Praeterea alii quidem, ut Scorpii, et Aspides, laedunt non laesi; alii vero, ut animantia ratione destituta, injuria petiti ulciscuntur. Nonnulli ut lupi rapiunt, furantur ut feles; alii veluti agni, atque caprae a similibus suis vexantur, neque offensores offendunt. Et alii quidem boni vocantur, alii mali, alii aequi. Unde intelligere subit, non omnino hominem natura universe non ferri; (qualem enim ejus naturam esse dicemus?) sed natura interdum, interdum consilio. Itaque iis itaque, quae consilio fiunt, laudem, aut vituperium, poenamve consequitur; criminatione autem caret in iis, quae ex natura sunt, idque non misericordia jubet, sed ratio."

Hactenus primum Bardesanis fragmentum, ab Eusebio recitatum, cui alterum hocce statim subjungit

Idem loco citato Capite 10.

Καὶ ἑξῆς φησι· „Νόμους ἔθεντο διαφόρους οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, τινὰς γεγραμμένους, τινὰς δὲ ἀγράφους, ἐξ ὧν διηγήσομαι, ὡς οἶδα, καὶ ὧν μέμνημαι, ἀρξάμενος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς. Νόμος ἐστὶ παρὰ Σήραις μηδένα φονεύειν, μήτε πορνεύειν, μήτε κλέπτειν, μήτε ξόανα προσκυνεῖν. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγίστῃ χώρᾳ οὐ ναόν ἐστιν ἰδεῖν, οὐ γυναῖκα πορνικήν, etc. v. Euseb. p. 275. A. usque ad p. 280. c. ad verba: ἀνθίσταται." Τοσαῦτα καὶ ὁ Σύρος.

Ac deinceps ait: „Diversae in regionibus singulis leges ad fuere ab hominibus constitutae, scriptae, aliae, aliae non scriptae. Ex his illas, quarum memini, et quemadmodum novi, a mundi ortu initium sumens, exponam. Lege apud Seras vetitum est, quemquam occidere, aut scortari, aut furari, aut sculptile simulachrum colere. Atque in amplissima illa regione non templum cernitur, non meretrix foemina, non adultera, non fur in jus raptus, non homicida, non occisus. Nullum enim libertate gaudentem, ignivomum Martis astrum cum in medio coelo versatur, in hominis ferro perimendi necessitatem impulit: nullum apud illos Venus cum Marte congressa, ad coeundum cum aliena uxore, licet quotidie in medio um coeli Mars veniat, et quotidie, et quavis hora generentur Seres. Apud Indos, et Bactros multa sunt millia eorum, qui Brachmanes dicuntur, et juxta majorum, legumque traditionem, neq. occidunt, neque sculptilia colunt simulacra, neq. animata gustant, neque inebriantur unquam, cum vino abstineant, et sicera, neque sceleris ullius communione polluuntur, cum Deo semper adhaerescant. At caeteri interim Indi occiduntque, et moechantur, inebriantur, et sculptilia colunt simulacra, atque in fatum intuentes ferme omnia peragunt. Est autem in eodem Indiae climate, genus quoddam Indorum, qui peregrinos casu occurrentes venantur, sacrificatosque devorant. Neque istos ab homicidiis, et illegitimis nuptiis abstinere coegerunt benefica sidera, neque malefica, Brachmanes improbi

ter agere. Lex est apud Persas, filias, et matres uxores ducere jus faciens. Nec in regione illa tantummodo, illoque climate, illegitimas hasce nuptias Persę conficiunt, sed eorum quotquot ex Perside decesserunt, qui adpellantur Magusaei, eamdem nefariam consuetudinem retinent, legesque ipsas, et mores filiis suis successione transmittunt. Plures autem ex iis, etiamnum extant in Media, Aegypto, Phrygia, et Galatia. Nec sane Venus in finibus, aedibusque Saturni, sectur Marte Saturnum comitante, in omnium generationibus invenitur. Lege apud Gelas sancitum est, ut mulieres terram colant, aedificent, atque omne hujusmodi opus perficiant; quibus libuerit congrediantur, neque incusentur a viris, neque adulterae adpellentur, cum omnes in labores incumbant, sed cum quibusque misceantur, peregrinisque praecipue. Non unguentis perfunduntur Gelissae, non tinctis graduntur vestibus, sed nudis pedibus omnes incedunt, exornatis interea viris, mollibus indutis, varioque colore distinctis vestibus, aurum gestantibus, unguentisque delibutis; idque non ex ignavia, fortes enim sunt; et in bello acerrimi, ac venatu. Neque omnes Gelonum mulieres, infaustam Venerem, in Capricorno, aut Aquario, sortitae sunt; neque viri apud illos omnes, Venerem ipsam habent in Ariete, cum Marte conjunctam, quo schemate obtinente, fortes simul, luxuriososque viros nasci dicunt qui Chaldaicam disciplinam sectantur. Apud Bactros, mulieres praestantibus quibusque ornamentis, unguentisque omnibus utuntur, neque ancillasque habent ministrantes, ac pueros, magis quam viri. Magna cum pompa prodeunt in equis, multo auro exornatis, gemmisque pretiosis. Nec pudicitiam colunt, sed servis indiscriminatim, hospitibusque miscentur, cum illo gaudeant jure, neque adcusentur a viris, in quos ipsę pene dominantur. Non tamen in omnib. Bactrianarum mulierum genituris, risus amans Venus, cum Jove, et Marte in propriis finibus, medio in coelo versatur. In Arabia, et Osroene, non tantum adulterae morte plectuntur, sed et eae, quo quibus inest adulterii suspicio, non sine poena dimittuntur. Apud Parthos, et Armenos, interdum quidem a judicibus, interdum vero ad ab occisorum propinquis, necantur homicidae. Sin aliquis vel uxorem suam interfecerit, vel prole carentem fratrem sororemve innuptam, filiumve, vel filiam, a nemine adcusatur, hac in regionibus illis lege obtinente. Apud Graecos vero, et Romanos majori puniuntur poena, qui domesticos, aut consanguineos morte adfecerunt. Apud Artos si quis rem aliquam oboli pretio constantem furatus fuerit, lapidibus obruitur. Qui pauca subripuerit conspuitur apud Bactros, apud Romanos versoribus caeditur: tales enim constitutę sunt leges. Ab Euphrate fluvio, et usque ad Oceanum, atque in Orientem, is, qui homicidii vel furti adcusatur, haud valde graviter fert. Cui vero masculae

I, 2.
p. 49–96.

Veneris crimen objicitur, semetipsum propria etiam vindicat morte. Apud Graecos sapientes etiam cum m amant haud improbantur. In ipso Oriente, stuprati, si comperti fuerint, a fratribus, parentibusve, aut adfinibus occiduntur, neque spectabili donantur sepulcro. Apud Gallos autem palam nubunt adolescentes, non id turbope rati, cum per legem hoc apud ipsos liceat. Non tamen possibile est omnes adeo impie in Gallia vitiatos, Vesperum cum Mercurio in sais in genituris sortitos esse, in aedibus Saturni, Martisque finibus occidentem. Plures in Britannia viri unicam habent uxorem; virum unum, plures mulieres in Parthia; omnesque illae caste vivunt, fidem viro, prout jubetur lege servantes. Amazones omnes carent viris, sed ut irrationabilia animantia, semel in anno circa vernum aequinoctium, proprios transgressae terminos, finitimis miscentur solemnitatem quandam eo tempore celebrantibus. E quibus cum conceperint remeant, et quemadmodum lex naturae fert, omnes necessario uno tempore pariunt, natosque mares projiciunt, foeminas nutriunt. Bellicosae autem sunt, et exercitationum curam habent. Mercurium ajunt cum Venere in Mercurii aedibus, Sculptores, Pictores, Trapezitas efficere, in aedibus autem Veneris, Unguentarios, Phonascos, Histriones. Verum apud Tainos, Saracenos, et Superioris incolas Lybiae, Maurosque, et Nomades, qui circa ostium Oceani maris habitant; in exteriore item Germania, Sarmatiaque superiore, Scythia, gentibusque omnibus qui Septentrionales Ponti partes incolunt, Alania universa, Albania, Otene, Sauria, Aureaque Chersoneso, non Trapezita reperitur, non Sculptor, non Pictor, non Architectus, non Geometra, non Phonascus, non Histrio; sed actio illa Mercurii, atque Veneris, in toto isthoc terrarum ambitu caret effectu. Medi omnes canibus, quos diligenter enutriunt spirantes adhuc homines objiciunt, nec omnes Martem cum Luna in Cancro diurnae geniturae sub terra praesides habent. Indi mortuos comburunt, libentesque simul uxores, nec tamen omnes Indorum, adhuc viventes combustae mulieres, sub terra & nocturnae generationis presides habent cum Marte Solem in Leone, et finibus Martis. Germanorum plurimi laqueo pereunt, nec tamen Germanorum multitudo Lunam, horamque geniturae a Saturno interceptas habet, et Marte. Omni in gente quotidie, omnique generationis modo generantur homines, in singulis autem partibus lex, et mos ob hominum ostinent, propter liberum ipsorum arbitrium. Neque genitura invitos Seras homicidia patrare cogit, neque Brachmanas carnibus vesci, neq. Persas ab illegitimis abstinere nuptiis, neque Indos a rogo, neque Medos canum dentes fugere, neque Parthos pluribus non uti uxoribus, neque Mesopotamiae mulieres pudicitiam haud colere, neque Graecos nudorum corporum exercitationes abjicere, neque Romanos imperium, neque Gallor. pueros nuptias, neque barbaras alias nationes cum iis consuescere, quae a

a Graecis Musae dicuntur. Sed ut jam dixi, gentes singulae, singulique homines, propria libertate quo voluerint modo, atque tempore, utuntur. Conditione autem servit homo, et natura, per quam carne circumdatur, modo quidem libens, modo autem invitus. Ubicumque enim, et in quolibet populo, divites, pauperesque sunt; imperantes, et subditi; valentes, et ęgri, juxta id, quod nascens est quisque sortitus. Haec inquam, o Bardesanes, perfecte me persuaserunt. Sed ajunt Astronomi, terram istam in septem dividi climata, singulis autem illis e septem Planetis unum praeesse: diversasque leges non sibi homines constituisse, sed cujusque dominantis Planetae voluntate in regione ipsi subjecta voluntatem impleri, quam pro lege habent ii qui ejusdem subsunt imperio. Non vere id responsum est, o Philippe. Nam etsi dividatur orbis in partes septem, plures in una parte reperimus legum diversi diversitates. Non enim pro Planetis septem, septem sunt leges, neque duodecim, pro Zodiaci signis, neque sex, et triginta, juxta Decanos, verum innumerae. Et vos eorum oportet meminisse, quę antea jam dixi, in uno scilicet climate, eademque Indorum regione, anthropophagos Indos existere, eosque qui animatorum carnibus abstinent: ac Magusaeos non tantum in Perside, filias uxores ducere, sed et in omni gente, ubicumque domum habuerint, majorum suorum leges, mysteriorumque servare caeremonias. Multas item barbaras nationes recensuimus in Meridie, Occasu, Oriente, ac Septentrione positas, Mercuriali scientia carentes. Quam multos putatis sapientes viros extitisse, qui male statutas leges immutaverint? Quam multas leges, vel inhonestas, vel observatu difficiles excidisse? quam multos Principes nationibus potitos, veteres abstulisse leges, propriasque statuisse? Nullus tamen Planetarum suo excidit climate. Romani occupata dudum Arabia, Barbarorum leges expulerunt. Hujus enim potestas illius sequitur arbitrium. Quod autem vel incredulos persuadere valet, jam vobis exponam. Judaei omnes, lege per Moysem accepta, natos infantulos mares, octava die circumcisione cruentāt. Neq. sideris praesentiam expectant, neque climatis potestati deferunt, neque regionis alius obtemperant legibus: sed sive in Syria sint, sive in Gallia, aut in Italia, aut in Graecia, aut in Parthia, aut quovis loco, eamdem consuetudinem servant. Quod non ex genitura est, nequeunt enim Judaei omnes unam habere genituram. Itidem ipsi ubicunque versentur, septima quaque die, omni abstinent opere, itinere etiam, et igne. Neque cogit genitura Judaeum non extruere domum, non demoliri, non laborare, non vendere, non emere in diebus Sabbati, licet in diebus ipsis, generent Judęi, ac generentur, aegrotent, et vita fungantur: Non enim e libero haec pendent arbitrio. In Syria, et Osroene multi ad Opis honorem abscindebantur; cum autem Rex

Abgarus repente jussisset iis, quibus verenda forent abscissa manus quoque pręcidi, nemo se deinceps in Osroene praecisit. Quid vero de Christianorum instituto dicemus, cujus nos Sectatores, et multi, et in diversis climatis fuimus, in omni autem natione, atque climate, magno licet numero, uno nomine vocati sumus? Neque Christiani qui in Parthia degunt, cum Parthi sint, plures habent uxores; neque ii, qui in Media sunt, canibus mortuos objiciunt; neque qui in Perside, cum Persae sint, filias suas ducunt uxores; neque apud Bactros, gallosque contaminant nuptias; neque ii, qui Aegyptum incolunt, Apim, aut Canem, Hircum venerantur, aut Felem: sed ubicumque sint non ab improbis legibus, non a moribus vincuntur; neque eos genitura, ab imperantibus recta sideribus, cogit, interdicta a Magistro suo praestare facinora. Morbo autem, et inopiae subjacent, calamitatibus item, et iis, quae opprobria vulgo putantur. Quemadmodum enim liber ille noster homo, servire non cogitur, et si urgeatur, urgentibus obstat; ita noster homo servus, qui cernitur oculis, submissionem effugere non facile valet. Si enim omnia in nostro essent arbitrio, nihil nos non essemus; perinde ac si nihil e nostra potestate penderet, aliorum instrumenta, non juris essemus nostri. Deo autem adnuente possibilia, et sine impedimento sunt omnia. Ejus enim quippe voluntati nihil valet resistere: et illa etiam quę obniti contra videntur, ideo obnituntur, quod Deus cuique naturae praerogativam, libertatemque benigne concessit.„ Hęc etiam Syrus.

Istud sane praeclarum Bardesanis fragmentum exscripsit Pseudo-Clemens in ab initio, usque ad verba: ἡ φιλόγελως Ἀφροδιτη, itemque a verbis: Ἐν τῇ αὐτῇ Ἀνατολῇ, usque ad illa: ταῖς ἡμέραις τοῦ Σαββάτου; exscripsit Pseudo-Clemens in Recognitionibus, (Pseudo-Clemens, Recognit. Lib. 9. Cap. 19. seqq.) quas Bardesani ipsi tribuendas haud probanda conjectura suspicatus est Cave. (Grabe 274. Fab. 36.) Contra sentiunt Dodwell, (Dodwell, diss. 6 in Irenaeum.) et Grabe, (Grabe, Spicil. SS. Patr. ut et Haeret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. sec. I. S. Clement. Romani Scripta genuina et suppositit. p. 274. Fab. l. c.) qui rectissime observat, resurrectionem mortuorum in Recognitionibus adfirmari, a Bardesane rejectam, teste Epiphanio. Le Nourry perperam (Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. max. Patr. Fab. l. c.) Recognitionum auctorem a Bardesane exscriptum ait, confundens insuper ejus opus de fato, cum illo contra Marcionem, quod memorant Eusebius, et Theodoretus. (Theodoretus, Hęretic. Fab. Compend. Lib. I. Cap. 22.) E Bardesanis opere de fato, vel ex auctore Recognitionum plura deprompsit Caesarius. (Cęsarius, Dialog. 2. respons. ad quęst. 109. Fab. l. c. Euseb. not.) Diodorus Tar-

sensis in scripto contra fatum, Bardesanem impugnavit, teste Photio, (Photius, Biblioth. Cod 233) eo quod animos tantum immunes a fati potestate, corpora vero eidem subjecta docuerat. Contra Bardesanem scripsit etiam Ara quidam, ut refert Hebedjesu, (Hebedjesu, Catal. Scriptor. Chaldaeorum. p. 107.) cujus verba ex Abrahami Ecchellensis versione hic adponam: = Ara composuit librum contra ~~B~~ Magos, et contra Bardesainem alium, inscriptum de Scarabaeis, nec non et librum, quem composuerat Phakur. = Alterum Bardesanis adversarium ipse memorat auctor. = Ephrem magnus, ait, qui propheta Syrorum cognominatus est, edidit.... Disputationes cum Judaeis, nec non adversus Manichaeum, Bardaisanem, Marcionem, et Hophitas. = Ephraimum contra Bardesanem, ejusque filium Harmonium scripsisse, testatur etiam Theodoretus (Theodoretus, Haeret. Fab. Compend. Lib. 1. Cap. 22. Till. 457.) Paulinum quemdam discipulum suum, acuti virum ingenii, sed fervidi nimium spiritus, alterum Bardesanem vocabat Ephraimus, ut refert + ~~Gennadius.~~ (~~Gennadius,~~ de ~~Scriptor. Ecclesiast. Cap. 3. Till. l.c.~~) Sed jam ipse, ~~a~~ Petro Benedicto interprete, audiendus

+ Gennadius in Catalogo illustrium virorum Capite 3.

Unde eum (Paulinum) frequenter Bardesanem novellum vocabat (Ephr.)

Sic de Eunomio ait S. Gregorius Nyssenus Contra Eunomium Oratione X.

Τὴν τοῦ μονογενοῦς ἔννοιαν ἐξωθεῖν ὁ Χριστομάχος βιάζεται, ἄλλος Μάνης, ἢ Βαρδησάνης τῇ Ἐκκλησίᾳ γινόμενος.

Unigeniti notionem, Christi oppugnator extrudere nititur, alter Manes, aut Bardesanes Ecclesiae factus.

S. Ephraimus in Sermonibus Polemicis adversus Hereses

Sermone I.

Quanta putas exarsit Diabolus invidia in corpus Bardesanis, ut ipse suo ore sibi praecideret spem, dimidiumque sui infamaret Linguam exeruit ut suam resurrectionem ejuraret. (2.418.)

In quo, cum Epiphanio consonat Ephraimus. Pergit paucis interjectis

Idem loco citato.

Horreum lolio plenum Bardesani dedit, quo per agros disseminato, et mox subolescente triticum lappis tribulisque suffocaret: ita, ut demum cum sua segete ipsum satorem in fascem compingeret unum. Lupos Marcioni Apostolorum larva velatos sociavit, texitque vestibus, quas Agnis detraxit. Manethem pro Sue habet, terram humore solutam et putrem ipsius opera assidue volutat. Bardesani sermo palam in concione pudicus, in clandestinis congressibus modestiam in audaciam mutavit, jactavitque impias in Deum voces: feminam imitatur furtivis assuetam stupris in conclavi moechatur. Marcion scorto comparandus, quem omnes execramur aderat. Manes cum amaros avide hausisset succos, recrementa draconum sepè vomitavit, natis aluminusque refudit venena felle et absynthio amariora. Pretiosis vestibus, gemmisque ornavit Bardesanem. Marcioni accommodavit saccum, quo Filios lucis infuscaret. Ut incautos falleret, pallore imbuit Manethem. Suis singulos vitiis instruxit, Marcionem maledicentia, versutia Bardesanem, sic, ut in Manethem purgamenta faecesque congereret et exhauriret.

Et mox addit (419.)

Idem loco citato.

Haeresis Bardesanem accusavit, ipsius sermo velut appressum sigillum convicit, illum non falso crimine delatum. Marcion suam insuper operam contulit propriae damnationis libros scribentibus. Manes ingenuitatem suam sodali suo vendidisse se scripsit. In specubus Bardesanis audies voces et carmina: animadvertens enim, homines in primo aetatis flore musices suavitate capi, carminum concentu Juvenum mores corrupit. Marcion Serpenti similis jejunavit, jejunantis aures serpens Diabolus grandioribus verbis implevit. Idem Manethem liberalibus amplisque promissis captum raptavit. Bardesanis nil tale opinantis destruxere septum; in eo quippe legebat ille non veritatis alumnos Prophetas, sed libros de signis Zodiaci tractantes assiduè volutabat.

Et absoluto paulo post sermone prosequitur (l.c.)

Idem loco citato Sermone II.

Quis ille primus Bardesani à Desane ascivit nomen? congruit id certè magis Bardesani, quam Desani fluvio; non enim hic carduos et Lolium advexit.

Bardesanis dogma de dualitate Deorum commemorat (443.)

Idem loco citato Sermone III.

Asseruit Bardesanes cum Marcione dualitatem Deorum, et si rejecisse videri velit.

Et paucis interpositis

Idem loco citato.

Bardesanes itaque, qui contendit plures Deos esse non posse, si docet plures nihilominus esse οὐσίας i. e. substantias per se sempiternas, jam admittit quod rejiciebat. (443.)

Ac rursus (444.)

Idem loco citato.

Jamque revixit in Bardesane vetus Graecorum error, docentium a pluribus agentibus sempiternis mundum conditum et constitutum fuisse: invasitque Manetem Indicus error, ut induceret duo contraria numina atque inter se pugnantia. Tertium adjecit Marcion. Sic multiplicavere Deos, ut nullum haberent Deum. Contestatum furtum est, perspectumque errorum ejusmodi inventores ab uno Summo Deo clepsisse nomina, iisque res minime existentes induisse et incommunicabilia ejusdem nomina, cum rebus factis participasse. Marcion et Bardesanes impie affirmant non unum esse rerum conditorem: summi scilicet Opificis o=

pera rebus ab eo factis attribuerunt, sic, ut Filium et Spiritum Sanctum cum istis confunderent. Adeo rerum omnium effectores nullos fuisse putant.

Ad dogma de Fato postea deveniens haec post multa ait (452.)

Idem loco citato Sermone VI.

Vir acris ingenii Bardesanes, qui vulgare Fatum accusat, commentus Fatum illo praestantius, suorum quippe arbitrum progressuum atque regressuum, necessitatem, quam in imis arguit, eandem in summis arguere cogitur: vim namque aliquam ista sustinere manifestè probant ipsorum deliquia.

Cum plura loquutus esset Ephraimus Bardesanem haud unquam nominans, ejus denuo meminit (464.)

Idem loco citato Sermone XIV.

Veritatem contradixerunt filii mendacii, mutuamque inter se affinitatem in doctrina sanxerunt, docueruntque Hylen esse quandam substantiam aeternam, incorruptam. Et hanc quidem à Creatore dissidere tradidit Marcion: Bardesanes contra ejus in Mundi opificio consortem fuisse scripsit: Manes autem Babylonius in carcerem compegit, cum deliraret.

Bardesanem Marcionis, Valentini, et Cuci legisse vestigia ait (485.)

Idem loco citato Sermone XXII.

Meritò itaque Marcion suis Evangelium assumentis depravare ausus, ab Ecclesia pulsus et abjectus est; damnatusque fuit Valentinus, qui illud deseruit, et qui etiam proculcavit furiosus Cucus. Horum per vestigia incessit Bardesanes, propriam tamen nequitiam ornavit ac texit, Manes namque plane insanire visus est. Ingentem vides spinarum et zizaniorum segetem, age quod tuum est, precare Bonum, ut errantes oves ad suas caulas reducat: mirare simul ipsius Providentiam, quae de hominibus etiam nequissimis optimè mereri non cessat. Valentinus gregem ab Ecclesia suffuratus, suo nomine infamavit, majori adhuc scelere Cucus, et callidus Bardesanes, quas abduxere oves, etiam subhastarunt: Marcion similiter proprias sibi divisit ~~Cau~~ caulas: successit Manes, ejusque armentum simili dolo avertit.

Aliquanto post hec scribit

Idem loco citato. (487.)

An forte Manes primogeniturae jura sibi arroget: atqui prior illo est Bardesanes. Hic ne natu majorem se praedicet? Atqui minor est natu maximis; Marcion quippe fuit illa spina omnium prima, et velut primogenitus dumeti, quod est peccatum, lolium precox, ac temporaneum.

Bardesanis sectatores urget (488.)

Idem loco citato Sermone XXIII.

Sed age, percontare Bardesanis assèclas, qua tandem ratione persuasi, quave illecti spe à Bardesane sibi nomen quesiverint: quae rursus hujus appellationis origo fuerit? An forte quia generis sui auctor Bardesanes fuit, qualis Haebraeorum Heber? Alioquin si causa nominis doctrina fuit, cognomen à nomine Doctoris petitum demonstrat, dogma aliquod minime sanum ab illo commentum, ac traditum fuisse.

Mox subjungit (l. c.)

Idem loco citato.

Auditores, vos ipsi decernite, utrum praestet magisque deceat, Christianum ne, an Marcionitam nuncupari? Dici ne Christianumos, an Desanitas, putida utique zizania. Nos interim optimum et excellentissimum magnificemus, qui debet ipse per se ad eum cupiendum quemvis allicere. Repetamus tempus, quando nec dum viderat lucem Bardesanes, aut Marcionis nomen innotuerat; et discamus, unde suum antiquissimae Ecclesiae duxere nomen, et hoc nostrum perpetuò fore statuamus, novasque, rogo, nuncupationes rejiciamus.

Sermonem claudit, aliaque multa subdit Ephraimus, Bardesanem non unquam memorans. Tandem haec de illo valde notanda profert (553. 554.)

Idem loco citato Sermone LIII.

Reliqua illorum dictata narrare piget, ne longiùs excurrat oratio absque ullo opere pretio, cum ea dudum in suis disquisitionibus exposuerit Bardesanes. Quamquam ut erat hominis ingenium tortuosum et multiplex, absona et absurda stylo concentuque suavi mollire studuit. Odas idcirco ad hunc scopum composuit, induxitque novos modos, et ad metrum numerumque orationem exegit. Hac scilicet arte sibi utendum judicavit callidus veterator, ut venenum melle dilutum incautis tutè propinaret, quandoquidem salubriores cibos stomaco laborante fastidiebant; Davidem sibi imitandum proposuit, quod confideret, ab exemplaris dignitate sibi multum splendoris accesurum, operęque ex ejusdem imitatione pretium et commendationem. Scripsit itaque Psalmos quinquaginta supra centum, Prophetae sententias suppressit, expressit numeros; neque enim Davides Apostatarum carmen cantavit, quorum cithara mendacio servit, vel usquam nominavit, quam laudat Bardesanes, substantiam sempiternam; noverat quippe principium rerum unum esse; hoc profecto nomen omnem à Sectariis superinductam Aeonum nomenclationem evertit. Etenim si paria sunt propria rerum nomina, naturas sequitur esse pares. Adeo, Fratres, illorum doctrina suomet onere fatiscit. Hic porro observate, quantum caverit

Bardesanes, ne coaequare videretur substantias, quas tamen aeternas appellat, ut inde intelligatis ejus imprudentiam, quando earum nomina aequare non dubitat. Sapientibus certe utrinque imminet periculum; uti enim nefas est, aequare naturas, ita nomina confundere crimen fuit. Sed cum haeresis suis fautoribus, lecum negaret, ut adhibito examine caussam cognoscerent, neutiquam adverterunt, quod si omnium Aeonum unum affirmarent esse commune nomen, et omnes eodem certo et proprio vocabulo appellarent substantias ingenitas ac sempiternas; ex hoc ipso sequebatur, unam pariter cunctorum esse naturam; unum enim esse necesse est, cujus nulla causa fuit, quod tamen Sectarii planè negant. Bardesanistarum errores deflet (557)

Idem loco citato Sermone LV.

Oro vos, Fratres, pro Bardesanis alumnis propitiare Deum, ut eorum tandem insaniam seu furorem cohibeat, pueri sunt, quae sua fert aetas, loquuntur. Inexplicabile quoddam imaginantur, quod à Patre viventium delapsum in terras descendit: ignotam prolem concepit inde Mater, natum Viventis filium appellavit. Apage ista, Sanctissime Jesu, à tuis, qui tuum pernovimus Genitorem et praedicamus. Hunc porro omnium rerum Dominum, quem Secta tamen eo asserit impotentem, ut plane nihil valeat procreare, aut generare, aut producere, fingit substantiam esse quandam natam ex concubitu duorum principiorum, corporum adinstar coëuntium. Usque adeo insaniunt, ut talia de Domino effutire non dubitent.

Deinceps ait (l. c.)

Idem loco citato.

Nunc vero eritne aliquis, qui obfirmet aures et frontem, nec erubescat audiens insanos homines jactantes, Spiritum Sanctum geminas generasse puellas? sic enim Spiritum Sanctum suis blandientem filiabus inducunt. „Quae te nascendo proximè subsecuta est, mihi filiam, tibi sororem habeto„. Nam caetera piget retexere, quae in ejusmodi prolis conceptu gesta narrantur. Tergat, oro, os meum, Jesus, qui dum refero illorum arcana, linguam contaminasse meam videor. Geminas, ut modo dicebam, sorores à Spiritu Sancto genitas affirmant, et alteram quidem Terrae attulisse unde incestaretur; alteram vero Aquae, unde imaginem quandam exprimeret. Jam intelligitis, qualia veteratores absurda nobis obtrudant. Etenimvero si neque malignorum spirituum speciem exhibere sufficit aqua, quis, quove censens, rapuit furor dementes, ut dicerent hoc

elemento ipso Spiritus Sancti repraesentari naturam, sensibus minime subjectam, imo nec à supremis intelligentiis comprehensam? Ipsa Bardesanis verba recino ex ejusdem canticis ubi Spiritum Sanctum sic affatur. „Quando nobis tuo accumbentibus epulo intueri licebit convivas, et illam puellam, cui tuis in genibus assidenti blandiri soles, cantuque mulcere tuo„

En fragmento e Bardesanis canticis, quorum superiore sermone meminerat Ephraimus. Bardesanis verbis haec statim subdit (l. c.)

Idem loco citato.

Consonant, quae suis disquisitionibus passim interserit poëta furiosus et lascivissimus, ausus etiam augustissimum nomen Spiritus Sancti ipso Sole splendidius suis verbibus obscurare. Plura non addam, cum ad arguendam eorum impudentiam satis habeamus ea, quae apud ipsos in clandestinis conventibus canuntur, ubi inducitur femina quaedam suam lamentans solitudinem hoc versu: „Deus et Rex meus, siccine me solam dereliquisti?„ Scilicet, cum Poëta dicti turpitudinem erubesceret, tegere cogitavit conficta larvâ ex verbis Domini similem exclamationem ex divinis Psalmis usurpantis: „Deus Deus meus, quare dereliquisti me?„ Etsi Bardesanes, cui subscribunt ejus discipuli, sacram historiam à Mose se accepisse fateatur, levem tamen ac futilem existimant, dum scribit: „Sedes deliciarum ea est, cujus portae Matri rerum patuerunt Praesidis mandato„, et Paradisum in regione nefandâ situm fingit. Primus tamen Pentateuchi liber talium fabularum absurditatem velut objectum speculum repraesentat et redarguit. Item consecratum Sancti Paradisum rejicit Bardesanes, laudat alium, in quo quisque sanus erubescat, illum videlicet, quem Dii quidam geometrae architectati sunt: Pater et Mater rerum suo concubitu sata ei dederunt, plantas passibus. Ubi talia somniantibus occurrit ex adverso Moses. Nae ille ista non scripsit! Sacrę literae alia narrant, et Hortum deliciarum in regione Eden a Domino consitum fuisse referunt et describunt. Deinde Moses unum indicat Paradisum, isti geminos fingunt, et à Diis Geometris conditos fuisse mentiuntur, ubinam autem loci statuerint, nec dicere fas est. Scilicet Serpens, qui Adamo ex arbore fucum temperaverat, composuit Bardesani ex historia Paradisi fabulam. Solis, Lunaeque meatus admiratus, hanc rerum Matrem imaginatus est, illum Patrem: Deos Deasque distinxit, hisque longam sobolem adjunxit, sacra divinaque omnia pleno ore traduxit, laudavit, quae sibi finxit numina, ea solenni formula salutare solitus. „Domini mei, ajebat, coetus Deorum ave=

ter, adeo ut, nec talia resonis iterare vocibus vereretur. Machabaei fratres cum apud Judaeos in acie caesos recondita simulacra gentium reperissent, preces et hostias pro defunctis obtulerunt. Vos autem Boni pia proles, hunc, oro, pro Bardesane propitiamini, qui cum prisco Gentium errore decessit, Dominum in ore, Daemonum legionem in corde ferens.

Clauso his verbis sermone, denuo Bardesanis meminit (559)

Idem loco citato Sermone LVI.

Suo Bardesanes pecori propriam ~~prop~~ impressit notam, suumque dixit gregem; Manethis nomen affictum sibi Secta nunc quoque circumfert. Direptae pecudes infami notâ signandae fuerunt: nostri Servatoris oves ab ejus nomine Christiani audiunt, ipso quippe vocante, in unum coaluere gregem. Manes, atque Bardesanes postquam Ecclesiarum thalamos incestarunt, vulgari moechorum arte mutavere nomina, sua intruserunt, postquam augustissimam sustulere nomenclationem.

Paulo post ait (l.c.)

Idem loco citato

Quid dicam? omnemne eos exuisse pudorem? omnine verecundiae sensu caruisse? quando suis scripturis hominus nomen praefixerunt, audiebantque Scribam suppressâ veteri formulâ: „Sic dicit Dominus Deus exercituum:„ lectionem his inchoare verbis: sic dicit Marcion, ille videlicet furiosus, aut Manes, aut Bardesanes.

Tandem veram Christi Ecclesiam sic adloquitur (560.)

Idem loco citato.

Tuum Dominus tuus imperium amplificet, ac remuneretur fidem. Quod nec insani illius Marcionis retines libros, neque deliri Manethis scripta volutatis, aut codicem execrandae mystagogiae Bardesanis habes.

\+ (Porphyrius, de abstinent. ab animat. Lib. 4. Fab. 4. 197.)

Hactenus de Bardesane Ephraimus. Laudatur a Porphyrio + Bardesanes Babylonius, ὁ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονὼς, καὶ ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δαμάδαμιν πεπεμμένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα. Haec ex illo refert Hieronymus: (S. Hieronymus, adversus Jovinian. Lib. 2. Cap. 9. p. 53. t. 2. Till. 454.) = Bardesanes vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos gymnosophistas dividit: quorum alterum appellat Bragmanas, alterum Samanaeos; qui tantae continentiae sint, ut vel pomis arborum juxta Gangen fluvium, vel publico orizae, vel

farinae alantur cibo; et cum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacemque suae provinciae in illorum precibus arbitrari sitam. = Bardesanem Babylonium cum Ecclesiastico hujus nominis scriptore eundem putant Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Ecl. les Heret. Bardes. et Harmon. son fils) et Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. + Lib. 5. Cap. 1. §. 32. p. 264.) Revera Porphyrius, qui Babylonium Bardesanem ~~citat~~ laudat, alibi quaedam plura de Brachmanibus ex ipso referens, etiam κατὰ λέξιν, eum vocat τὸν ἐκ Μεσοποταμίας. (Porphyrius, in Fragmento de Styge. Till. 457. Fab. 4. 197.) Attamen Boivin, (Boivin, ad Jul. African. Cest. Cap. 30. Meur.) et Wetstenius (Wetstenius, ad Origen. Dial. de recta in Deum fide sect. 3.) Bardesanem Babylonium a Syro distinguendum autumant. Sane haud recte Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 32.) scriptorem hujusce nominis Ecclesiasticum, Babylonium fuisse scribit, eum enim fuisse Edessenum, Epiphanius, et Theodoretus (Theodoretus, Heretic. Fab. Lib. 1. Cap. 22.) diserte testantur. Huc faciunt quae habent

\+ Lib. 3. Cap. 24. §. 9. in not.

Acta S. Ephraimi Capite 32.

Neque minus Edessae Dei servo (Ephraemo) negotii fuit. Urbem enim postliminio reversus, reperit nefariis omnis generis sectis misere oppressam, Bardesanis praecipue, cujus exitialem librum nactus, acerrime confutavit, ut ipsemet Ephraemus refert: „ Librum Bardesanis reperi, qui me ad horam contristavit; aures enim meas, totum corpus nefariis, quibus scatet, contumeliis penitus exturbavit, foedavitque. Ipsius homeliae blasphemiae sunt, lectiones vero maledicta. Quod si corpus, uti docet, non resurget, hoc ipso maledictioni addicitur. „

Paulo post haec de Bardesane valde notanda leguntur

Ibidem.

Eo temporis Edessae invalescere occoeperat Bardesanitarum haeresis, quam auctor Bardesanes sub mollibus diversisque cantiunculis longe lateque disseminaverat. Homo quippe flagitiosissimus Regio Vate ad imitandum sibi proposito, centum et quinquaginta cantus armonicos elucubravit, quorum exitialem luem sub musicae suavitatis integumentis involutam in puerorum incautum gregem transfuderat: qua arte plurimorum mentes vaferrime labefactavit; ita plane, ut organum, seu instrumentum, quo Daemon ad canendum utebatur, quodque ad filios Caini seducendos adhibuit, aptissime nuncuperis.

Nec multo post haec habentur

Ibidem.

Praecipue tamen (hujus (Ephraemi) curae ac cogitationes omnes ad tollendam Bardesanis, ejusque adseclarum impietatem evigilaverunt.

Tandem, paucis interjectis ista occurrunt

Ibidem Capite 33.

Sicuti Addaeus Edesae Apostolus fuerat, ita et fuit B. Ephraem, qui Bardesanem profligavit, ipsiusque sectatores ab iniquitatis calle detorsit. Aliquando Ephraem ad populum verba faciens, ita in Bardesanem invectus est: „ Nec spes locamus nostras in septem Planetas, in quos Bardesanes credit. Maledictus, qui, ut ille, pluvias, roscidumque imbrem, aut glaciem, seu nivem ab iis septem effluere profitetur. Expungatur cito ex fidelium albo quicumque ex hisce caussis, quas nefarius ille assignat, semina operariis, et fruges agricolis provenire, quique aut famem, aut saturitatem, Aestatem, aut Hyemem, prout excors ille dictitat, ex iisdem principiis proficisci asserit. Idipsum fiat viro, aut sive mulieri haec confitentibus, spemque ibidem locantibus suam, et erga Deum fiduciam abjicientibus, nec non potestatem aliquam eisdem tribuentibus. Maledictus, qui sacros volvit Codices, iisque adversatur. Maledictus, qui legit Prophetas, et eorum monita despicit. Maledictus, qui legit Apostolos, et illorum sententiis refragatur. „

Haec verba retuli ex versione Stephani Evodii Assemani Episcopi Apameensis, qui illa A Ephraimi Acta e Codice Nitriensi, Vaticano quinto, Syriace et latine pr integra primus edidit, Tomo operum Ephraimi Syriacorum tertio, Romae vulgato anno 1743 (praef. p. xxx.)

Paralipomena

Pro pag. 42. (1.) Plura de Bardesane habet

Idem Haereticarum Fabularum Compendii

Libro I. Capite 22.

Βαρδησάνης δὲ ὁ Σύρος, ἐξ Ἐδέσης ὁρμώμενος, ἐν τοῖς Οὐήρου Μάρκου Καίσαρος ἤκμασε χρόνοις. Τοῦτον φασὶ πολλὰ τῆς Βαλεντίνου περικόψαι μυθολογίας. Πολλὰ δὲ καὶ τῇ Σύρων συνέγραψε γλώττῃ, καὶ ταῦτα τινὲς μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Ἐντετύχηκα δὲ κἀγὼ λό-

Bardesanes autem Syrus, ex Edesa oriundus, Marci Veri Caesaris temporib. floruit. Hunc e Valentini fabulis plura resecuisse perhibent. Multa autem et Syrorum lingua conscripsit, quae in Graecum sermonem quidam transtulerunt. Incidi et ego in

Candidus.

Scripsit Candidus in Hexaemeron, teste Eusebio, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 27.) cujus verba retuli de Apione loquens. Consonat Eusebio Hieronymus: (Hieronymus, Catal. Scriptor. Eccles. Cap. 48.) „Candidus, regnantibus supra scriptis, in Hexaemeron pulcherrimos tractatus edidit.„ Candidi mentio est etiam apud Nicephorum. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 35.) Disputatorem cautissimum, nescio qua de caussa, eum vocat

Eusebius in Chronico anno Domini 197. Olympiade 243.

Candidus Christianorum disputator cautissimus notus efficitur.

γοις αὐτοῦ, καὶ κατὰ εἱμαρμένης γραφεῖσι, καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν, καὶ ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις. Φασὶ δὲ καὶ Ἁρμόνιον τούτου παῖδα γενόμενον, ἐν Ἀθήναις τὴν Ἑλληνικὴν παιδευθῆναι φωνήν. Πολλὰ δὲ καὶ οὗτος συνέγραψε τῇ Σύρων γλώττῃ χρησάμενος. Τὴν τῶν ἀμφοτέρων δὲ πλάνην Ἐφραὶμ ὁ Σύρος πανεύφημος γενναίως διήλεγξεν.

libros ejus contra fatum, atque in adversus Marcionis haeresim, aliosque non paucos. Ferunt et Harmonium hujus filium, Graecae linguae operam Athenis dedisse. Multa autem et iste conscripsit, Syrorum usus lingua. Utriusque errorem celeberrimus Ephraim Syrus strenue refutavit.

Clemens Alexandrinus.

De Clementis Alexandrini aetate haec habet Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 38.) = Floruit autem (Clemens) Severi, et Antonini filii ejus temporibus. = * Liceat hic igitur primum Chronographorum de Clemente testimonia proferre, ut inde quid singuli de ejus aetate senserit innotescat. Eum igitur memorat

* Idem inquit Photius: (Photius, Biblioth. Cod. 111.) Ἤκμασε δὲ (Κλήμης) Σεβήρου, καὶ Ἀντωνίνου υἱοῦ αὐτοῦ Ῥώμης βασιλευόντων. = Floruit autem (Clemens) Severo, et Antonino ejus filio Romae imperantibus. =

Eusebius in Chronico anno Domini 196.
Olympiade 243.

Clemens Alexandrinae ecclesiae Presbyter, et Pantaenus Stoicus Philosophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.

Eadem verba leguntur in Prosperi Chronico, et in Bedae libro de sex mundi aetatibus. * Clementem sub Severo floruisse ait

* Paulo post ait
Idem loco citato anno Domini 205. Olympiade 245.
Clemens multa, et varia conscribit.

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5685. Christi 185.

Κλήμης ὁ Στρωματεὺς πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας, ἄριστος διδάσκαλος, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ συντάττων διέλαμπεν.	Clemens Stromateus Presbyter Alexandriae, doctor optimus, de Christiana philosophia scribens clarebat.

Ita et
Tiro Prosper in Chronico
Clemens multa conscribit.

Similiter et

S. Nicephorus Constantinopolitanus Archiepiscopus in Chronographia Compendiaria.

Σευῆρος ἔτη ιή. Ἐπὶ τούτου βασιλείας, Λεωνίδης ὁ πατὴρ Ὠριγένους ἐμαρτύρησεν, καὶ Ἱππόλυτος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἤκμαζε, καὶ Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς, καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεύς.	Severus regnavit imperavit annis 18. Illo imperante, Leonides Origenis pater martyrium passus est, et Hippolytus Romanus Scriptor floruit, itemque Gregorius Thaumaturgus, et Clemens Alexandrinus.

+ duodeviginti

Clementem Alexandrinum sub Severo exitium mortem martyrio oppetiisse nescio qua fide scribit

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 195.

Quinta, hortante a Nerone persecutione Christianos excruciavit (Severus) plurimique Sanctorum per diversas provincias martyrio coronati. Inter quos et Leonides pater Origenis, et Clemens Alexandrinae Ecclesiae coronati sunt.

Clementem me=

Clementem memorat et alius Latinus Chronographus
Hermannus Contractus in Chronico aetate sexta, anno Christi 182.

Panthenus, et Clemens Alexandriae clari habentur.

His Africanum quoque clementis meminisse ait de Commodi imperio agens
Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio

Ἀφρικανὸς δέ φησιν ὁ χρονογράφος, ὅτι περὶ τούτου Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο. Κλήμεντος δὲ φοιτητὴς Ὠριγένης ἐγένετο.	Africanus Chronographus, circa hoc tempus Clementem Stromateum Alexandriae innotuisse scribit. Clementis autem auditor fuit Origenes.

Clementem ipsum sub Commodo claruisse inquit etiam
Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 5.

Τότε καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐγνωρίζετο.	Tunc etiam Clemens Stromateus innotescebat

Sub Severo vixisse Clementem scribit
Michael Glycas Annalium Parte III.

Μετὰ τοῦτον Σεβῆρος ἔτη ιζ'. Ἐφ' οὗ Κλήμης ὁ Στρωματεύς.	Post hunc Severus septemdecim annis imperavit. Sub eo floruit Clemens Stromateus.

Quem autem nos Alexandrinum vocamus, Atheniensem nonnulli dixerunt, ut testatur .....

S. Epiphanius adversus haereses Libro I. adversus haeresim 12. sive 32. Capite 6.

Εἶτα οἱ καλῶς συγγραψάμενοι, καὶ ἀλήθειαν τούτων ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν συγγράμμασιν ἤλεγξαν, Κλήμης τε, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον.	Verum haec a veritate abhorrere, egregii scriptores in operibus suis ostenderunt; e quibus est Clemens, quem Alexandrinum nonnulli, Atheniensem alii dicunt.

Atheniensem non Alexandrinum Clementem, Meursius (Meursius, ad Pallad. Hist. Lausiac. Cap. 143.) quoque putat: = Ut sententiam dicam; ego Atheniensem autumo. Alexandrinum vero nuncupari coepisse, quia ecclesiae Alexandrinae presbyter inclarescere illic scriptis coepit.... Hieronymus in Catalogo Script. Eccles. non Alexandrinum, sed ecclesiae Alexandrinae presbyterum appellat. Idem facit Ado in Chronico. Ergo puto satis manifestum errorem. = Male Baillet hujus opinionis auctorem facit Epiphanium, ut solent negligentissimi homines, nec tamen infrequentes, qui sententias ab aliquo scriptore, aliorum nomine expositas, scri=

ptori ipsi, contraria forte cogitanti, temere adscribunt. Contra Meursium sentit Tillemont. (Tillemont, Mem. pour serv. à l' His. Eccles. S. Clement Prestre d' Alexandrie, et Docteur de l' Eglise art. 1.) Ex Ethnico Clemens Christianus evasit, ut constat ex Eusebio, (Eusebius, Praep. Evang. Lib. II. Cap. 2.) et Clementis ipsius Paedagogo. (Clemens Alexandrinus Paedag. Lib. 1. Cap. 1. p. 97. Tab. 102. not.) Panteni ut magistri sui in deperdito Hypotyposeon opere Clemens ipse meminerat, testibus Eusebio, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 11.†) atque Photio. (Photius, Biblioth. Cod. 109.) Ab Origene autem auditum fuisse Clementem adserit

† Lib. 6. Cap. 13.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite VI.

Πάνταινον δὲ ὁ Κλήμης διαδεξάμενος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν κατηχήσεως εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ καθηγεῖτο· ὡς καὶ τὸν Ὠριγένην τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ παῖδα ὄντα γενέσθαι.

Pantaenum Clemens subsequutus, illo adhuc tempore Alexandrinae Scholę Catechetica praeerat; adeo ut etiam Origenes puer cum esset, ex ejus auditorum numero fuerit.

Ita et Nicephorus. (Nicephorius, Hist. Eccl. Lib. Cap. 33.) Rem ipsam a nonnullis traditam, inquit P. (Origen. 4. append. 14.)

Photius in Bibliotheca Codice 118.

Τοῦτον τοίνυν τὸν Ὠριγένην, ὃν καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαί φασιν, ὅτι ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς ἐῴκεσαν οὓς ἂν δήσειε λόγους, ἀκροατὴν, καὶ διάδοχον λέγουσι γενέσθαι Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως, καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιαστικοῦ διδασκαλείου. Κλήμεντα δὲ Πανταίνου γενέσται λέγουσι καὶ ἀκροατὴν, καὶ τοῦ διδασκαλείου διάδοχον.

Hunc igitur Origenem, qui et Adamantium ideo dictum ajunt, quod adamantinis vinculis, quas colligaret rationes non viderentur absimiles; auditorem fuisse ferunt Clementis Stromatei, atque ecclesiasticae Alexandrinae Scholae successorem. Clementem vero Panteni auditorem, et in Schola successorem fuisse tradunt.

Nec dissentit

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 54.

Hic (Origenes) Alexandriae, dispersa Ecclesia, decimooctavo aetatis suae anno, κατηχήσεων opus aggressus; postea a Demetrio ejusdem urbis episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit.

Clementem testimonium pro Origene adlegasse, auctorem Anonymum Apologiae pro Origene ipso, auctor est Photius. (Photius, Biblioth. Cod. 117. Tab. 9.) Verum omnia submovet Philippus Sidetes, qui Clementem non Panteni, sed Athenagorae discipulum ait, Clementis

vero successorem Pantaenum, Pantaeni autem Origenem, ut tradit

Fragmentum editum ab Henrico Dodwell ad calcem Dissertationum in S. Irenaeum.

Τούτου† μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν Στρωματέα Κλήμεντα, καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος. Τέταρτος προέστη τῆς χριστιανικῆς διατριβῆς Ὠριγένης.

† (Ἀθηναγόρου)

Hujusce (Athenagorę) discipulum fuisse ait inquit Philippus, Clementem Stromateum, Pantaenumque Clementis. Quartus Christianę Scholae prefuit Origenes.

Philippum, licet a Dodwell defensum, erroris arguunt eruditi. Sane preter adlegatos supra scriptores, qui Pantaenum Clementis non discipulum, sed magistrum adpellant, Maximus quoque Martyr, (S. Maximus, Ambig. in Oration. S. Gregor. Nazianz. Tab. 4. 765.) qui Pantenum ipsum Clementis καθηγητὴν = praeceptorem = vocat. Liceat tamen adhuc a Philippo damnando supersedere. Potuit enim Nicephorus, sive quisquis alius auctor fragmenti est a Dodwell editi, Philippi verba male legisse, vel librarius Nicephori ver locum corrupisse. Praeter Origenem, Alexandrum quoque Flaviadis primum, ac deinde Hierosolymorum episcopum, discipulum fuisse Clementis putant Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' His. Eccl. S. Clem. Prestre d' Alexandr. et Doct. de l' Eglise art. 1. S. Alexandre Evesque de Jerusalem, et Martyr; Origene Prestre et Confesseur art. 2. p. 183. 415. 498.) et Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Gręc. Lib. 5. Cap. 1. §. 21. p. 103.) ab eo moti quod inquit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 14.

Πάλιν δ' ὁ δηλωθεὶς Ἀλέξανδρος, τοῦ Κλήμεντος, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Πανταίνου ἔν τινι πρὸς Ὠριγένην ἐπιστολῇ μνημονεύει, ὡς δὲ γνωρίμων αὐτῷ γενομένων τῶν ἀνδρῶν. Γράφει δὲ οὕτως: „Τοῦτο γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ, ὡς οἶδας, γέγονεν, ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῖν φιλία μένῃ ἄσυλος· μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ᾖ καὶ βεβαιοτέρα. Πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα· Πάνταινον τὸν μακάριον, ὡς ἀληθῶς καὶ κύριον· καὶ τὸν ἱερὸν Κλήμεντα κύριόν μου γενόμενον, καὶ ὠφελήσαντά με· καὶ εἴ τις ἕτερος τοιοῦτος· δι' ὧν σε ἐγνώρισα τὸν κα=

Qui sane supra dictus Alexander, Clementis simul, et Pantaeni meminit in quadam ad Origenem epistolam, veluti virorum sibi familiarium. Sic autem scribit: „Haec enim, ut nosti, voluntas Dei fuit, ut amicitia inviolata maneret amicitia a majoribus nostris in nos derivata; immo ferventior, et firmior. Patres enim novimus beatos illos, qui nos in via precesserunt, ipsos brevi sequuturos; Pantenumque beatum, ac vere Dominum meum; sacrumque Clementem, qui mei Dominus fuit, meque juvit; et si quis alius ejusmodi fuit. Per quos te agnovi in omnibus optimū,

τὰ πάντα ἄριστον, καὶ κύριόν μου, καὶ ἀδελφόν.»

Dominumque meum, atque fratrem.»

Alia etiam in epistola, Alexandrum Clementis meminisse testatur

Idem loco citato Capite 11.

+ (Ἀλέξανδρος)

Ταύτην δὲ τὴν ἐπιστολὴν σημαίνει + διὰ Κλήμεντος ἀπεσταλκέναι, πρὸς τῷ τέλει τοῦτον γράφων τὸν τρόπον·» Ταῦτα δὲ ὑμῖν κύριοί μου ἀδελφοὶ τὰ γράμματα ἀπέστειλα διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου, ἀνδρὸς ἐναρέτου, καὶ δοκίμου· ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς, καὶ ἐπιγνώσεσθε· ~~ω~~ ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν, καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ δεσπότου, ἐπεστήριξέ τε, καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν.»

Hanc autem epistolam per Clementem indicat ~~se mis~~ (Alexander) se misisse, sub finem ita scribens: » Has litteras, Domini mei fratres, per Clementem beatum presbyterum ad vos misi, virtute pollentem, probatumque virum, quem et vos nostis, et adhuc cognoscentis; et qui vigili, ac provida Domini cura hic apud nos adstans, Ecclesiam Dei confirmavit, et auxit.»

Alexandri verba ita vertit Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal Script. Eccl. Cap. 38.) = Haec vobis, Domini ac fratres, scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum illustrem, et probatum: quem vos quoque scitis, et nunc plenius recognoscetis, qui cum huc venisset juxta providentiam, et visitationem Dei, confirmavit, et auxit Domini ecclesiam. = Clementis scripta plurima ita recenset ipse Hieronymus: (Idem, l. c.) = Feruntur ejus (Clementis) insignia volumina, plenaque eruditionis, et eloquentiae, tam de scripturis divinis, quam de secularis litteraturae instrumento. E quibus illa sunt: Στρωματεῖς, libri octo; Ὑποτυπώσεων, libri octo; Adversus Gentes, liber unus; Paedagogi, libri tres; de Pascha, liber unus; de jejunio disceptatio; et alius, qui inscribitur, Quisnam dives ille sit, qui salvetur; de obtrectatione, liber unus; de Canonibus ~~lib~~ Ecclesiasticis; et ~~ad~~ adversum eos, qui Judaeorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro Hierosolymorum Episcopo προσεφώνησεν. = Ex his nunc extant Stromatum libri ~~septem~~ octo, liber adversus Gentes, Paedagogi libri tres, et ille qui inscribitur: Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος = Quisnam dives salvetur. = Horum primus editur Λόγος προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας = Sermo cohortatorius ad gentes =, quem cum aliis Clementis Alexandrini scriptis, ab Hieronymo laudatis, memorat Eusebius. Sic autem loquitur postquam Stromatum, et Hypotyposeon libros laudasset

Idem loco citato Capite 13.

Ἔστι δὲ αὐτῷ (τῷ Κλήμεντι) καὶ πρὸς Ἕλληνας λόγος ὁ προτρεπτικὸς· τρεῖς τε οἱ τοῦ ἐπιγεγραμμένου παιδαγωγοῦ· καὶ τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, οὕτως ἐπιγραφεὶς ἕτερος αὐτοῦ λόγος· τό τε περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα· καὶ διαλέξεις περὶ νηστείας· καὶ περὶ καταλαλιᾶς· καὶ ὁ προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους· καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος ~~ω~~ κανὼν Ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ Ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν.

Extat autem ejus (Clementis) etiam Sermo cohortatorius ad Gentes; libri tres operis, quod Paedagogus inscribitur; aliusque, cui e titulis, Quisnam dives salvetur; itemque scriptum de Pascha, et disputationes de jejunio; liber de obtrectatione; cohortatio ad patientiam, sive sermo ad Neophytos; et liber, qui inscribitur Canon Ecclesiasticus, sive adversus eos, qui Judaicos errores sectantur, Alexandro supra dicto Episcopo nuncupatus.

Clementis Protrepticum laudat etiam

Idem Praeparationis Evangelicae Libro II. Capite 2.

Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος.

Haec in cohortatione ad Gentes aperte admirandus retegit Clemens, qui omnia expertus est, ac celerrime reliquit errorem, quippe salutaris verbi, et Evangelicę doctrinae virtute, liberatus a malis.

Adlato Clementis loco valde prolixo, denuo illius Protrepticum citat

Idem loco citato Capite 5.

Ἔνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημο~~νεύσταονται~~ νεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς Ἕλληνας ἐπαγόμενος.

Itaque Deorum, quas ipsi habent aedes, sepulcra mortuorum esse feruntur, ut in Cohortatione ad Gentes ait Clemens, Gentiles ipsos testes adducens.

Mox alterum Clementis locum adfert Eusebius ex Protreptico, quem rursus adlegat

Idem loco citato Libro IV. Capite 16.

Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται.

Merito sane admirabilis Clemens in Cohortatione ad gentes eadem ~~ipsa~~ ista coarguens, hominum ~~errorem~~ et ipse deflet errorem.

Sequitur locus Clementis ex Protreptico, ad quem respexit

S. Cyrillus Alexandrinus Contra Julianum Libro X.

Ἔφη δὲ καὶ Κλήμης ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ μέντοι καὶ πολυΐστωρ περί τε θεῶν, καὶ ναῶν ὧδε.

Ait autem Clemens doctus vir, et multarum historiarum cognitione praeditus, de numinibus, ac templis.

Ἡ quo adlato subjungit Idem loco citato. Τοσαῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Haec etiam Clemens.

Ad Protrepticum item respexit

Sequuntur in Protrepticum in Clementis editionibus excipit Paedagogus; quem citat e cujus libro primo + locum hunc profert

\+ Capite nono

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera M. Titulo 3.

Καλὸν μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, ἀγαθὸν δὲ καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας μετανοεῖν, ὥσπερ ἄριστον τὸ ὑγιαίνειν ἀεὶ, καλὸν δὲ καὶ ἀνασφῆλαι μετὰ νόσον τὴν νόσον.

Bonum est non peccare, sed bonum etiam, ut qui peccaverint resipiscant, sicuti optimum est semper valere, sed bonum quoque + post morbum

* Postrema haec sententia alibi etiam a Damasceno laudatur. (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. Y. Tit. 8.) v. Damasc. 702.

\+ sanus redire

Clem. p. 146. τῆς νόσου.

* Ex Paedagogo ipso alterum hunc locum producit

Idem loco citato Littera A. Titulo 12.

Ὥσπερ ὀφθαλμὸς τεταραγμένος, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τοῖς παρὰ φύσιν θολωθεῖσα δόγμασιν, οὐχ οἷά τε τὸ φῶς ἀληθείας διϊδεῖν ἀκριβῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ποσὶ παρορᾷ. Ἐν οὖν θολερῷ ὕδατι καὶ τὰς ἐγχέλεις ἁλίσκεσθαί φασιν ἀποτυφλουμένας.

Sicut oculus vitiatus, ita et anima ab iis, quae praeter naturam sunt dogmatis conturbata, veritatis lucem haud valet plene conspicare, immo et ea, quae ante pedes sunt, recte non videt. Sic in turbida aqua excaecatas capi ferunt etiam anguillas.

Huc pertinent quae habet M. Aurelius Cassiodorus De Artibus, ac disciplinis Liberalium Litterarum Capite V.

Clemens vero Alexandrinus presbyter in libro, quem contra Paganos edidit, Musicam ex Musis dicit sumpsisse principium; Musasque ipsas, qua de causa inventae fuerint, diligenter exponit.

E Paedagogi libro secundo, et Capite, tres hosce locos simul adfert

Idem loco citato Titulo 44.

Αἰσχρολογίας αὐτοῖς τε ἡμῖν παντελῶς ἀφεκτέον, καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῇ ἐπιστομιστέον, καὶ ὄψει δριμυτέρᾳ, καὶ προσώπου ἀποστροφῇ, καὶ τῷ ἀπομυκτηρισμῷ καλουμένῳ, πολλάκις δὲ καὶ λόγῳ τραχυτέρῳ.

Clem. 198.

A turpiloquio, et ipsi nos penitus abstinere debemus, et illis qui ipso eodem utuntur os claudere tum rigidiore adspectu, tum vultus aversione, tum ea, quam vocant subsannatione, tum saepe severioribus dictis.

Τὸ ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἀτακτεῖν, μελέτην ἐμποιεῖν τοῦ καὶ εἰς τὰ ἔργα ἀκοσμεῖν.

199.28

Inordinate dicere, ad inhoneste agendum exercet.

Πάντη ἀφεκτέον αἰσχρῶν ἀκουσμάτων, καὶ θεαμάτων πολὺ δὲ πλέον ἔργων αἰσχρῶν καθαρευτέον.

199.24

Omnino abstinendum est ab obscoenis auditionibus, obtutibusque, multo autem magis, a turpibus nos actionibus mundos esse oportet.

Rursus e secundo Paedagogi libro + haec adducit

\+ Capite quinto

Idem loco citato Littera K. Titulo 4.

195.20. Μιμητὰς δὲ ἀνθρώπων γελοίων, μᾶλλον δὲ καταγελάστων παθῶν, τῆς ἡμετέρας ἐξελαστέον πολιτείας. Τοὺς γελοποιοὺς ἐξοικιστέον τῆς ἡμεδαπῆς πολιτείας.

Facetorum autem hominum, sive potius ridiculorum passionum imitatores a Republica nostra pellendi sunt, a qua Scurrae etiam abigendi a Republica nostra. *

* Quae postrema periodus paucis separatim potius scribenda erat, in Clemente enim, nonnullis post superiora verba interjectis occurrit.

Tandem ex libro itidem Paedagogi secundo locum hunc refert

Idem loco citato Littera X. Titulo 4.

Damasc. 657. ἐρημίας.

Καθόλου ὁ Χριστιανὸς ἠρεμίας, καὶ ἡσυχίας, καὶ γαλήνης, καὶ εἰρήνης οἰκεῖός ἐστιν.

Christianum quies, et tranquillitas, serenitas, et pax, omnino familiarem habent.

* Ex Paedagogo ipso desumpta videntur haec quae sub Clementis nomine producit

* Quem locum alibi etiam exhibet Damascenus. (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. Π. Tit. 17. p. 657.) Clementis Paedagogum citat et Maximus, (S. Maximus, Schol. ad S. Dionys. de Caelesti Hierarch. Cap. 3. p. 13.) cujus locum adferam de Papia loquens.

Nicetas in Catena in S. Matthaei Caput XIII. versiculum 31. et 32.

Ὁ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καταγγελτικὸς λόγος, δριμὺς μέν ἐστι, καὶ δηκτικὸς, καθάπερ τὸ σίνηπι, καὶ τῆς χολῆς βιωτικὸς, τουτέστι τοῦ θυμοῦ, καὶ τοῦ φλέγματος διακοπτικὸς, τουτέστι τοῦ τύφου, ἐξ οὗ λόγου ἡ ἀληθὴς τῆς ψυχῆς ὑγίεια, καὶ ἡ ἀΐδιος εὐκρασία περιγίνεται. Εἰς τοσαύτην δὲ αὔξην ἡ φυὴ τοῦ λόγου προῆλθεν, ὡς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυὸν δένδρον, τοῦτο δ' ἂν εἴη ἡ πανταχοῦ γῆς ἱδρυμένη τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, τὰ πάντα πληρῶσαι ὥστε ἐν τοῖς κλάδοις αὐτῆς κατασκηνῶσαι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἀγγέλους δηλαδὴ θείους, καὶ μετεώρους ψυχάς.

Regni coelorum annunciativus sermo, asper est quidem, et mordax, veluti sinapi; bilemque regit, idest iram, et phlegma recidit, idest superbiam; atque inde vera animi sanitas oritur, ac temperatio perpetua. Tantum autem sermonis hujusce germen increvit, ut nata exinde arbor, (quam Christi Ecclesiae comparare possumus ubique terrarum constitutae) quae omnia cum repleat, in ramis suis inhabitantia servat volatilia coeli, Angelos nempe Divinos, animasque sublimes.

\+ hanc autem

Quibus consona sunt quae leguntur in Clementis Paedagogo Libro primo, Capite decimo primo. Sic in secundo Libro, Capite duodecimo similia reperiuntur iis, quae ex Clemente refert

Idem loco citato in Caput XIII. versiculum 46.

Ἔστι μαργαρίτης καὶ ὁ διαυγὴς, καὶ καθαρώτατος Ἰησοῦς, ὃν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θείας ἡ Παρθένος ἐγέννησεν. Ὥσπερ γὰρ ὁ μαργαρίτης ἐν σαρκὶ, καὶ ὀστρείῳ, καὶ ἐν ὑγροῖς γενόμενος, σῶμα ἔοικεν εἶναι ὑγρὸν, καὶ διειδὲς, φωτὸς, καὶ πνεύματος γέμον, οὕτω καὶ ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος, φῶς ἔστι νοερὸν, διὰ φωτὸς, καὶ ὑγροῦ ἐκλάμψας σώματος. +

Margarita etiam est diaphana pellucida, et purissima Jesus, quem e divina fulgure Virgo generavit. Sicut enim margarita in carne, et concha, atque liquidis, liquidum, lucidumque corpus esse videtur, luce ac spiritu plenum; ita et incarnatum Deus Verbum intellectualis lux est, per lucidum liquidumque corpus effulgens.

+ Quaedam hic addenda vide pag. 130. numero 1.

Stromatum libri, qui post Paedagogum in Clementis editionibus occurrunt, titulum habuere, quem indicat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 13.

Τοῦ δὲ Κλήμεντος στρωματεῖς οἱ πάντες ὀκτὼ παρ' ἡμῖν σώζονται, οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσε προγραφῆς· „Τίτου Φλαυίου Κλήμεντος τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς.„

Stromatum autem Clementis tres in universum apud nos libri servantur, quib. hanc inscriptionem ipse praeposuit: „Titi Flavii Clementis Gnosticarum secundum veram philosophiam Commentationum Stromata.„

Stromatum institutum materiam paucis interjectis ita persequitur

Idem loco citato.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς στρωματεῦσιν οὐ μόνον τῆς θείας κατάστρωσιν πεποίηται γραφῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησιν εἴ τι ἄρα ὠφέλιμον ἐδόκει αὐτοῖς εἰρῆσθαι, μνημονεύει· τῶν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς δογμάτων, τὰ Ἑλλήνων ὁμοῦ, καὶ τὰ Βαρβάρων ἀναπτύσσων· καὶ ἔτι τὰς τῶν αἱρεσιαρχῶν ψευδοξίας εὐθύνων· ἱστορίαν τε πολλὴν ἐξαπλοῖ, ὑπόθεσιν πολυμαθοῦς παρέχων παιδείας. Τούτοις ἅπασι καταμίγνυσι καὶ τὰ φιλοσόφων δόγματα. Ὅθεν εἰκότως κατάλληλον τῇ ὑποθέσει, καὶ τὴν προγραφὴν τῶν στρωματέων πεποίηται. Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις: τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα, καὶ Κλήμεντος, καὶ Ἰούδα. Μνημονεύει τε τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ λόγου, καὶ Κασσιανοῦ, ὡς καὶ αὐτοῦ χρονογραφίαν πεποιημένου· ἔτι μὲν + Φίλωνος, καὶ Ἀριστοβούλου, Ἰωσήπου τε, καὶ Δημητρίου, καὶ Εὐπολέμου, Ἰουδαίων συγγραφέων· ὡς ἂν τούτων ἁπάντων ἐγγράφως πρεσβύτερον τῆς παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιογονίας Μωϋσέα τε, καὶ τὸ τῶν Ἰουδαίων γένος ἀποδειξάντων. Καὶ ἄλλης δὲ πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι οἱ δηλούμενοι τυγχάνουσι τοῦ ἀνδρὸς λόγοι· ὧν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἑαυτοῦ δηλοῖ, ὡς ἔγγιστα τῆς τῶν Ἀποστόλων γενομένου διαδοχῆς. Ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς, καὶ εἰς τὴν Γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι.

+ μὴν

In Stromatis autem non solum plura ex Divinis litteris insternit, sed e Gentilibus etiam, si quid utile ab ipsis dictum videatur, commemorat; plurium tum Graecorum, tum Barbarorum sententias ~~exponens~~ narrans errroresque haeresiarcharum exponens. ~~Multas~~ Plures item expandit historias, multiplicis exhibens eruditionis materiam. His omnibus philosophorum quoque dogmata miscet; ita ut Stromatum inscriptionem convenienter argumento libris illis praefixerit. Utitur autem in illis scripturarum, quas nonnulli rejiciunt testimoniis, Sapientiae scilicet, quę Salomonis dicitur, et ea quę Jesu filii Sirac appellatur; tum epistolae ad Hebręos, atque epistolarum Barnabae, Clementis, et Judae. Memorat etiam Tatiani orationem contra Gentiles, et Cassianũ, veluti Chronographum et ipsum: praeterea Philonem, Aristobulum, Josephum, Demetrium, Eupolemum Judaeos Scriptores, utpote qui Moysem, et Judaicamque nationem, Gręca antiquitate vetustiores in scriptis suis ostenderunt. Alia etiam plurima, utilique eruditione referti sunt supra dicti viri illius libri; in quorum primo Apostolorum successoribus sese proximum ostendit. Pollicetur autem in libris ipsis se Genesim quoque Commentariis illustraturum.

Primum Stromatum librum adlegat

Idem loco citato Libro V. Capite 11.

Τοῦτον δὲ αὐτὸν (τὸν Πάνταινον) καὶ τῶν στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, * ὅτε τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατείληφεν Ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτα φησὶν.

* (ὁ Κλήμης)

Hunc ipsum autem (Pantęnum) etiam in primo Stromatum libro innuere pri mihi videtur, dum (Clemens,) dum illustriores Apostolicae doctrinae, quã ipse exceperat, successores commemorans, ita fatur.

Rursus eumdem librum citat

Idem loco citato Libro VI. Capite 6.

Τὴν γέτοι τῶν στρωματέων πραγματείαν ὁ Κλήμης ὑπομνηματιζόμενος, κατὰ τὸ πρῶτον σύγγραμμα, χρονικὴν ἐκθέμενος γραφὴν, εἰς τὴν Κομόδου τελευτὴν περιγράφει τοὺς χρόνους· ὡς εἶναι σαφὲς, ὅτι κατὰ Σεβῆρον αὐτῷ πεπόνητο τὰ σπουδάσματα, οὗ τοὺς χρόνους ὁ παρὼν ἱστορεῖ λόγος.

Stromata igitur componens Clemens, in primo eorum libro, temporum ordinem enarrans, Commodi interitu, tempora ipsa circumscribit: unde constat eum illa elaborasse volumina, sub Severo, cujus temporis historiam praesens liber exponit.

Laudat etiam Stromatum primum

Idem Praeparationis Evangelicae Libro IX. Capite VI.

*Deinde subjungit
Idem loco citato.
Ταῦτα ὁ Κλήμης. Haec Clemens.

Τούτου δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ στρωματεῖ, δι' ὧν ταῦτά φησι.

Hujus autem meminit etiam Clemens noster in Stromatum primo, ubi haec ait. *

Ad eumdem librum respicit (Fab. 42.)

Idem loco citato Libro X. Capite 5.

Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἅ φησι.

Illud autem de eodem nobiscum argumento Clemens disputet audi. ‡

‡ Adlato Clementis loco haec subdit
Idem loco citato Capite 6.
Ταῦτα ῥήμασι αὐτοῖς ὁ Κλήμης ἐν Στρωματεῦσι. Haec propriis verbis ait Clemēs in Stromatis.

Rursus ad librum ipsum ~~ob~~ prae oculis habuit Clementem adlegans (Fab. l. c.)

Idem loco citato Capite 11.

Τοσαῦτα καὶ ὁ Τατιανὸς. Μετίωμεν δὲ καὶ ἐπὶ Κλήμεντα.

Hęc et Tatianus. Verum ad Clementem quoque transeamus. ⌗

⌗ Deinceps ait
Idem loco citato Capite 12.
ταῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Haec etiã Clemens.

Sequitur Clementis locus, Moysem Inachi temporibus floruisse adfirmantis, quam opinionem memorat ipse

Idem ~~Eusebius~~ in Praefatione ad Chronicon.

Mosen gentis Hebraeae, qui primus omnium Prophetarum ante adventum Domini Salvatoris, divinas leges sacris literis explicavit, Inachi fuisse temporibus, eruditissimi Viri tradiderunt: ex nostris, Clemens, et Africanus, et Tatianus: ex Judaeis, Josephus, et Justus, veteris historiae monimenta replicantes.

Quem Eusebii locum laudat

Georgius Syncellus in Chronographia, Dynastia XVIII. Regum Diospolitarum.

+ (ὁ Εὐσέβιος)

Μαρτυρῶν καὶ αὐτὸς + ἐν τῷ τοῦ κανόνος αὐτοῦ προλόγῳ, τοὺς προλεχθέντες Ἰώσηπον μὲν, καὶ Ἰοῦστον ἐκ περιτομῆς, Ἀφρικανὸν δὲ, καὶ Κλήμεντα τὸν Στρωματέα, καὶ Τατιανὸν, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου ἄνδρας ἐν παιδεύσει γνωρίμους πάντας, κατὰ Ἴναχον, καὶ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου, πρώτους Ἀργείων Βασιλεῖς γενέσθαι Μωϋσέα.

Scrib. forte φάναι dixisse. Ita in marg. Sync.

Testatus et ipse (Eusebius) in prologo ad Canonem suum, predictos Josephum, ac Justum ex Judaeis; Africanumque, et Clementem Stromateum, ac Tatianum, claros omnes in doctrina viros, e Christianę Fidei sectatoribus; dicere Moysem, Inachi Phoroneique ejus filii, priorum Argivorum Regum aetate vixisse.

Paulo post ipsa Eusebii verba refert

Idem loco citato.

Ταῦτα ὁ Ἀφρικανὸς ~~φ~~ ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ, φιλαλήθως καὶ ἐμμαρτύρως ἱστορῶν ἀξιοπιστότερος εἶναί μοι δοκεῖ κατὰ πάντα Εὐσεβίου, ἐν τούτῳ τῷ κατὰ τὸν Μωσέα, καὶ τῆς Αἰγύπτου πορείαν λόγον ἔχων, ὡς προείρηται, καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς ὁμοφώνους, καὶ τοὺς κατὰ Χριστὸν φιλοσοφήσαντες ἐξ ἑλλήνων Κλήμεντα τὸν Στρωματέα, καὶ Τατιανὸν. Ὡσαύτως Εὐσέβιος ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ κανόνος ὧδέπως γράφων συμμαρτύρει.

forte λόγῳ.

Haec Africanus in libro tertio, veris argumentis, testimoniisque nixus exponens, majorem mihi quam Eusebius, in omnibus fidem

mereri videtur, cum in re hac de Moyse, ac profectione ex Aegypto, consentientes habeat, ut supra dictum est, tum Judaeos, tum illos, qui e Gentilibus ad Christianam philosophiam transierunt, Stromateum nempe Clementem, atque Tatianum. Eadem similiter testatur Eusebius, in prooemio canonis ita scribens.

Denuo Clementem eadem in re testes adlegat

Idem loco citato, de Moyse.

Πάντες οἵ τε ἐκ περιτομῆς, οἵ τε ἐκ χάριτος ἱστορικοὶ, Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος, Κλήμης ὁ ἱερὸς Στρωματεὺς, Τατιανός τε, καὶ Ἀφρικανὸς συνομολογοῦσι κατὰ Ἴναχον γεννηθῆναι Μωσέα, καὶ κατὰ Φορωνέα τὸν Ινάχου παῖδα, καὶ Νιόβης ἀκμαῖον, κατὰ Ἄπιδα δὲ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἡγήσασθαι.

Omnes tum Judaeorum, tum Christianorum Historici, Josephus, et Justus; Clemens sacer Stromateus, Tatianusque, et Africanus concorditer aderunt Inachi, et Phoronei Inachi, Niobesque filii temporibus Moysem floruisse, Api autem regnante Israelem ex Aegypto proficiscentem duxisse.

Tandem de exitu Israelis ex Aegypto loquens haec rursus ait

Idem loco citato, Argivorum Rege III. Api.

Συμφωνοῦσι δὲ τούτοις ἐν τούτῳ καὶ Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος οἱ Ἰουδαῖοι ἱστορικοί· καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Τατιανὸς, καὶ Ἀφρικανὸς.

In hoc autem illis consentiunt Josephus, et Justus, Judaeorum Historici; e Christianis autem Clemens Stromateus, Tatianus, atque Africanus.

Eusebii locum fere ad verbum exscripsit

Eustathius Antiochenus in Commentario in Hexaemeron.

Κλήμης μὲν οὖν, καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ + Τατιανὸς· τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος, κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

+ πρὸς τούτοις

Clemens igitur, et Africanus, ac praeterea Tatianus; ex Judaeis vero Josephus, et Justus, Inachi tempore divinum Moysem floruisse ~~narrarunt~~ dixerunt, propriam unusquisque e veteri historia demonstrationem producens.

Eusebii verba ab ~~Eusebii~~ Syncello prolata, Graece ita sonant: Μωϋσέα ... τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν

παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ' ἡμας λόγου· τῶν ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος, καὶ Ἰοῦστος, ἰδίως ἕκαστος, καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχὼν ἱστορίας. Quae verba latine ex Hieronymi interpretatione supra retuli. Eustathii Eusebii exscriptorem, exscripsit

Georgius Hamartolus in Chronico inedito
[E Cod. Barocc. n. 194. fol. 63. b.]

Ἰώσηππος ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ μείνας τυφλώττων, Κλήμης τε, καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ Τατιανὸς· τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος, καὶ Ἰοῦστος, κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσῆν ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας παρασχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Josephus qui caecutiens in Judaismo perseveravit, Clemens item, et Africanus, atque Tatianus; ex Judaeis autem Josephus et Justus, Inachi tempore divinum Moysem floruisse narrarunt, propriam unusquisque e veteri historia demonstrationem producens.

Ubi Josephi nomen injuria bis occurrere videtur. Forte verba illa Ἰώσηππος ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ μείνας τυφλώττων, e margine in contextum irrepsere.

Clementem iterum adlegat

Eusebius in Chronico Olympiade 47.

Sententiae autem nostrae etiam Clemens congruit in primo Stromate, XLVII. Olympiade captivitatem Judaeorum factam esse contestans, regnante apud Aegyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo: et supputari LXX. annos desolationis templi usque in II. annum Darii.

Quem locum ita Graece profert Syncellus: συνᾴδει δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ στρώματεῖ φάσκων, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ γεγονέναι, βασιλεύσαντος μὲν Αἰγυπτίων Οὐαφρὶ, ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Φιλίππου· συνάγεσθαι τὰ ό. ἔτη τῆς ἐρημίας τοῦ τόπου, εἰς τὸ β'. ἔτος Δαρείου.+ Ubi Athenarum Archon Philippus dicitur, qui Phenippus vocatur apud Eusebium. Primum Stromatum citat etiam

+ Eadem fere verba leguntur in Chronico Paschali, ubi quemadmodum in Syncello, (Chr. p. 110.)

Idem loco citato Olympiade 64.

Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens: „Et perseveravit captivitas annis LXX. usque ad secundum annum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis, et Aegypto regnavit: sub quo Aggaeus, et Zacharias, et unus de duodecim, qui vocatur Angelus, prophetaverunt, sacerdotioque functus est Jesus filius Josedech." Haec supradictus vir.

esse Quem locum, praetermisso Eusebii nomine, Graece exhibet

Chronicon Paschale 61. Olympiade.

Συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ ὁ Κλήμης ὁ ἐν τῷ πρώτῳ στρώματι
Clem. 395. γράφων οὕτως·„Καὶ ἔμεινεν ἡ αἰχμαλωσία ἔτη ό. καταλήξασα εἰς τὸ β'. ἔτος Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου Περσῶν, καὶ Ἀσσυρίων, καὶ Αἰγυπτίων γενομένου βασιλέως, ἐφ' οὗ Ἀγγαῖος, καὶ Ζαχαρίας καὶ ὁ ἐκ τῶν ιβ'. Ἄγγελος προφητεύουσι." Καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ.

His consona adserit Clemens, in primo Stromatum ita scribens: „Et perseveravit captivitas septuaginta annis ac desiit anno secundo Darii filii Hystaspis, Persarum, Assyriorum, atque Aegyptiorum Regis, sub quo Aggaeus, et Zacharias, ac unus e duodecim dictus Angelus, prophetaverunt." Et haec quidem supra dictus vir.

Huc pertinent quae habet

S. Hieronymus Commentariorum in Danielem Libro I. ad Caput 9. versiculum 24.

Clemens vir eruditissimus, presbyter Alexandrinae Ecclesiae, parvipendens annorum numerum, a Cyro Rege Persarum usque ad Vespasianum, et Titum Imperatores Romanos, septuaginta annorum hebdomadas dicit esse completas; idest annos quadringentos nonaginta, additis in ipso numero duobus millibus trecentis diebus, de quibus supra diximus: Persarumque, et Macedonum, et Caesarum tempora in his hebdomadibus enumerare conatur: cum juxta diligentissimam supputationem, a primo anno Cyri Regis Persarum, atque Medorum, in quo imperavit et Darius, usque ad Vespasianum, et eversionem templi, supputantur anni sexcenti triginta.

Ad primum Stromatum respicit etiam

S. Cyrillus Alexandrinus Contra Julianum Libro III.

Μέμνηται τούτου (τοῦ Πυθαγόρου) καὶ ὁ σοφώτατος Κλήμης, ἐν τοῖς στρωματεῦσι λέγων.

Hujus (Pythagorae) meminit et sapientissimus Clemens, in Stromatis haec scribens.

Adlato Clementis loco subjungit

Idem loco citato

Ταυτὶ μὲν Πορφύριός τε, καὶ Κλήμης.

Haec quidem Porphyrius, et Clemens.

Primum Stromatum innuit similiter

Idem loco citato. Libro VII.

Ταύτης ἰδίᾳ μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς στρωματεῦσιν

Hujus historiae nominatim in Stromatis meminit Clemens, doctus vir,

ὁ Κλήμης, ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ φιλομαθὴς, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ

atque eruditus, qui Graecarum litterarum profunditatem, quãtum forsitan ante illum pauci perscrutatus est.

Stromatum jam antea quoque meminerat

Idem loco citato Libro VI.

Κλήμης μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἑπόμενος πανταχῆ, πλείστης τε ὅσης ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθὼν, ἐν τοῖς Στρωματεῦσι φησὶ, τὴν Σαγχωνιάθου ἱστορίαν, τῇ τῶν Φοινίκων φωνῇ γεγραμμένην, μεθαρμόσαι πρὸς τὴν Ἑλλήνων, οὐκ ἀθαύμαστον, ἐπὶ παιδείᾳ λαχόντα τὴν δόξαν τὸν Ἰουδαῖον Ἰώσηπον.

Clemens igitur, Sanctos Apostolos ubique sequutus, qui plurimas audiendo Graecorum historias accepit, in Stromatis ait, Sanchoniathonis historiam, Phoenicum lingua conscriptam, ab Josepho judaeo eruditione illustri, non sine admiratione, in Graecam linguam fuisse translatam.

Haec sane in Clemente non leguntur, sed Fabricius §. VIII. sui de Josepho Bibliothecae Graecae Capitis, recogniti, et aucti, prout editum est a Sigeberto Havercamp, in Tomo secundo praeclarissime editionis Operium Josephi, suspicatur hoc de Philone scripsisse Clementem in primi libri Stromatum initio, quod nunc desideratur: Cyrillum autem, memoriae lapsu, Josephum pro Philone nominasse.

+ Ex primo Stromatum (p. 323.) haec recitat

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera Δ. Titulo 11.

Διδάσκων τις, μανθάνει πλεον, καὶ λέγων, συναχροᾶται πολλάκις τοῖς ὑπακούουσιν αὐτοῦ.

Docens aliquis, amplius discit; et dicens, saepe cũ auditoribus suis audit.

+ E secundo Stromatum libro ~~plura~~ duo simul loca profert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera A Titulo 18.

Πολλαχῶς ἀγάπη νοεῖται, διὰ πρᾳότητος, διὰ χρηστότητος, δι᾽ ὑπομονῆς, διὰ ἀφθονίας, καὶ ἀζηλίας, δι᾽ ἀμνησικακίας. Ἀμέριστός ἐστιν ἐν πᾶσι, ἀδιάκριτος κοινωνική.

Multis modis agnoscitur charitas, per mansuetudinem, comitatem, patientiam, vacuitatem abinvidia, et zelotypia injuriarum oblivionem. In omnibus simplex, ~~indiscret~~ indiscriminatim communis est.

v. Damasc. 714.

Τρισσὰ εἴδη φιλίας διδασκόμεθα, καὶ τούτων τὸ μὲν πρῶτον, καὶ ἄριστον, τὸ κατ᾽ ἀρετήν· στεῤῥὰ γὰρ ἡ ἐκ λόγου ἀγάπη· τὸ δε δεύτερον, καὶ μέσον, τὸ κατ᾽ ἀμοιβὴν· κοινωνικὸν τοῦτο, καὶ μεταδοτικὸν, καὶ βιωφελὲς, κοινὴ γὰρ ἡ εὐχάριστος φιλία· τὸ δε ὕστατον, καὶ τρίτον, ἡμεῖς μὲν τὸ ἐκ συνηθείας φαμὲν, οἱ δὲ Ἕλληνες φασὶ, τὸ καθ᾽ ἡδονὴν τρέπτον, καὶ μετάβλητον. Οὐκοῦν ἡ μέν τις ἐστὶ φιλοσόφου φιλία, ἡ δὲ ἀνθρώπου, ἡ δὲ ζώου. +

Tria genera amicitiae esse didicimus; primum quidem, et optimum, quod in virtute consistit; firma enim dilectio est, quam ratio excitavit: secundum, et medium, quod in mutua retributione versatur; hoc autem liberale est, et societatem vitamque juvat, communis est enim, amicitia quae gratitudinem colit: tertium, et ultimum, nos illud vocamus, quod in consuetudine positum est; Gentiles autem illud appellant, quod ad voluptatem pertinet, et varium est ac mutabile. Prima igitur amicitia philosophi est, altera hominis, alia bruti.

+ Posteriorem hunc locum alibi etiam in eodem opere ~~ref~~ profert Damascenus. (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. φ. Tit. 27.) Aliud autem item

Deinceps ~~aliud~~ ~~hocce~~ secundi Stromatum libri locum refert

Idem loco citato Titulo 31.

Ἔοικε τὸ μαρτύριον, ἀποκάθαρσις εἶναι ἁμαρτιῶν μετὰ δόξης.

Martyrium, gloriosa videtur esse peccatorum expiatio.

Ex eodem libro locum hunc etiam producit

Idem loco citato Titulo 37.

Μεγάλην εἰς γνῶσιν ῥοπὴν ἀπερίσπαστος παρέχει προαίρεσις.

Ad consequendam doctrinam magni momenti est animus distractionibus vacans.

Rursus ex libro ipso haec adfert

Idem loco citato Littera Γ. Titulo I. (p. 398.)

Τριῶν τούτων ἀντέχεται ὁ ἡμεδαπὸς φιλόσοφος. Πρῶτον μὲν, τῆς θεωρίας, ἔπειτα δὲ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐπιτελήσεως, τρίτον, ἀνδρῶν ἀγαθῶν κατασκευῆς· ἃ δὴ συνελθόντα, τὸν γνωστικὸν ἀποτελεῖ· ὅ τι δ᾽ ἂν ἐνδέῃ τούτων, χωλεύει τὰ τῆς γνώσεως.

Tribus hisce noster Philosophus studet. Primum quidem, contemplationi, deinde observationi preceptorum, tertio virorum proborum institutioni: quae simul conjuncta, gnosticum perficiunt; sin quidquam ex istis defuerit, claudicat cognitio.

Alterum itidem locum ex libro laudato profert

Idem loco citato Titulo 10.

Ἀνύποπτον εἰς διαβολὴν δείκνυσι γυναῖκα, τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδὲ ~~μὲν~~ + κοσμεῖσθαι παρὰ τοῦ πρέποντος, εὐχαῖς, καὶ δεήσεσι προσανέχουσαν ἐκτενῶς· τὰς μὲν ἐξόδους τῆς οἰκείας φυλαττομένην τὰς πολλὰς, ἀποκλείουσαν ὡς οἷόν τε ἑαυτὴν τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, ὡς ἂν προυργιαίτερον τιθεμένην τῆς ἀκαίρου φλυαρίας τὴν οἰκουρίαν.

+ μὴν

Mulierem ~~a~~ sinistra suspicione carere manifestum faciunt, sese non excolere, aut exornare, preter id quod decet; precibus, obsecrationibusque adsidue vacare; domo frequenter egredi cavere; sibi, ~~ut~~ quantum par est, eorum, qui nihil ad se adtinent, conspectum interdicere, utpote domi curam, intempestivis nugamentis praeferentē.

Priorem hujus loci partem, ab initio scilicet, usque ad verba: παρὰ τοῦ πρέποντος: excripsit etiam Maximus. (Maximus, Cap. Theolog. Serm. 39.)

Tertium Stromatum laudat

Theodoretus Haereticarum fabularum Compendii

Libro I. Capite 6.

Καὶ τούτου δε δὴ μάρτυρα τὸν Στρωματέα παρέξομαι Κλήμεντα ἱερὸν ἄνδρα, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπόντα. Λέγει δὲ οὕτως ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Στρωματέων.

Hujus autem rei testem etiam producam Clementem Stromateum sacrum virum, omnesque multiplici ~~eruditione~~ doctrina superantem. Sic autem ait ille in tertio Stromatum.

Ad eumdem librum respicit

Idem loco citato Libro III. Capite 1.

Ἡ Νικολαϊτῶν αἵρεσις, οὐ μόνον ἐξ ἀνοίας, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀκολασίας συνέστηκ. Σαφέστερον δὲ τὰ περὶ ταύτης ὁ Κλήμης ἐδίδαξεν.

Nicolaitarum haeresis non ex dementia solum, sed ex intemperantia quoque conflata est. Magis autem perspicue quę ad ipsam pertinent Clemens exposuit.

Postquam nonnulla ex Clemente retulerit, subjungit +

\+ Idem loco citato

Τὸν δὲ Νικόλαον ὁ Κλήμης ἔφη τῶν ἐπὶ σωφροσύνῃ λαμπρυνομένων γενέσθαι.

Nicolaum vero ait Clemens, continentia illustrem fuisse.

Et paulo post inquit

Idem loco citato.

Κατὰ τούτων (~~τῶν~~ Νικολαϊτῶν) καὶ ὁ προῤῥηθεὶς συνέγραψε Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ωριγένης,∓

∓ καὶ Ἱππόλυτος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς.

Adversus hos (Nicolaitas) scripserunt ~~et~~ supradictus Clemens, et Irenaeus, et Origenes~~que~~, ~~scripserunt~~.

et ~~[illegible]~~ Hippolytus, ~~et martyr~~ Episcopus, et martyr.

Clementem de Nicolao haeretico agens citat etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticę Libro III. Capite 29.

Ὅγε ~~μὲν~~ μὴν Ἀλεξανδρεὺς Κλήμης ἐν τρίτῳ Στρωματεῖ, ταῦτα περὶ αὐτοῦ (~~τοῦ~~ Νικολάου) κατὰ λέξιν ἱστορεῖ.

Sane Alexandrinus Clemens in tertio Stromatum, haec de illo (Nicolao) ad verbum narrat.

Deinceps haec subdit

Idem loco citato Capite 30.

Ὁ μέν τοι Κλήμης οὗ τὰς φωνὰς ἀρτίως ἀνέγνωμεν, τοῖς προειρημένοις ἑξῆς, διὰ τοὺς ἀθετοῦντας γάμουςν, τοὺς τῶν Ἀποστόλων ἐξετασθέντας ἐν συζυγίαις καταλέγει φάσκων: „Ἢ καὶ τοὺς Ἀποστόλους ἀποδοκιμάσουσι; Πέτρος μὲν γὰρ, καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκε. Καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν ἑαυτοῦ προσαγορεῦσαι σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές.„

Clem. 535. 16.

Porro Clemens, cujus modo verba recitavimus, post ea, quę protulimus, propter illos, qui nuptias damnabant, Apostolos, qui uxores duxerunt, ~~junctim~~ recenset, ita scribens: „Apostolos ne quoque improbabunt? Petrus sane, et Philippus liberos procrearunt. Philippus etiam filias viris nuptum dedit; ac Paulus non veretur in epistola quadam, propriam adloqui uxorem, quam secum non circumtulit, ut ministerium suum expeditus impleret.„

E ~~tertio~~ ~~quarto~~ Tertio Stromatum libro haec affert

~~S. Maximus in capitibus Theologicis Sermone I.~~ S. Joannes Damascenus in ~~Parallelis~~ sacris Parallelis Littera Γ. Titulo 1. +

\+ Πνευματικὸν, καὶ γνωστικὸν τὸν αὐτὸν οἶδεν ὁ Ἀπόστολος, τὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος μαθητήν.

v. Damasc. 436.

Spiritualem et gnosticum eumdem agnoscit Apostolus, eum scilicet, qui Spiritus Sancti discipulus est.

~~Ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστιν, ἴση, καὶ ὁμοία ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, ἐν ἀποχῇ κακῶν, ἐν εὐποιίᾳ, ἐν τελειότητι γνωστικῇ οὐδαμῇ~~

E Stromatum autem quarto locum hunc exscribit

~~S. Joannes Damascenus in sacris Parallelis~~ Idem loco citato Littera A.

Titulo 18.

Clem. 505. 6.

„Τὸ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθροὺς, οὐκ ἀγαπᾶν τὸ κακὸν λέγει, οὐδὲ ἀσέβειαν, οὐδὲ μοιχείαν, ἢ κλοπήν; ἀλλὰ τὸν κλέπτην, καὶ τὸν μοιχὸν, οὐ καθ᾽ ὃ ἁμαρτάνει, καὶ τῇ ποιᾷ ἐνεργείᾳ μολύνει τὴν ἀνθρώπου προσηγορίαν, καθ᾽ ὃ δὲ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ἔργον Θεοῦ. Ἀμέλει ~~τὸ~~ ἁμαρτάνειν ἐνεργείᾳ κεῖται, καὶ οὐκ οὐσίᾳ· διὸ οὐδὲ ἔργον Θεοῦ.

Dum inimicos diligere Scriptura jubet, non malum intelligit, nec impietatem, nec adulterium, aut furtum; sed furem, et adulterum, eumque non quatenus peccat, et actione aliqua polluit hominis nomen, sed quatenus homo est, atque opus Dei. Siquidem culpa, ad actionem pertinet, non ad essentiam, ideoq. Dei non est opus.

Deinde alterum ~~hoc~~ hunc ex libro itidem Stromatum quarto locum refert

Idem loco citato Littera E. Titulo 4.

Clem. 540. 33.

Ἐλεήμονας εἶναι βούλεται (ὁ Θεὸς) οὐ μόνον τοὺς ἔλεον ποιοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς θέλοντας ~~ελ~~ εὐποιεῖν, κἂν μὴ δύνωνται, οἷς κατὰ προαίρεσιν τὸ ἐνεργεῖν πάρεστι. Τῆς αὐτῆς οὖν μεθέξουσι τιμῆς τοῖς δυνηθεῖσιν οἱ βουλόμενοι, ὧν ἡ προαίρεσις ἴση, κἂν πλεονεκτῶσιν ἕτεροι τῇ περιουσίᾳ.

Misericordes (Deus) esse vult, non eos tantum, qui misericordiam exercent; sed illos etiam, qui eam exercere volunt, licent nequeant, et qui proinde quoad voluntatem animi, opus peragunt. Ejusdem igitur honoris qui voluerint participes erunt, cum iis, qui potuerint; eamdem enim cum illis voluntatem habuerint, licet alii opum abundantia praestarent.

Huc referam quae sub Clementis nomine producit

Nicetas in Catena in Jobi Caput I. versiculum 21.

v. Clem. 636. not.

Ἀλλὰ τὰ τοῦ Ἰὼβ κομψότερον μὲν οὕτω νοητέον· γυμνὸς κακίας, καὶ ἁμαρτίας, ὡς ἐκ κοιλίας μητρὸς, ἐκ τῆς γῆς κατ᾽ ἀρχὰς διεπλάσθην, γυμνὸς εἰς τὴν γῆν καὶ ἀπελεύσομαι· γυμνὸς οὐ κτημάτων, τοῦτο γὰρ μικρόν τε, καὶ κοινὸν· ἀλλὰ κακίας, καὶ πονηρίας, καὶ τοῦ ἑπομένου τοῖς ἀδίκως βιώσασιν, ἀειδοῦς εἰδώλου: Κατὰ δὲ ec. V. Clement. Alexandr. Oper. Tom. secun. edit. Potteri pag. 1011.

Sed Jobi verba sic elegantius intelligenda: nudus a vitio, et culpa, velut qualis e matris utero, e terra in initio formatus sum, nudus in terram revertar; nudus non ab opibus, id enim leve est, et commune; sed a vitio, et pravitate, idoloque tenebricoso, quod illos sequitur, qui injuste vixerunt. Juxta id autem quod omnibus familiare est, homines cuncti nascimur nudi, ac nudi rursus efferimur, sepulcralibus tantummodo fasciis devincti. Aliam enim nobis vitam Deus praeparavit, presentemque ad illam veluti curriculi viam instruxit, deditque possessionum usus, duntaxat quasi viatica. Exeuntes autem nos ex hac via, facultatum divitiae destituunt. Nullius enim e rebus hisce, quas possedimus, proprietatem habemus, sola dempta pietate, cujus vere domini sumus. Hanc supervenienis mors haud eripiet, caeteris autem nos bonis omnibus exuet, licet invitos. Ad vitam quippe sustinendam mundi opes cuncti accepimus, earumque usus tantum cum fuerit, decedit quisque, levem reportans monumentum vitae relinquens. Talis est enim beatitudinis cujuslibet finis, talis humanorum bonorum est exitus. Recte igitur infans caput e matris utero proferens, con statim non risu, sed questibus incipit; flebili enim voce vitam quodammodo luget, a qua in exordio ipso lethalia munera accipit degustanda. Reapse ut in lucem prodiit, fasciis manus, pedesque devincitur; adligatusque vinculis ubere fruitur. O vitae primordium, prodromum interitus! Nuper infans est vitam ingressus, jamque mortuorum ad eum indumenta feruntur: natura enim eos, qui nascuntur, finis meminisse curat. Ideo natus puerulus queritur, velut ad matrem fletibus ejulantibus lamentatus; quid me in hanc vitam peperisti, mater, in qua vivendi quoque productio, progressio est ad interitum? quid me in tumultuosum seculum introduxisti, cujus nato mihi primordia sunt fasciae? Quid me huic vitae dedisti, in qua ante senectutem malis teritur miseranda juventus, atque ut exitiosa fugienda senectus? Formidabile, o mater est hujus vitae stadium, in quo meta currentium est obitus. Acerbum iter vitae facimus, ubi sepulcrum est diversorium; perniciosum vitae pelagus navigamus, quod piratam imminentem habet infernum. Solus inter omnes nudus nascitur homo, non arma ferens, non simul cum ipso natum indumentum; idque non quod caeteris animantibus inferior sit, sed ut nuditas, et nihil in mundum se contulisse consideratio, curam illi pariat, cura autem sapientem hominem reddat, otium expellat, per inopiam artes inducat, artificiorum generet varietates. Qui enim nudus est, veluti stimulo, egestate compulsus, multa studet ut imbres effugiat, frigus prudenter eludat, ictibus munimen opponat, terram colat, feras terreat, potentiora submittat. Madefactus, tectum extruxit, rigens indumenta excogitavit, vulneratus thoracem composuit, nudas manus sentibus in agricolatione cruentatus, ipse sibi instrumentorum adjumenta paravit, cum nudus esca feris esset, ex metu artem invenit, qua territantes exterruit. Aliam ex alia solertiam nuditas pariit, ita ut ipsa nuditas donum Dei sit, atque gratia. Nudus igitur cum esset Job, tum a divitiis, ac possessionibus, tum a preclara, et frequenti sobole, grata voce clamavit: „nudus ex utero egressus sum, nudus quoque illuc revertar:„ ad Deum scilicet, beatamque sortem illam, et requiem.

Cum graeca scribetur, ponatur: πολυτεκνίας.

Loci hujus prima pars iis respondet, quae leguntur in quarto Stromatum: Ἰὼβ δὲ ὁ δίκαιος „αὐτὸς, φησὶ, γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ„ οὐ κτημάτων γυμνὸς, τοῦτο μὲν γὰρ μικρόν τε, καὶ κοινὸν· ἀλλ᾽ ὡς δίκαιος, γυμνὸς ἄπεισι κακίας τε, καὶ ἁμαρτίας, καὶ τοῦ ἑπομένου τοῖς ἀδίκως βιώσασιν ἀειδοῦς εἰδώλου. Quae in Nicetae Catena sequuntur, in Clementis Operibus non occurrunt, et forte alterius sunt Auctoris, cujus nomen negligentia librariorum exciderit, id quod in hujusmodi Catenis sepissime contigit. E libro Stromatum quinto prolixum valde locum refert, atque haec illi verba preponit

Eusebius Praeparationis Evangelicae Libro XIII. Capite 12.

Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων.

Quaenam autem et Clemens, de eodem argumento dixerit, e sequentibus nosces. *

* Adlato loco subjungit Idem loco citato Capite 13.

Τοσαῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Haec etiam Clemens.

Locum hunc ex libro ipso adfert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera Λ. Titulo 2.

Τὸ ἄρα ζητεῖν περὶ Θεοῦ, ἐὰν μὴ εἰς ἔριν, ἀλλ᾽ εἰς εὕρεσιν συντείνει, σωτήριον ἐστιν.

De Deo quaerere, modo id non ad altercandum, sed ad inveniendum fiat, salutare est.

Alter e quinto Stromatum locus occurrit in Catena in Marci Caput primum, versiculum septimum. Male in catena illa legitur: ἐν μέ. στρώματι = in quadragesimo quinto Stromatum, = pro: ἐν ε΄. στρώματι = in quinto Stromatum = ut jamdudum prestantissimo Cotelier (Cotelier, ad Eccles. Graec. monumen. ad Collect. Difficult. et Solut. excerp. per Compend. ex Evang. Consonant. S. Hesych. Difficult. 3. t. 3. 524. b. Fab. 7. 770.) observatum

Quintum Stromatum adlegat etiam

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Divinis Nominibus Caput IX. § 6.

Εἰ οὐ ζῶον τὸ κατὰ γαστρὸς, οὕτω φησὶν ὁ Κλήμης ἐν ἀρχῇ τοῦ πέμπτου στρωματέως, ὥσπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα.

Si non animal quod in utero est, ita scribit Clemens in quinti Stromatum initio, sicut etiam hoc in loco. (Clem. 646.14.)

Sextum Stromatum citat

Eusebius Praeparationis Evangelicae Libro X. Capite 1.

Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης ἐν ἕκτῳ στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε.

Noster igitur Clemens in sexto Stromatum, disputationem de hac re pluribus exponit. +

+ Sequitur locus ex eodem libro, cui hec subdit

Idem loco citato Capite 2.

τούτοις μυρία συνάψας ὁ Κλήμης, κλέπτας γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας ἀναμφιλέκτοις ἐλέγχοις κατεφώρασεν.

His innumera addens Clemens, fures fuisse Graecos, indubiis argumentis ostendit.

Cursus librum ipsum adlegat

Idem loco citato Libro XI. Capite 24.

Ταῦτα ὁ Φίλων. Συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ στρωματεῖ λέγων ὧδε·

Haec Philo, cui conse cum quo sentit et Clemens, in sexto Stromatum ita scribens.

Eundem librum laudat etiam

S. Maximus in Disputatione cum Pyrrho.

Κανόνι χρώμενος πρὸς τοῦτο (ὁ Ἀθανάσιος) τῷ ὄντι φιλοσόφῳ τῶν φιλοσόφων Κλήμεντι, ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Στρωματέων λόγῳ τὴν μὲν θέλησιν, νοῦν εἶναι ὀρεκτικὸν ὁρισαμένῳ· τὴν δὲ βούλησιν, εὔλογον ὄρεξιν, ἢ τὴν περί τινος θέλησιν.

Regula ad hoc usus (Athanasius) vere philosopho philosophorum Clemente, in sexto Stromatum libro θέλησιν definiente, mentem adpetentem; βούλησιν autem, rationabilem adpetitum, sive θέλησιν de re aliqua.

Ex laudato libro locum hunc, quem etiam Damascenus adfert, (Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. Δ. Tit. 14.) producit

Idem in Capitibus Theologicis Sermone I.

v. Damasc. 438. Clem. 791.21.

Ὡς ἔοικεν ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστιν, ἴση, καὶ ὁμοία ἐν λόγῳ, ἐν ἔργῳ, ἐν ἀποχῇ κακῶν, ἐν εὐποιΐᾳ, ἐν τελειότητι γνωστικῇ· οὐδαμῇ οὐδαμῶς χωλεύουσα, ἵνα μὴ ἄδικος, καὶ ἄνισος φανῇ. ...

Justitia, ut videtur, quadrata est, par, atque similis in sermone, in opere, in abstinentia a malis, in beneficentia, in gnostica perfectione, nusquam ullimode claudicans, ne injusta, et inequalis adpareat.

Alium e Stromatum quinto locum exhibet

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera Π. Titulo 12.

Καθάπερ τοῖς ἀπείροις τοῦ λυρίζειν λύρας οὐχ ἁπτέον, οὐδὲ μὴν τοῖς τοῦ αὐλεῖν αὐλῶν, οὕτως οὐδὲ πραγμάτων ἁπτέον τοῖς μὴ τὴν γνῶσιν εἰληφόσιν, καὶ εἰδόσιν ὅπως αὐτοῖς παρ᾽ ὅλον βίον χρηστέον.

Quemadmodum iis, qui lyram pulsare nesciunt, lyra tangenda non est, nec tibiae tangendae sunt iis, qui nesciunt tibiis ludere, sic negotia iis suscipienda non sunt, qui scientiam non habent, nec norunt, quomodo illis toto vitae spatio utendum sit.

Huc spectant, si Huet audiamus, que habet

Origenes Commentariorum in Joannem Tomo II. ad Caput I. versiculum 1. § 3.

Ἥλιος δὲ, καὶ ἡ σελήνη, καὶ ἀστέρες, ὥς τινες τῶν πρὸ ἡμῶν διηγήσαντο, ἀπενεμήθησαν τοῖς μὴ ἀξίοις ἐπιγράφεσθαι, τὸν Θεὸν τῶν Θεῶν Θεὸν αὐτῶν εἶναι.

Sol autem, et luna, atque astra, ut quidam ante nos exposuerunt, iis tributa fuerunt, qui digni non sunt, ut de illis dicatur, Deum Deorum; ipsorum Deum esse.

Ubi putat Huet ad Clementem respexisse Origenem, in cujus Stromatum sexto haec leguntur: ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει Θεὸς, ἅτε προγνώστης ὢν, μὴ πιστεύσοντα τοῦτον, οὐδὲν ἧττον ὅπως τήν γε καθ᾽ ἑαυτὸν ἀναδέξηται τελείωσιν, ἔδωκε μὲν φιλοσοφίαν αὐτῷ, ἀλλὰ πρὸ τῆς πίστεως, ἔδωκε δὲ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν· ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσι, φησὶν ὁ νόμος, ἵνα μὴ τέλεον ἄθεοι γενόμενοι, τέλεως καὶ διαφθαρῶσιν. Οἱ δὲ, κἀν ταύτῃ γενόμενοι τῇ ἐντολῇ ἀγνώμονες, γλυπτοῖς προσεσχηκότες ἀγάλμασι, κἂν μὴ μετανοήσωσι, κρίνονται· οἱ μὲν ὅτι δυνηθέντες οὐκ ἠθέλησαν πιστεῦσαι τῷ Θεῷ· οἱ δὲ ὅτι καὶ θελήσαντες οὐκ ἐξεπόνησαν περιγένεσθαι πιστοί. Ναὶ μὴν καὶ κἀκεῖνοι οἱ ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων σεβήσεως μὴ ἐπαναδραμόντες ἐπὶ τὸν τούτων ποιητήν· ὁδὸς γὰρ ἦν αὕτη δοθεῖσα τοῖς ἔθνεσιν ἀνακύψαι πρὸς Θεὸν διὰ τῆς τῶν ἄστρων θρησκείας. Septimum Stromatum laudat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 30.

Ἐπεὶ δὲ τούτων ἐμνήσθημεν, οὐ λυπεῖ καὶ ἄλλην ἀξιοδιήγητον ἱστορίαν τοῦ αὐτοῦ (Κλήμεντος) παραθέσθαι, ἣν ἐν τῷ ἑβδόμῳ στρωματεῖ τοῦτον ἱστορῶν

Quoniam vero horum meminimus, non piget aliam quoque narrationem memoratu dignam ipsius (Clementis) adponere, quam in septimo Stromatum sic ille scri-

ἀνέγραψε τὸν τρόπον: „φασὶ γοῦν τὸν μακάριον Πέτρον, θεασάμενον τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἀπαγομένην τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἡσθῆναι μὲν τῆς κλήσεως χάριν, καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς, ἐπιφωνῆσαι δὲ εὖ μάλα προτρεπτικῶς, καὶ παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα· μέμνησο, ὦ αὕτη, τοῦ Κυρίου. Τοιοῦτος ἦν ὁ τῶν μακαρίων γάμος, καὶ ἡ τῶν φιλτάτων τελεία διάθεσις:„ +

v. Grabe 1. 80.

psit: „ Ajunt igitur beatum Petrum, cum uxorem suam vidisset ad mortem duci, laetatum esse, quod illa a Deo vocaretur, ac foret in patriam reditura; eamque proprio nomine adpellasse, atque hortatoria, et consolatoria voce dixisse: Mulier, memento Domini. Haec erant beatorum connubia, haec perfecta charissimorum adfectio."

~~Haec~~ haec E septimo Stromatum adfert.

+ Hunc locum refert etiam auctor libri de ortu et obitu Patrum, ab illo Isidori Hispalensis diversus, licet et iste Isidori nomen preferat. (Isidor. 7. 395.) Sed negligentissimus scriptor, tum ex duobus Clementis locis, eo scilicet, quem modo prolatum exhibet Eusebius, et illo, quo de Apostolorum nuptiis, superius adlato, quem e ~~sexto~~ tertio Stromatum Eusebius ipse producit; unum facit locum insolenter conflatum: tum pro Clemente Alexandrino, Romanum nominat, sic enim ait: = De Apostolis, qui sine dubio uxores habuerunt, audivi Sanctum Clementem ita dicentem, qui eorum comes, et eorum discipulus fuit, et tertius a Petro Papa in Roma extitit. =

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera Γ. Titulo 1.

Καί μοι καταφαίνεται τρία εἶναι τῆς γνωστικῆς δυνάμεως ἀποτελέσματα· τὸ γινώσκειν τὰ πράγματα· δεύτερον τὸ ἐπιτελεῖν· τρίτον, τὸ παραδιδόναι δύνασθαι θεοπρεπῶς τὰ παρὰ τῇ ἀληθείᾳ κεκρυμμένα.

Mihi quoque tres esse videntur gnosticae facultatis effectus; primus quidem, res noscere; secundus, perficere; tertius, Divina quasi virtute, ea tradere posse, quae apud veritatem abscondita manent.

Ὥσπερ πᾶν, ὃ βούλεται, δύναται ὁ Θεὸς, οὕτω πᾶν, ὃ ἂν αἰτήσῃ ὁ γνωστικὸς, λαμβάνει

Sicut Deus quidquid velit, potest, ita quidquid petierit gnosticus accipit.

Ἕπεται τῇ γνώσει τὰ ἔργα, ὡς τῷ σώματι ἡ σκιά.

Quemadmodum umbra corpus, scientiam opera consectantur.

Quorum locorum postremum refert et Maximus. (S. Maximus, in Cap. Theolog. Serm. 17.) Rursus e laudato libro, ex quo ~~lau~~ prolata verba exhibet Damascenus, alium hunc locum producit

Idem loco citato Littera Π. Titulo 11.

Πορνείας ἤδη πολλάκις τρεῖς τὰς ἀνωτάτω διαφορὰς παρεστήσαμεν κατὰ τὸν Ἀπόστολον, φιληδονίαν, φιλαργυρίαν, εἰδωλολατρίαν.

Fornicationes tres summas, juxta Apostolum, differentias jam saepe constituimus, libidinem, avaritiam, ~~idolota~~ idololatriam. +

+ Quaedam hic addenda vide pag. 132. num. 2.

Clementis Stromata citat etiam Anastasius Sinaita in questione quartadecima. (Fab. 9. 325.) Ad opus illud, vel ad Hypotyposes respexit, ut censeo, cum de Epistola ad Hebreos loqueretur,

Photius in Bibliotheca Codice 232.

Κλήμης μέν τοι, καὶ Εὐσέβιος, καὶ πολὺς ἄλλος τῶν Θεοφόρων πατέρων ὅμιλος, ταῖς ἄλλαις συναριθμοῦσι ταύτην ἐπιστολαῖς.

Clemens ~~autem~~ tamen, et Eusebius, aliorumque Theophororum Patrum numerosus conventus, epistolam hanc caeteris adcensent.

Ad Stromata pariter, ut puto, vel ad Hypotyposeon opus deperditum, de quo infra dicendum, respexit Theodoretus, dum Clementem contra Basilidem, sive Isidorum Basilidis filium, sive utrumque scripsisse dixit, loco quem retuli de Agrippa Castore loquens; itemque contra Valentinum loco quem de Irenæo verba faciens adducam; nec non ~~contra Severum loco quem proferam cum de Musaxo sermo fuerit. Quemadmodum~~ Joannes Abbas Sinaita Olympiadum computo usum in Stromatis fuisse Clementem ait

Georgius Syncellus in Chronographia, Judaeorum Rege Joachim.

Ὁ γὰρ ἱερὸς Κλήμης πρὸς Ἕλληνας παραταττόμενος ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ στρωματεῦσι λόγοις, εὐλόγως ταῖς Ὀλυμπιάσι κέχρηται.

Sacer enim Clemens, contra Graecos scribens, in sacris suis Stromatis, prudenter Olympiadibus usus est.

Quemadmodum Joannes Abbas Sinaita, ob conscriptum Paradisi κλῖμαξ, sive scalam, Climaci nomen obtinuit, sic et Clemens propter edita Stromata, Stromateus dictus est, quod illi nomen tribuunt, tum plures ex iis, quorum verba supra jam retuli, tum Anastasius Sinaita loco, quem proferam de Justino agens, tum etiam Maximus, (S. Maximus, Ambig. in Oration. S. Gregor. Nazianz. Fab. 8. 765.) itemque

Suidas in Lexico voce Λεόντιος μοναχὸς.

Ἀναγινώσκοντος δὲ βίβλον Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως, καὶ φθάσαντος χωρίον, ἐν ᾧ τοὺς ἄνδρας ἀποσκώπτει τοὺς ἑταιρικῶς τὰς ὄψεις ὑπογράφοντας, καὶ βάπτοντας τὰς τρίχας, εἰπόντος τοῦ Λεοντίου„ ἆρά γε ἔστι τις τοῦ Βασιλέως ἄτερ, ὁ τὰς τρίχας βάπτων, καὶ φυκούμενος τὰς ὄψεις;„ ὑποτυχὼν„ ἄλλος, ἔφη „ μοναχός.„

Cum quidam Clementis Stromatei librum legeret, et in locum incidisset, ubi auctor deridet viros, qui faciem meretricio more colorant, capillosque tingunt; „ An vero, inquit Leontius, praeter Imperatorem, est aliquis, qui capillos tingat, faciemque fucet?„ ac subjungens „ alius, inquit, monachus."

Stromateum vocat Clementem, etiam

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio.

Ὡς γάρ φησι Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, ἐπὶ Ἀδριανοῦ ὑπῆρχον αἱρεσιῶται, ἐχθροὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, Σατορνῖνος, Βασιλείδης, καὶ Καρποκράτης.

Ut enim ait Clemens Stromateus, sub Hadriano ~~fuerunt~~ erant haeretici, Christianae Fidei hostes, Saturninus, Basilides, et Carpocrates.

Sed jam de octavo Stromatum libro agendum mihi esse video, de quo incerti haerent eruditi. Librum sane quemdam habemus, octavi Stromatum titulo insignitum, sed hunc nihil cum caeteris Stromatum libris commune habere jam pridem observarunt viri docti, inter quos Heinsius, (Heinsius, ad S. Clem. Alex. Strom. lib. 8. Clem. 903.) et Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Not. sur Saint Clem. d' Alex. Note 5. sur le huittieme liv. des Strom.) et Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 21. p. 106.) qui post Albertinū, ad librum ~~illum~~ ipsum respexisse putat Auctorem illum, qui vulgo dicitur

S. Dionysius Areopagita De Divinis nominibus Capite 5. §. 9.

Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι, τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων, καὶ παντελῶν, καὶ ἁπλῶν ὁ λόγος αὐτῷ.

Si autem ~~censet~~ vult Philosophus Clemens, ad aliquid dici exemplaria, quae in re entibus principaliora sunt; ejus quidem sermo non propria, et perfecta, ac simplicia progreditur nomina.

Ubi ~~quem~~ nam Clementem Romanum Pontificem ~~designaverit auctor, dubitabit~~ ab auctore designatum putavit praestantissimus Grabe; (Grabe, Spicil. SS. Patr. ut et Haeret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. I. S. Clement. Romani Scripta genuina, et suppositit. p. 301.) ~~sed eum~~ Clementem a Pseudo-Dionysio memoratum ~~non alium esse ab Alexandrino ostendit Anonymus auctor Problemati~~ viris eruditis ~~propositi de Germano auctore librorum S. Dionysio attributorum. Auctor vero iste et~~ atque ita sane sensit etiam + S. Maximus Pseudo-Dionysii locum enarrans. + S. ~~Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Divinis Nominibus~~ Caput V. §. 9.

~~Παράγει μέντοι τὸν ἱερὸν, Κλήμεντα ου~~

+ Contra hanc sententiam tamen gravissimae rationes pugnant, certum est enim, ea quae Pseudo-Dionysius a Clemente dicta testatur, in Clementis quidem Alexandrini ~~scriptis~~ operibus reperiri, non vero in Romani Clementis scriptis genuinis, aut spuriis. (S. Dion. t. 2. par. 2. p. 404. 406.) Sed quidquid de Pseudo-Dionysii testimonio sit, in quo auctorem non ad octavum Stromatum, sed ad quintum potius respexisse, est qui conjiciat; (Dion. l. c. p. 404.) id jam quod certum est statuam, librum ~~nempe qui nunc octavus~~ Stromat~~a~~um ~~dicitur~~ scilicet opus se octo constitisse libris, quod ex Eusebii, et Hieronymi testimonio facile evincitur. ~~Ideoq~~ Ideo querendum est an librum ejusdem operis octavum nunc habeamus; sive integrum, aut in parte amiserimus.

Ait equidem Photius, (Photius, Biblioth. Graec. Cod. 111.) cujus jam aetate de genuino Stromatum octavo dubitabatur, in quibusdam se codicibus librum reperiisse, quemadmodum caeteri septem inscriptum, sic incipientem: Ἀλλ᾽ οὐδὲ οἱ παλαίτατοι τῶν φιλοσόφων: atque ita sane incipit Liber, qui nunc octavus Stromatum dicitur, ideoque eumdem hunc esse cum illo, quem vidit Photius, persuasum fuit Fabricio. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 21.) Ante illum tamen aliter senserant, le Nourry, (Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. Max. Patr.) et Heinsius, (Heinsius, ad S. Clem. Alex. Strom. Lib. 8.) qui librum, de quo agitur, fragmentum esse putavit, deperditi Hypotyposeon operis. Quod si concedatur, ~~jam~~ adhuc ~~qo~~ quaerendum est de vero Stromatum octavo, quem multo ante nos tempore intercidisse censet Heinsius. Fragmentum tamen ex illo superesse inquit le Nourry, atque e ~~Codice~~ manuscripto Codice haec profert, quae laudat

Acacius apud ~~Auctorem~~ ~~Cl~~ Cuntorem Catenae in Genesim.

+ (ὁ Κλήμης) Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ στρωματεῖ ἀθετεῖ + τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν, λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν· „Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. Ἐχρῆν γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς + πόπου ἦμεν, καὶ προῆμεν, καὶ πῶς, καὶ διά τι δεῦρο ἥκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἴτιος ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὗτος καὶ γενομένους σώζει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνους χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει, μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἴρηται, μήποτε λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσηται εἰς αἰῶνα.„

\+ τό που

Genes. 3.22.

~~Et In~~ In octavo ~~autem~~ etiam Stromatum, improbat (Clemens) opinionem, de animarum praeexistentia, sic ad verbum loquens: „Deus nos haud praeexistentes creavit. Oportuit enim nos ubinam fuerimus noscere, si ~~prae~~ prius fuissemus, et quomodo, et qua de caussa huc venerimus. Sin autem non antea fuerimus, sola ortus nostri caussa Deus est, qui non existentes creavit, creatosque servat. Qui autem ~~membraneas~~ pelliceas tunicas, corpora sensu predita dicit, universe etiam lignum vitae sensu gaudere fatebitur, post tunicas enim dicitur, ne forte sumat de ligno vitae, et comedat, et vivat in saecula.„

Sed haec usque ad verba: καὶ γενομένους σώζει, leguntur in Clementis ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαῖς = e Scriptis Propheticis Eclogis, §. XVII. quod non monuit le Nourry. Atque hanc sane verisimillimam sententiam puto, Eclogas illas excerpta continere non tantum e Clementis Hypotyposibus, quod censet Combefis, (Combefis, ad S. ~~Clem.~~ Auctar. ~~nov.~~ III. novis. Biblioth. Patr. Clem. 989. Fab. 208.) sed etiam ex octavo Stromatum libro, aliis

que fortasse deperditis Clementis operibus. Sane; modo Catenae quã le Nourry laudat, fides sit; magni ponderis pro nobis pugnat Acacii Episcopi Caesareensis auctoritas, utpote qui Eusebii successor, librorumque diligentissimi illius historici haeres fuit. Praeterea octavum Stromatum citans, haec profert, quae in laudatis eclogis, §. XI. leguntur

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Rupefucaldinis Titulo Littera A. Titulo XXI.

Κλήμεντος, ἐκ τοῦ ή. στρωμ. Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἁμαρτήματα, δι᾽ ἃ ἡ νόσος.

Clementis, ex octavo Strom. Timeamus non externum morbum, sed peccata, unde morbi proveniunt.

Quem locum producit et Maximus, (S. Maximus, Cap. Theolog. Serm. 26.)* In memoratis eclogis, §. XX. occurrunt quae exhibet

* nec et non Damascenus ipse alibi, (S. Joannes Damascenus, Sac. Paral. Litt. A. Tit. 12. 341.) additis verbis: καὶ νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος = et animi, non corporis, infirmitatem. =
+ Clementis ex octavo Stromatum.

Idem loco citato Titulo LX.

Κλήμεντος ἐκ τοῦ ή. στρωμάτων. Ἀγάπη ἑκουσίοις ἄρχει, ἀκόντων δὲ φόβος οὗτος ὁ φαῦλος. Ὁ δὲ εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν ἡμᾶς, εἰς Χριστὸν ἄγει, καὶ ἔστι σωτήριος.

+Charitas volentibus imperat, malus iste timor invitis. Qui autem nos ad bonum instituit, timor, perducit ad Christum, ac salutaris est.

Credi etiam potest Eclogas illas e Propheticis scriptis, excerpta tantum praestare ex octavo Stromatum libro. Sane prolixas e Clementis Stromatis Eclogas in Codice bombycini saeculi decimiquarti, Venetiis reperisse se testatur Montfaucon in Diario Italico. (Fab. S. 106.) Observatum volo nonnulla verba quaedam Damascenum proferre ex libro illo, qui nunc octavi Stromatum nomine gaudet, (Damasc. 774. not.) sic enim ait

Idem loco citato Titulo LXXVI.

Clem. 914. 34. Κλήμεντος, ἐκ τοῦ ή. τῶν στρωμάτων. Ἐκδέχεται ἄλλος τόπος, καὶ ὄχλος τοὺς παρα ταραχώδεις κ. τ. ε.

Clementis, ex octavo Stromatum. Tumultuosos locus alius excipit, ac turba etc.

Quae verba initio laudati libri leguntur. Ait Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 111.) octavum Stromatum in quibusdam Codicibus inscriptum fuisse: Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος = Quis Dives salvetur; = hunc autem initium habuisse: Οἱ μὲν τοὺς ἐγκωμιαστικοὺς λόγους. Difficile tamen credi posse arbitror, librum istum, qui adhuc superest, et Origeni perperam tributum

fuit, ut notant Fell, (Fell. ad S. Clem. Alex. lib. quis Dives salvetur. Clem 935. not.) Pearson, (Pearson, Vindic. epist. Ignat.) Dodwell, (Dodwell, Dissert. Cyprian. I. §. 4.) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l' Hist. Eccl. Not sur saint Clem. d' Alex. Note 4. Que le livre sur le salut de riches est plutost de S. Clement que d' Origene) aliique, ad Stromatum opus pertinere; Eusebius, enim, et Hieronymus, eodem loco distincte memorant octo Stromatum libros, illumque, cui titulus: = Quis dives salvetur = A malis igitur codicibus, ut puto, deceptus, erravit (Canis. 1. 514.)

S. Anastasius Sinaita Oratione II. in Psalmum VI.

Εἰ δὲ βούλει καὶ ἑτέραν ἱστορίαν διηγήσομαι, πολὺ τὸ παράδοξον ἔχουσαν, ἣν Κλήμης ὁ συγγραφεὺς περὶ Ἰωάννου φησὶ, τοῦ τὰ θεῖα ἡμῖν βροντήσαντος, καὶ τὴν παρθενίαν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσαντος· καὶ διὰ τὸ τῆς ἀγάπης ὑπερβάλλον τῆς περὶ τὸν διδάσκαλον, πλέον πάντων ἀγαπηθέντος, ὡς καὶ ἐπὶ τὸ δεσποτικὸν στῆθος ἀναπεσεῖν, καὶ τὴν Παρθένον, καὶ θεομήτορα παρακαταθήκην λαβεῖν. Τοιοῦτον τί μεν περὶ αὐτοῦ ὁ σοφὸς ἱστοριογράφος, ἔν τινι τῶν αὐτοῦ στρωματικῶν λόγων διεξέρχεται.

Aliam quoque, si libuerit, historiam narrabo, valde mirabilem, quam Clemens scriptor, de Joanne illo refert, qui Divina nobis intonuit, atque a puero virginitatem amavit, atque ob excellentem in erga Magistrum charitatem, plus quam caeteri omnes dilectus fuit, adeo ut et in Domini pectus recubuerit, et Virginem, Deique Matrem, deposito acceperit. Haec igitur de illo narrat laudatus sapiens Historicorum Scriptor, in quodam e Stromatum libris.

Sequitur narratio e libro = Quis dives salvetur = excerpta, quam e quodam libro Stromatum libro desumptam ait Anastasius. Historiam ipsam refert etiam (Canis. 497.)

Idem Oratione I. in Psalmum VI.

Γράφει γὰρ ὁ Κλήμης ὁ ἱστορικὸς Ἀλεξανδρείας περὶ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.

Scripsit enim Clemens Alexandriae historicus de Joanne Theologo.

Historiam ipsam Clementis verbis adfert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 23.

Ὁ δὲ Κλήμης ὁμοῦ τὸν χρόνον ἐπισημηνάμενος, καὶ ἱστορίαν ἀναγκαιοτάτην οἷς τὰ καλὰ, καὶ ἐπωφελῆ φίλον ἀκούειν, προστίθησιν ἐν ᾧ, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, ἐπέγραψεν αὐτοῦ συγγράμ=

Clemens autem et tempus simul indicavit, et historiam adposuit; iis perquam necessariam illis, qui pulchra, et utilia exaudire cupiunt; in libro, quem inscripsit, Quis dives salvetur. Sumens autem

μασι. Λαβὼν δὲ ἀνάγνωθι ἧδέπως ἔχουσαν καὶ αὐτοῦ γραφήν.

librum, perlege Clementis locum ita se habentem. +

+ Post adlatum Clementis locum subjungit

Idem loco citato Capite 24.

Ταῦτα τοῦ Κλήμεντος ἱστορίας ὁμοῦ, καὶ ὠφελείας τῆς τῶν ἐντευξομένων ἕνεκεν, ἐνθένταῦθά μοι κείσθω.

Haec a Clemente scripta, ad rerum notitiam, utilitatemque legentium a me hic adposita sint.

Eamdem cum Clemente narrationem ex ejus fide refert auctor, qui vulgo creditur Simeon Metaphrastes in Vita Joannis Apostoli. (quae graece extat ad calcem S. Oecumen. sed in Edit. tantum Veron. 1532. Fol. 9. 98.)

Clementis librum = Quis dives salvetur = citat etiam

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam IX. § (p. 331.)

Καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος.

Et Clemens Alexandrinus in libro, Quis dives salvetur.

Quae verba repetit Georgius Pachymeres. (Pachymeres, Paraphras. in S. Dionys. Epist. 10. p. 290. b.) Librum de quo agitur adlegat et

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5588. Christi 88.

Τούτοις ἀκόλουθα καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, γράφει.

His consentaneo scribit Clemens Alexandrinus, in libro, cui titulus, Quis dives salvetur.

Nescio an e scripto isto, vel ex aliquo Stromatum libro, vel ex opere ullo deperdito opere de eleemosyna, deprompta sint quae sub Clementis nomine ἐκ τῶν περὶ ἐλεημοσύνης referuntur in Codice quodam Naniano, ἀποφθέγματα προφητῶν, καὶ ἁγίων πατέρων = apophthegmata Prophetarum, ac SS. Patrum = continente, teste Mingarelli. (Mingarelli, Graec. Cod. Manuscr. ap. Nan. Patric. Venet. asservat. Cod. 132.) Ex libro = quis dives salvetur = haec profert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis

Littera A. Titulo 9.

Ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ μὲν αἵρεσις ὡς ἐλευθέρῳ· ἐπὶ Θεῷ ἡ δόσις ὡς κυρίῳ· δίδωσι δὲ βουλομένοις, καὶ ὑπερεσπουδακόσι, καὶ δεομένοις, ἵνα οὕτως ἴδιον αὐτοῦ ἡ σωτηρία γένηται. Οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ Θεός· βία γὰρ ἐχθρὸν Θεῷ· ἀλλὰ τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αἰτοῦσι παρέχει, καὶ τοῖς κρούουσιν ἀνοίγει.

In homine, uti libero, electio est; in Deo largitio, uti Domino. Dat autem volentibus, iisque qui summo studio nituntur, ac orant, ut sic peculiaris ipsi sit salus. Non enim cogit Deus, cui inimica vis est, sed petentibus suppeditat, postulantibus porrigit, aperitque pulsantibus.

v. Damasc. 644. Βουλομέναις μὲν ὁ Θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. Εἰ δὲ ἀποσταῖεν τῆς προθυμίας, καὶ τὸ δοθὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα συνεστάλη.

Volentibus Deus animabus adspirat, quae si a sedulitate desciverint, spiritus quoque a Deo donatus contrahitur.

Postremum hunc locum alibi etiam adfert Damascenus. (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parallelis Litt. Σ. Titulo 4. p. 644.)

Alium ex eodem libro locum refert

Idem loco citato Titulo 14.

Clem. 957. 49. „Ἐφ' οἷς ἂν εὕρω ὑμᾶς, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ„ καὶ παρέκαστα βοᾷ τὸ τέλος ἁπάντων, ὥστε καὶ τὰ μέγιστα εὖ πεποιηκότι τὸν βίον, ἐπὶ δὲ τοῦ τέλους ἐξοκείλαντι πρὸς κακίαν, ἀνόνητοι πάντες οἱ πρόσθεν πόνοι, ἐπὶ τῇ καταστροφῇ τοῦ δράματος ἐξάθλων γενομένων.

„In quibus vos invenero, in his et judicabo„ et in unaquaque re omnium finis clamat, adeo et qui rectissimam vitam duxit, in fine autem declinavit ad malum, labores omnes anteactos inutiles reddidit, cum imminentia praemia absoluto dramates distribuantur. absolutione fine, palestra excesserit.

Haec etiam e libro ipso producit

Idem loco citato Littera B. Titulo 1.

Clem. 947. 25. Damasc. 712. Οὐ τῶν καθευδόντων, καὶ βλακευόντων ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Αὕτη γὰρ μόνη βία καλὴ, Θεὸν βιάσασθαι, καὶ παρὰ Θεὸν ζωὴν ἁρπάσαι. Ὁ δὲ γνοὺς τοὺς βεβαίως, μᾶλλον δὲ βιαίως ἀντεχομένους, συνεχώρησε, καὶ εἶξε. Χαίρει γὰρ ὁ Θεὸς τὰ τοιαῦτα ἡττώμενος. +

Non dormientium, neque socordium regnum Dei est, sed violenti rapiunt illum. Haec enim sola honesta vis est, Deum adigere, eique vitam abripere. Ille autem, cum eos noscat qui firmiter, immo potius violenter urgent, praestat, et cedit. Gaudet enim Deus hac ratione superari.

+ Quae verba (Quem locum) Damascenus alibi repetit. (Idem, l. c. Litt. Φ. Tit. 5.)

Alium item e laudato libro locum exscribit

Idem loco citato Littera E. Titulo 8.

Τὸν ἐναντίον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, σεαυτῷ κατάλεξον στρατὸν, ἄοπλον, ἀπόλεμον, ἀναίμακτον, ἀόργητον, ἀμίαντον· γέροντας θεοσεβεῖς, ὀρφανοὺς θεοφιλεῖς, χήρας πραότητι ὡπλισμένας, ἄνδρας ἀγάπῃ κεκοσμημένους. Τοιούτους κτῆσαι τῷ σῷ πλούτῳ, καὶ τῷ σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ δορυφόρους, ὧν στρατηγεῖ ὁ Θεός.

Contra id quod alii homines solent, tibi exercitum delige, inermem, imbellem, incruentum, ab ira alienum, impollutum; religiosos senes, orphanos Deum diligentes, viduas lenitate munitas, viros charitate exornatos. Hos tuis tibi opibus compara, corporis, animique satellites, quorum dux Deus est.

Deinceps haec e libro ipso exhibet verba

Idem loco citato ~~Littera~~ Titulo IX.

Clem. 941. 22. „Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα„ Τί οὐ προχείρως δέχονταί τινες τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἀποῤῥίψαι, τὴν πρὸς αὐτὰ συμπάθειαν, τὴν ὑπερά=

„Vende quae habes„ Cur id nonnulli non prompto animo suscipiunt, proprias scilicet substantias abjicere, adfectumque erga illas, immodicam=

ᾗπε [?] γαν ἐπιθυμίαν, τὴν περὶ αὐτὴν ἀγρυπνίαν, τὴν νόσον, τὰς μερίμνας, τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου, αἳ τὸ σπέρμα τῆς ζωῆς συμπνίγουσιν;

que cupiditatem, vigilias ob aurum sustentas, morbum, curas, vitaeque spinas, quae vitae ipsius semen ~~se~~ suffocant.

Rursus ~~hoc~~ e laudato libro haec excerpit

Idem loco citato Titulo 12.

Χρὴ μήτε ἀγαθά τινα προστεθεικέναι τούτοις ἀνθρώποις οὖσιν, μήτε αὖ κακὰ ἀπεχθάνεσθαι αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐπάνω εἶναι ἀμφοῖν, τὰ μὲν πατοῦντα, τάδε τοῖς δεομένοις παραπέμποντα.

Curandum est ut homines isti nullis vitae bonis praepostere addicant, neque mala odio habeant, sed superiores utrisque sint, haec conculcantes, illa ad egenos transmittentes.

Hunc ~~item~~ denique locum ex eodem libro profert

Idem loco citato Littera M. Titulo 3.

Clem. 957. 15. Ἡ ἀληθινὴ μετάνοια, τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εὑρεθῆναι, ἀλλ᾽ ἄρδην ἐκριζῶσαι τῆς ψυχῆς, ἐφ᾽ οἷς ἑαυτοῦ κατέγνω θάνατον ἁμαρτήμασιν.

In hoc vera poenitentia posita est, ut non amplius peenitens iisdem criminibus inveniatur obstrictus, sed ea funditus ~~ex~~ evellat ex animo, ob quae morte se dignum judicavit. +

+ Quędam hic addenda vide pag. 133. num. 3.

Et hactenus quidem de operibus Clementis, quae extant. Agendum jam de deperditis ipsius monumentis, et quę inde supersunt reliquiae producendae. Clementis fragmenta quędam primus collegit Joannes Fell, quibus alia nonnulla addidit Thomas Ittigius, monens alia itidem iis adjungenda esse. (Fab. 111.) Deinde plura Clementinorum operum deperditorum λείψανα, quę in Spicilegio Patrum tertii saeculi edere statuerat, collegit diligentissimus vir Joannes Ernestus Grabe, (Fab. 9.409. Clem. 1017.) verum morte correptus, priusquam tertia illa Spicilegii sui pars in vulgus prodiret, congesta a se fragmenta Georgio Hickesio legavit, a quo cum illa accepisset Joannes Potter Episcopus Oxoniensis, ea in praestantissima editione operum Clementis Alexandrini vulgavit, simul cum ceteris a Fell, ~~et~~ atque Ittigio ~~conc~~ congestis ~~collectis~~. Rursus Clementinis fragmentis colligendis manus admovit vir maximus Joannes Albertus Fabricius, reliquias que nonnullas in Potter editione praetermissas, vel Graece tantum exhibitas, Graece, et Latine vulgavit in Spicilegio Patrum seca tertii saeculi, quod post Grabe et concinnandum suscepit, edriditque ad calcem operum S. Hippolyti, Hamburgi anno 1718. (Fab. 9.449.410.) Horum omnium curis noster demum, nec inutilis forte labor accedat. Deperditorum Clementis operum celeberrimum facile est illud, quod Ὑποτυπώσεις = Hypotyposes = auctor inscripsit, idest ~~Definitiones~~ Dispositiones, ꝑ ut vertit Rufinus, ~~sive~~ ‡ ~~Institutiones, aut Informationes, ut placet~~ Valesio. (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 11.) Octo libris perinde ac Stromata hoc opus constabat, ut testatur Hieronymus tum in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, tum loco, quem referam

ꝑ seu informationes.

‡ quae postrema vox magis adridet.

S. Hieronymus in Epistola 84. ad Magnum.

Clemens Alexandrinae Ecclesiae presbyter, meo judicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum Libros, et totidem Ὑποτυπώσεων, et alium contra Gentes, Paedagogi quoque tria volumina. Quid in illis libris indoctum? imo quid nõ e media philosophia est?

Rem ipsam ~~a~~ adfirmat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 13.

Ἰσάριθμοί τε τούτοις + εἰσὶν οἱ ἐπιγεγραμμένοι Ὑποτυπώσεων αὐτοῦ ‡ λόγοι· ἐν οἷς ὀνομαστὶ ὡς διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μνημονεύει, ἐκλογάς τε αὐτοῦ γράφων, καὶ παραδόσεις ἐκτιθέμενος.

+ (τοῖς Στρωματεῦσι)

‡ (τοῦ Κλήμεντος)

Alii (Stromatis) pares numero sunt ejus (Clementis) libri Hypotyposeon inscripti, in quibus nominatim Pantęnum, ut magistrum memorat, traditiones, quas ille a majoribus accepit, aliisque communicavit, exponens.

Pantęni in Hypotyposibus meminisse Clementem, antea etiam dixerat

Idem loco citato Libro V. Capite 11.

Ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ, ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν, ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται.

Qui in iis, quas scripsit Hypotyposibus, ut magistrum Pantaenum memorat.

Hinc motus Valesius, (Idem, l.c.) ex Hypotyposibus descriptas putat ~~ea~~, quę ~~sub Clementis nomine habentur Excerpta ex Theodoto, in quibus et nominat auctor Pantęnum, quem suum vocant.~~ Eclogas etiam e Scriptis Propheticis, Ꭿ ex Hypotyposibus excerpta ~~praestare~~ exhibere, ~~autumat Combefis~~, qua de re dixi supra ꝗ cum de octavo Stromatum agerem. Plura ex Hypotyposibus desumpta refert Eusebius. Audienda jam quę de opere illo generaliter ait

Ꭿ in quibus nominat Clemens Pantaenum, quem suũ vocat. Hac

Idem loco citato Libro VI. Capite 14.

Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας ~~πε~~ πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολι-

In Hypotyposibus autem, in universam, ut uno verbo dicam, Scripturam, ~~exp~~ compendiosas expositiones scripbit, ne illa quidem scripta praeteriens, quę in controverso sunt; Judae scilicet Epistolam,

κὰς ἐπιστολὰς, τήν τε Βαρνάβα, καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους δὲ ἐπιστολὴν, Παύλου μὲν εἶναι φησὶ, γεγράφθαι δὲ Ἑβραίοις Ἑβραϊκῇ φωνῇ· Λουκᾶν δὲ φιλοτίμως αὐτὴν μεθερμηνεύσαντα ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησιν· ὅθεν τὸν αὐτὸν χρῶτα εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ταύτης τε τῆς ἐπιστολῆς, καὶ τῶν πράξεων. Μὴ προγεγράφθαι δὲ τὸ, Παῦλος Ἀπόστολος, εἰκότως· „Ἑβραίοις γὰρ, φησιν, ἐπιστέλλων, πρόληψιν εἰληφόσι κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ ὑποπτεύουσιν αὐτὸν, συνετῶς πάνυ οὐκ ἐν ἀρχῇ ἀπέστρεψεν αὐτοὺς, τὸ ὄνομα θεὶς.„ Εἶτα ὑποβὰς ἐπιλέγει· „ἤδη δὲ ὡς ὁ μακάριος ἔλεγε πρεσβύτερος, ἐπεὶ ὁ Κύριος Ἀπόστολος ὢν τοῦ παντοκράτορος, ἀπεστάλη πρὸς Ἑβραίους, διὰ μετριότητα ὁ Παῦλος, ὡς ἂν εἰς τὰ ἔθνη ἀπεσταλμένος, οὐκ ἐγγράφει ἑαυτὸν Ἑβραίων Ἀπόστολον· διά τε τὴν πρὸς τὸν Κύριον τιμὴν, διά τε τὸ ἐκ περιουσίας καὶ τοῖς Ἑβραίοις ἐπιστέλλειν ἐθνῶν κήρυκα ὄντα, καὶ Ἀπόστολον.„

Catholicasque epistolas reliquas, et revelationem, quae Petri dicitur. Epistolam quoque ad Hebraeos Pauli esse ait, scriptam autem ad Hebraeos Hebraica lingua fuisse: Lucam vero eam a se adcurate conversam Graecis edidisse, adeo ut idem orationis color tum in hujus epistolae interpretatione, tum in Actibus reperiatur. Inscriptionem illam, Paulus Apostolus, recte omissam notat:„ Haebreis enim, inquit, scribens, adversus se preoccupatis, eumque suspectum habentibus prudenter omnino illos non ipso alienavit initio, proprium nomen illud adponens.„ Inferius deinde subjungit:„ Iam vero, ut beatus dicebat presbyter, quoniam Dominus Jesus, Omnipotentis Apostolus ad Hebraeos missus fuerat, modeste Paulus, utpote missus ad gentes, non se Apostolum Hebraeorum inscribit: tum ob reverentiam erga Dominum, tum quod ipse gentium praeco, et Apostolus, Hebraeis scriberet, supra id quod impositum sibi munus poscebat.„

E tertio Hypotyposeon libro locum hunc exhibet

Oecumenius in Commentario ad Epistolam I. ad Corinthios Caput 11. versiculum 10.

„Διὰ τοὺς Ἀγγέλους;„ Ἀγγέλους φησὶν τοὺς δικαίους, καὶ ἐναρέτους. Κατακαλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν αὐτοὺς σκανδαλίσῃ. Οἱ γὰρ ὄντως ἐν οὐρανοῖς Ἄγγελοι, καὶ κατακεκαλυμμένην αὐτὴν βλέπουσιν.

„Propter Angelos„: Angelos dicit justos, probosque viros. Operiatur igitur, ne iis stupri scandalum pariat. Qui enim revera in coelo sunt Angeli, eam tectam quoque conspiciunt.

E quarto ejusdem Operis haec adfert

Idem in Commentario ad Epistolam II. ad Corinthios Caput 5. versiculum 16.

„Εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν„ Ὥσπερ ἡμῶν τὸ κατὰ σάρκα ἐστὶ τὸ ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τὸ ἔξω τούτων οὐ κατὰ σάρκα, οὕτω καὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα, τὸ εἴκειν τοῖς φυσικοῖς πάθεσι, τὸ μὴ εἴκειν δὲ, οὐ κατὰ σάρκα· ἀλλ᾽ ὥσπερ, φησὶν, ἐκεῖνος ἀπηλλάγη, οὕτω καὶ ἡμεῖς.

„Si autem etiam cognovimus Christum secundum carnem;„ Sicut in nobis secundum carnem est, in peccatis esse, atque his carere, secundum carnem non est; ita et in Christo naturalibus afflictionibus, secundum carnem est, non subesse vero, non secundum carnem: sed quemadmodum, inquit, ille liberatus est, ita et nos.

Aliud hocce ejusdem libri fragmentum profert

Idem loco citato ad Caput VI. versiculum 11.

„Ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται;„ Εἰς τὸ πάντα διδάξαι ὑμᾶς. Ὑμεῖς δὲ στενοχωρεῖσθε ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, τουτέστιν, ἐν τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ, ᾗ ἀγαπᾶν με ὀφείλετε.

„Cor nostrum dilatatum est;„ Ad vos omnia docendum. Sed vos angusti estis in visceribus vestris, idest in amore erga Deum, quo me diligere debetis.

E libro quinto laudati Operis haec exscripsit

Idem in Commentario ad Epistolae ad Galatas Caput V. versiculum 24.

„Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα„ Καὶ τί λέγω, φησὶν, ἓν καθ᾽ ἓν ἀρετῆς εἶδος; εἰσὶ γάρ τινες οἳ καὶ ἐσταύρωσαν ἑαυτοὺς, ὅσον πρὸς τὰ πάθη, καὶ τὰ πάθη ὅσον πρὸς ἑαυτοὺς. Κατὰ ταύτην τὴν ἑρμηνείαν, οὐ παρέλκεται τὸ „δὲ;„ „οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ„ τουτέστι, τείνοντες τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐσταύρωσαν.

„Hi autem Christi carnem;„ Et quid singillatim, inquit, virtutum species enumero? Sunt enim quidam, qui et se ipsos crucifixerunt, quoad adfectus, et adfectus, quoad se ipsos. Juxta hanc interpretationem, non parelcon est verbum „autem.„ „Hi autem Christi;„ idest ad Christum tendentes, propriam carnem crucifixerunt.

Aliud quinti Hypotyposeon fragmentum servavit

Joannes Moschus Prati Spiritualis Capite 176.

Ναὶ ἀληθῶς ἐβαπτίσθησαν (οἱ Ἀπόστολοι) καθὼς Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν τῷ πέμπτῳ τό-

Sane revera baptizati sunt (Apostoli) ut Clemens refert in qui Stromateus refert in quinto

μῳ τῶν Ὑποτυπώσεων μέμνηται. Φησὶ γὰρ τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν ἐξηγούμενος, τὸ λέγον „εὐχαριστῶ, ὅτι μηδένα ὑμῶν ἐβάπτισα„ „Ὁ Χριστὸς λέγεται Πέτρον μόνον βεβαπτικέναι, Πέτρος δὲ Ἀνδρέαν, Ἀνδρέας Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς λοιπούς.„

(Margin: Β.Ρ.2. 1133. οὐδένα.)

Hypotyposeon. Illud enim Apostolicum dictum enarrans: „Deo gratias ago, quod neminem vestrum baptizaverim:„ ait: „Christus dicitur solum Petrum baptizasse, Petrus autem Andream, Andreas Jacobum, et Joannem, isti vero caeteros.„ +

+Quaedam hic addenda vide pag. 133. num. 4.

Quintum Hypotyposeon ~~adlegat etiam~~ laudat ~~etiam~~

Chronicon Paschale 102. Olympiade.

Περὶ δὲ τῶν προγεγραμμένων ο'. μαθητῶν, τῶν μετὰ τοὺς ιβ'. προτεταγμένους, ἱστορεῖ Κλήμης ὁ συγγραφεὺς ἐν τῇ πέμπτῃ Ὑποτυπώσεων.

De recensitis autem septuaginta Discipulis, praeter duodecim supra dictos, agit Clemens Scriptor in quinto Hypotyposeon.

~~Sic~~ Eumdem librum citat et (p. 116)

J. Maximus in Scholiis ad J. Dionysii De Divinis Nominibus Caput II. §. 9.

Λέγει δὲ πρεσβυτέρους Ἀγγέλους ὁ Θεῖος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει, καὶ ἑπτὰ εἶναι τοὺς πρώτους ἐν τῷ Τωβίᾳ ἀνέγνωμεν, καὶ παρὰ Κλήμεντι βιβλίῳ ε'. τῶν Ὑποτυπώσεων.

Digniores autem Angelos, divinus Joannes in Apocalypsi recenset; et septem esse primos, in Tobia legimus, et apud Clementem in quinto Hypotyposeon libro.

Qui locus in Potteriana Clementis Fragmentorum Collectione,* pretermissus est, perinde ac ~~illum~~ in quo sextum Hypotyposeon citat Maximus, et quem supra jam ~~adlatus est~~ retuli, cum de Aristone Pellaeo sermo esset. E sexto Hypotyposeon plura supersunt fragmenta. ~~quorum unum profert~~ E Hec ex illo [unum] profert

* atque in Fabriciano Spicilegio,

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 1.

Κλήμης δὲ ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων γράφων ~~ὧδε~~ ὧδε παρίστησι: Πέτρον γάρ φησι, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι. Ὁ δὲ ~~αὐτὸς~~ ~~ἐν~~ δὲ ~~αὐτὸς ἐν ἑ~~

Clemens in sexto Hypotyposeon haec tradit. Petrum enim ait, et Jacobum, ac Joannem post Salvatoris adscensum, licet caeteris a Domino prelati ~~antea~~ fuissent, de honore haud ~~contendisse~~ certasse, sed Jacobum cognomine Justum, Hierosolymorum Episcopum ~~fuisse~~ ~~electum~~ elegisse. ~~Idem in septi~~

I, 3.
p. 97 – 144.

βδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ὅτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ φησὶν· „Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, καὶ Ἰωάννῃ, καὶ Πέτρῳ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος· οὗτοι τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις παρέδωκαν· οἱ δὲ λοιποὶ Ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας.„

mo ejusdem Operis haec insuper de illo ait: „Jacobo Justo, et Petro, ac Joanni, post resurrectionem, scientiam tradidit Dominus; isti autem eam caeteris Apostolis communicarunt; Apostoli autem caeteri septuaginta discipulis, e quorum numero erat et Barnabas.„

Haec deinceps Clementem adlegans narrat

Idem loco citato Capite XV.

Τοσοῦτο δ᾽ ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μὴ δὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ· παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλεῖψαι διδασκαλίας· μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι, ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου γραφῆς. Γνόντα δὲ τὸ πραχθὲν φασὶ τὸν Ἀπόστολον, ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις. Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων παρατέθειται τὴν ἱστορίαν.

Tantus autem auditorum Petri mentibus pietatis splendor effulsit, ut sibi non sufficere existimaverint semel audiisse, ac sine scriptis accepisse divini verbi doctrinam, sed omnimodis precibus Marcum Petri sectatorem, cujus evangelium fertur, adsidue rogaverint, ut voce traditæ ipsis doctrinæ, scriptum sibi monumentum relinqueret; nec prius destitisse destiterint, quin hominem expugnassent, eoque pacto scribendi illius Evangelii quod secundum Marcum dicitur caussa dicitur fuerint. Cum autem Petrum Apostolum, sancto Spiritu revelante, quod actum fuerat cognovisset, gavisus esse fertur ob sedulum hominum studium, ... scriptumque Evangelium sua auctoritate probasse, ut in ecclesiis legeretur. Rem narrat Clemens in sexto Hypotyposeon.

Postremam hujus loci partem, et fortasse etiam priorem exscriptam exhibet Auctoris Anonymi

Commentarium in Evangelium secundum Marcum.

[Ex Cod. Naniano fol. 218. B. col. 1. B]

Γνῶντα δὲ τὸ πραχθὲν τὸν Ἀπόστολον, ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος, ἡσθῆναι μὲν (φασὶ)

Ajunt autem Apostolum, cum id quod actum erat Spiritus Sancti revelatione cognovisset, laetatum

Cod. κυρώσαι = ται.

τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ· κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις. Κλήμης ἐν ἕκτῃ τῶν Ὑποτυπώσεων παρατίθεται τὴν ἱστορίαν.

esse ob sedulam hominum curam, librumque illum auctoritate sua comprobasse, ut in Ecclesiis legeretur. Rem tradit Clemens in sexto Hypotyposeon libro.

Locum hunc edidit Mingarelli, (Mingarelli, Graec. Cod. Manusc. ap. Nanios Patric. Venet. asservat. Cod. 27. num. 9. p. 35.) sed eum in Eusebio jam editum esse haud notavit.+ Haec iterum de eodem argumento, cum de Clementis Hypotyposibus loqueretur, tradidit

+ Historiam ab Eusebio relatam cum exposuisset, Clementem et ipse testem adlegat

Beda in Prologo Expositionis in Marcum.

Clemens in sexto Dispositionum libro haec ita gesta esse describit.

Idem jam antea fecerat

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 8.

Quod cum Petrus audisset probavit, et Ecclesiae legendum sua auctoritate dedit, sicut scribunt Clemens in sexto Ὑποτυπώσεων libro, et Papias Hierapolitanus Episcopus.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 14.

Αὖθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς τάξεως τῶν εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυτέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. Προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας. Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν· τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον, καὶ πνεύματι τὸ εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας πολλοὺς ὄντας παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν, καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα. Ποιήσαντα δὲ τὸ εὐαγγέλιον, μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ· ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον, προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι, μήτε προτρέψασθαι. Τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις δεδήλωται· προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, πνεύματι θεοφορηθέντα, πνευματικὸν ποιῆσαι εὐαγγέλιον. Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

Praeterea in iisdem libris traditionem de ordine Evangeliorum, a presbyteris vetustioribus acceptam exponit Clemens hunc in modum. Dicebat ex Evangeliis illa prius scripta fuisse, quae genealogiam Domini continent. Evangelium autem secundum Marcum, hac de caussa fuisse conscriptum. Cum Petrus Romę verbum Dei publice praedicasset, Evangeliumque Sancto Spiritu adflatus adnunciasset, multos, qui aderant, Marcum, utpote qui Petrum jamdudum sequutus fuerat, et dictorum meminerat, hortatos esse, ut quae praedicata fuerant scriptis exponeret. Marcum igitur compositum Evangelium, iis qui se rogabant tradidisse. Quod cum novisset Petrus neque rem omnino prohibuisse, neque ut fieret excitasse. Joannem vero caeterorum postremum, cum videret in aliorum Evangeliis, ea quę ad corpus Christi pertinent fuisse tradita; spiritale Evangelium Discipulorum rogatu, et divino Spiritus impulsu conscripsisse. Haec Clemens.

Marcum; Romanis rogantibus Evangelium scripsisse, e Clementis fide refert etiam

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5540. Christi 40.

Τότε καὶ Ῥωμαίοις αἰτήσασι, συντάξας (ὁ Μάρκος) τὸ εὐαγγέλιον, ὡς Κλήμης ἐν ϛ' τῶν Ὑποτυπώσεων, καὶ Παπίας ὁ Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος.

Tunc et Romanis rogantibus, (Marcus) Evangelium composuit, ut ajunt Clemens in sexto Hypotyposeon, et Papias Hierapoleos Episcopus.

Sextum Hypotyposeon antea quoque adlegaverat

Idem loco citato Anno mundi 5534. Christi 34.

Οἱ ~~καὶ~~ τῷ Πέτρῳ, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ, καὶ Ἰωάννῃ, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων ἡγεῖσθαι προσέταξεν ὁ Κύριος, ὡς ἂν μὴ ἐπιδικάζοιντο δόξης· οἳ καὶ πρῶτον Ἱεροσολύμων εἵλαντο τὸν αὐτὸν Ἰάκωβον, ὡς φησὶ Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων.

Petro, et Jacobo Domini fratri, itemque Joanni, post Adscensionem cęteris Apostolis praeesse, ne de honore contenderent, Dominus jussit: qui et primum Hierosolymorum Episcopum delegere Jacobum; ut ait Clemens in sexto Hypotyposeon.

Idem ait Clementem testem adlegans

Michael Glycas Annalium Parte III.

Οὗτος ὁ Ἰάκωβος Ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων πρῶτος ἐχρημάτισε. Προείλοντο γὰρ αὐτὸν, ὥστε μὴ Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον δόξης ἕνεκεν ἐπιδικάζεσθαι, καθὰ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἱστορεῖ. ✠

Jacobus iste primus Hierosolymorum Pontifex nominatus fuit. Eum enim elegerunt, ita ut Petrus, et Joannes, et Jacobus de honoris causa non decertarent, quemadmodum refert Clemens Stromateus.

✠ Quaedam hic addenda vide pag. 134. num 5.

Septimi Hypotyposeon libri fragmentum hocce profert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 1.

+ (ὁ Κλήμης)

Ὁ δὲ αὐτὸς + ἐν ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ (~~τοῦ~~ Ἰακώβου) φησὶν „ Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, καὶ Ἰωάννῃ, καὶ Πέτρῳ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος· οὗτοι τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις παρέδωκαν· οἱ δὲ λοι-

Idem (Clemens) in septimo ejusdem operis, haec insuper de illo (Jacobo) ait: „ Jacobo Justo, atque Petro, et ~~Petro, ac~~ Joanni post resurrectionem, rem patefecit ~~sententiam tradidit~~ Dominus; isti autem rei cognitionem ~~eam~~ caeteris Apostolis communicarunt; Apostoli

ποὶ Ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας.+ autem caeteri, septuaginta discipulis, e quorum numero erat et Barnabas. *

Fragmentum istud, (Eam praetermisit etiam qui locum, de quo agitur,) cum notanda in fine discrepantia refert,

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5534. Christi 34.

Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ζ'. (τῶν Ὑποτυπώσεων) συνῳδὰ φησὶν ὧδε· „Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, καὶ Ἰωάννῃ, καὶ Πέτρῳ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος· οὗτοι τοῖς λοιποῖς παρέδωκαν· οἱ δὲ λοιποὶ Ἀπόστολοι τοῖς ό. ὧν εἷς ἦν πρῶτος ἐπίσκοπος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας."	Idem (Clemens) in septimo (Hypotyposeon) consona scribit in hunc modum: „Jacobo Justo, et Joanni, atque Petro, post resurrectionem, ~~scientiam~~ rem pa=tefecit tradidit Dominus; isti autem caeteris Apostolis rei cognitionem communicarunt; Apostoli autem caeteri, septuaginta discipulis, e quorum numero Jacobus Domini frater, primus Hierosolymitanae Ecclesiae Episcopus fuit."

+ Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι· Εἷς ὁ δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς εἰς θάνατον· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθεὶς." — Duo autem fuere Jacobi: alter cognomento Justus, qui a templi fastigio dejectus est et a fullone ligno quodam, mortali ictu percussus: alter qui capite truncatus est."

Quae postrema verba Clementis esse, quod a nemine ~~hactenus~~ observatum, patet ex his quae habet ... (huc addendus locus Euseb. quem profero pag. 134. num. 6.)

Ubi ~~sane~~ vel Syncelli ~~exscriptor~~, vel ~~ipse~~ Eusebii exscriptor Syncellus ~~erravit~~. + Rursus Hypotyposeon septimum citat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 9.

Περὶ τούτου δὲ ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν Ὑποτυπώσεων ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ φάσκων, ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανόν. „Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησὶ, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ὀλίγον σκεψάμενος, εἰρήνη σοι, ἔφη, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν."	De hoc autem Jacobo historiam memoratu dignam in septimo Hypotyposeon Clemens exponit, velut e majorum suorum traditione dicens, eum qui judici Jacobum in judicium adduxerat, cum illum vidisset fidem suam ~~confitentem~~ testimonium reddentem commotum, et ipsum fassum, se esse Christianum. „Una igitur, inquit, ambo ad supplicium ducti sunt, atque rogante Jacobum comite, inter eundum, ut sibi ignosceret, ille postquam paululum considerasset, pax tibi, inquit, eumque osculatus est. Atque sic ambo simul capite truncati sunt."

+ Huc pertinent quae habet Michael Glycas Annalium Parte III.

Καὶ γὰρ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ Κλήμης φησὶ, Πέτρῳ, καὶ Ἰωάννῃ, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν· οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς. — Cum enim Dominus a mortuis surrexisset, ut ait Clemens, Petro, Joanni, et Jacobo Domini fratri, rem patefecit: Isti autem autem Apostolis caeteris enarrarunt.

Quaedam hic addenda vide pag. 134. num. 7.

Quae sequuntur nescio cur in Potteriana editione inter Clementis fragmenta relata fuerint, (p. 1024.) cum e Clemente ipso desumpta minime videantur. Quae ex ~~Clemente~~ illo refert Eusebius narrat item

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5550. Christi 50.

Περὶ οὗ (τοῦ Ἰακώβου) καὶ Κλήμης ἐν ζ'. τῶν Ὑποτυπώσεων φησὶν, ὅτι ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον, ἰδὼν αὐτὸν μαρτυρήσαντα συνωμολόγησεν αὐτῷ εἶναι Χριστιανός. „Συναπηνέχθησαν οὖν ἄμφω, φησὶ, κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ὀλίγα σκεψάμενος, εἰρήνη σοὶ, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν."	De quo (Jacobo) et Clemens in septimo Hypotyposeon ait, eum qui Jacobum in judicium adduxerat, cum illum vidisset fidem suam ~~confi~~ testimonium reddentem, Christianum se cum ipso professum esse. „Una igitur, inquit, ambo ad supplicium ducti sunt, atque rogante Jacobum comite, inter eundum, ut sibi ignosceret, ille postquam paululum considerasset, pax tibi inquit, eumque osculatus est. Atque sic ambo simul capite truncati sunt." *

Scr. καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν.

* ~~Quaedam hic addenda vide pag. 134. num. 6.~~

+ Hypotyposeon septimum adlegat etiam

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 2.

Sed et Josephus in vigesimo libro Antiquitatum refert, et Clemens in septimo Ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Judaeam regebat, missum a Nerone esse successorem ejus Albinum, qui cum necdum ad provinciam pervenisset, „Ananus, inquit, pontifex adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione, ἀναρχίας Concilium congregavit, et compellens publice Jacobum, ut Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari jussit: qui cum praecipitatus de pinna templi, confractis cruribus, adhuc semivivus tollens ad caelum manus diceret, Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt, fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit."

+ Septimi Hypotyposeon breve hoc fragmentum profert

Oecumenius in Commentario ad Epistolae I. ad Timotheum Caput II. versiculum 6.

„Καιροῖς ἰδίοις;" Τουτέστιν, ὅτι ἐπιτηδείως εἶχον πρὸς τὴν πίστιν οἱ ἄνθρωποι.	„Temporibus suis:" Idest quando recte homines se habebant ad fidem.

Aliud hoc fragmentum libri ejusdem exhibet

Idem loco citato ad Caput III. versiculum 16.

„Ὤφθη Ἀγγέλοις." (Ὢ μυστήριον. Μεθ' ἡμῶν εἶδον οἱ Ἄγγελοι τὸν Χριστὸν, πρότερον οὐχ ὁρῶντες.) Οὐχ ὡς τοῖς ἀνθρώποις.	„Visus est ab Angelis:" (O mysterium! Nobiscum a Angeli Christum viderunt cum prius haud conspexissent.) Non sicut ab hominibus.

Hoc itidem ejusdem libri fragmentum servavit

Idem loco citato ad Caput V. versiculum 8.

„Καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων;" Τῶν ἰδίων, καὶ τῶν οἰκείων προνοεῖ, ὁ μὴ μόνον τῶν προσηκόντων προνοῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ, διὰ τοῦ ἐκκόπτειν τὰ πάθη.	„Et maxime domesticorum:" Suis, domesticisque providet, qui non modo eorum, quae eveniunt curam habet, sed et suimetipsius, proprios excidens affectus.

Deinceps e hoc e libro ~~locum~~ ipso locum affert

+ Idem loco citato ad versiculum 10.

„Εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε;„ Τουτέστιν, εἰ τὰς ἐσχάτας ὑπηρεσίας τοῖς ἁγίοις ἀνεπαισχύντως ἐξετέλεσεν.	„Si sanctorum pedes lavit„ Idest, si postrema ministeria sine verecundia sanctis exhibuit.

Hoc, multis ~~nonnullis~~ interjectis, sequitur aliud fragmentum quod producit +

Idem loco citato ad versiculum 21.

„Χωρὶς προκρίματος;„ Τουτέστιν ἄνευ τοῦ εἴς τι πταίσαντα, ὑποπεσεῖν τῇ κρίσει, καὶ τῇ τῆς παρακοῆς κολάσει.	„Sine praejudicio:„ Idest, cavens, ne ad aliquid offendens, judicio, et inobedientiae ultioni subjaceas.

Haec item e laudato libro refert

Idem loco citato ad Caput VI. versiculum 13.

„Τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου;„ Ἐμαρτύρησε γὰρ δι' ὧν ἔπραττην, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.	„Qui testatus est sub Pontio Pilato:„ Testatus est enim per ea, quę operatus est, se esse Christum filium Dei.

Hunc tandem ejusdem libri locum exscribit

Idem in Commentario ad Epistolam II. ad Timotheum Caput II. versiculum 2.

„Διὰ πολλῶν μαρτύρων„ Τουτέστι, νόμου, καὶ Προφητῶν. Τούτους γὰρ Ἀπόστολος ἐποιεῖτο μάρτυρας τοῦ ἰδίου κηρύγματος.	„Per multos testes:„ Idest, legem, et Prophetas. Hos enim testes praedicationis suae proferebat Apostolus.

Ad Hypotyposes fortasse respexit Theodoretus dum ait Clementem Stromateum contra Severianos scripsisse. (Theodoretus Haeretic. Fab. Compend. Lib. 1. Cap. 21.) Locum ejus proferam de Musano ~~fragmens~~ ~~Ad opus ipsum respexisse etiam puto auctorem Chronici Paschalis, dum Clementem Chronographum adlegans; diversum, ut censeo, a Clemente illo Chronographo, de quo Suidas; (Suidas, Lex. art Κλήμης) ait Paulum Antiochiam ingressum scandalum sustulisse, quod Petrus adtulerat, omnesque fuisse complexum. Chronici verba cum de Tatiano loquutus fuerim adducam.~~ Hypotyposes pariter innuit, ~~ut putat Tillemont, (Tillemont, Mem pour serv à l' Hist. Ecl. S. Clement Prestre d' Alexand. et Docteur de l' Eglise art. 4.)~~

~~M. Aurelius Cassiodorus in Praefatione ad librum de Institutione divinarum Litterarum.~~

~~Ferunt itaque Scripturas Divinas~~ veteris, noviq. Testamenti, ab ipso principio usque ad finem, Graeco sermone declarasse Clementem Stromateum ~~Alexandrinum~~ cognomento ~~Stromateum~~.

Hypotyposes similiter innuit, ni fallor

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio

Ὡς φησι δὲ Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ (Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς) Οὐαλεντῖνος, καὶ Κέρδων, καὶ Μαρκίων ἐν Ῥώμῃ αἱρεσιάρχαι ἐγνωρίζοντο· καὶ Τατιανὸς, καὶ Βαρδισάνης, καὶ Πρίσκιλλα, καὶ Μαξιμίλλα αἱ ψευδοπροφήτιδες τῶν κατὰ Φρύγας ἐγνωρίζοντο.	Ut autem scribit Clemens, sub illo (Antonino Pio) Valentinus, et Cerdo, et Marcion Romę innotescebant; + florebantque item Tatianus, et Bardesanes, Priscilla, et Maximilla, falsę Cataphrygarum Prophetissę.

+ haeresiarchae

Porro Cerdonis, Bardesanis, Priscillae, ac Maximillae, in Clementis ad ~~oper~~ scriptis, quae extant, mentio nusquam occurrit. Hypotyposes respicit etiam, ut putat Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' His. Ecl. S. Clem. Prestre d' Alexand. et Docteur de l' Eglise art. 4.)

M. Aurelius Cassiodorus in Praefatione ad librum de Institutione Divinarum Litterarum.

Ferunt itaque Scripturas Divinas veteris, novique Testamenti, ab ipso principio, usque ad finem, Graeco sermone declarasse Clementem Alexandrinum, cognomento Stromateum.

Extant sub Clementis nomine Adumbrationes in ~~Ep Petri~~ Epistolam Petri primam, Joannis primam et secundam, atque in Epistolam Judę. Has partem esse hypotyposeon autumat Fell, (Fell, ad S. Cle. (Clem. 1006.) cum quo sentiunt + Tillemont, (Le même, l. c.) Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §.) aliique, licet dissentiat le Nourry. (Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. Max. Patr. Tab. not.) = Par est credere, inquit Fell, Cassiodorum, qui στρωματέα „contextorem„ vertit, ὑποτυπώσεις „adumbrationes„ reddidisse: = Ita enim ait

+ Calmet (Calmet, Hist. Univers. Liv. 56. § n. 111.)

Idem De Institutione Divinarum Litterarum Capite 8.

In Epistolis autem Canonicis Clemens Alexandrinus Presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola Sancti Petri prima, Sancti Joannis prima, et secunda, et Jacobi quaedam Attico sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est; quę nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclu=

sis quibusdam offendiculis, purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri.

Sane Hypotyposeon libros quamplurimis erroribus, blasphemiisque scatuisse inquit Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 109.) qui nonnulla in libris ipsis haeretice dicta recenset. Ab istis, aliisque permotus Baronius, Clementis Alexandrini nomen e Romano Martyrologio expunxit. Quae res cum querimonias, murmuresque excitavisset, eo quod jamdudum Usuardus in Martyrologio suo Clementis nomen exscripsisset, demum Clementis caussam pertractandam suscepit Theologorum, ac Pontificum Maximus, Benedictus XIV. in litteris Apostolicis ad Joannem V. Portugalliae Regem missis, de nova Martyrologii Romani editione; atque ostendens ab Usuardi sententia fas esse aliquando discedere, Clementis nomen in Romano Martyrologio non iterum reponendum esse probavit, tum e veterum auctorum de Clementis ipsius sanctitate silentio; tum ex eo, quod nullum cultus Clementi exhibiti ab Ecclesia aliqua, vel Dioecesi, vestigium supersit; tum praecipue ex erroribus, in quibus ferunt Clemens lapsus fuisse perhibetur. ~~Quidem Clementis opera damnat equidem~~

Gelasius I. Papa in Decreto de Apocryphis Scripturis

Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha.

Qui locus Clementis famae nonnullis videtur officere, siquidem in Decreto Gelasii ut apocrypha damnantur, non illa tantum opera, quae falso aliquibus tributa sunt, sed illa etiam, quae ab auctoribus, sub quorum nomine feruntur, reapse conscripta; recte fidei oppositis erroribus scatent. Ita sane + Gelasii decretum interpretantur Bellarminus, (Bellarminus, De Scriptor. Ecclesiast.* De Clem. Alexandr. p. 58. fin.) Doujat, (Doujat, de Praenotion. Canonic. Lib. 2. Cap. 48. num. 1. Bened. 14. p. 64. col. 2. init.) et Magri, + (Magri, Notit. de' vocaboli Ecclesiast. art. Apocryphus) et Combefis, (Combefis, in Prolegom. ad Biblioth. Patr. Concionator. t. 1. p. IX.) + Minus recte de Verbo Dei sensisse Clementem inquit Petau: (Petau, Theolog. Dogm. Lut. Tom. 2. Lib. 1. Cap. 4. §. 1.) = Naturam ait Filii omnipotentis Deo citimam esse; quod Platonici et Ariani dogmatis indolem sapit... Videtur Filium Dei diversae a Patre esse naturae putasse Clemens, sed excellentis, et à supremo Deo, ac Patre proximae, qui illi subjecta esse voluerit universa = Jam ante scriptorem istum = non desunt, adfirmaverat Bellarminus, in hoc insigni auctore (Clemente) sententiae aliquae, quae errorem sapiunt, quas

+ Apocryphi verbum

* Sec. III.

+ et Tillemont. (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. S. Clem. Prestre d'Alex. et Doct. de l'Eglise art. 5. p. 197.)

in libris nostris Controversiarum notavimus. = Post Bellarminum Aubertus Miraeus = in libris ejus (Clementis) inquit, nonnullae sententiae occurrunt, quae errorem sapiunt. = (Bened. 14. 64. col. 1.) Doctissimo P. Petau, cujus verba ~~modo~~ nuper adduxi adstipulatur Huet, (Huet, Origenian. Lib. II. Cap. 2. Quaest. 2. §. 10.) ita scribens: = Indigna vero, et intoleranda profuderunt Tertullianus, et Lactantius; Clemens quoque, Dionysius, et Pierius, Alexandrini; aliique complures. Itaque cum Origenem hoc argumento tuetur Bellarminus, quod sana et orthodoxa fuerit praeceptoris ipsius Clementis, discipulorum Dionysii Alexandrini, et Gregorii Thaumaturgi de mysterio sanctae Trinitatis opinio; credibile quippe esse, quam à Clemente doctrinam acceperat, eamdem à se excultam discipulis suis tradidisse; nihil profecto Origenianae caussae contrarium magis dicere potuit. Nullius enim ex his tribus satis puri fuerunt et integri de Trinitate sensus: nam et Filii substantiam à paterna ita secernit Clemens, ut inferiorem eam statuat. = + Atque haec quidem Clementi infensa doctorum virorum testimonia. ~~Fatendum~~ Gulibet tamen fatendum est, maximam ~~illorum~~ partem, qui de Clementis caussa verba facienda susceperunt, Patrem illum vel defendendum, vel excusandum existimasse. ~~Ac pr~~ Et ex horum quidem numero, Halloix, (Halloix, de illustr. Oriental. Eccles. Scriptor. in Not. ad Vit. S. Pantaeni Cap. 2. Bened. 14. 64. col. 2.) et Baillet (Clem. 1. XI.) vehementer mirantur, quod e Martyrologio Romano Clementis nomen Baronius expulerit; ~~quod~~ Id tamen non immerito factum satis ostendit summus Pontifex Benedictus XIV. in Litteris Apostolicis supra laudatis. Clementis opera ab erroribus quorum insimulantur defendere student Annat, (Annat, Methodic. ad Apparat. Theol. positiv. Tom. I. Lib. 4. art. 6. Bened. 63. col. 1.) ac le Nourry, (Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. Max. Patr. l. c.) + Idem praestare nititur Ceillier contra Barbeyrac disputans, (Ceillier, Apolog. de la Morale des Pèr. de l'Eglise ~~Sanct. Ecclesiae Patr.~~ Chap. 2. l. c.) atque alibi (Le même, Hist. Gener. des aut. sac. ~~Idem, De Scriptor. Eccles.~~ Tom. 2. Chap. 26. n. ~~Cap. 26. num.~~ 14. l. c.) errores, quorum Clemens adcusatur, ab aliena manu in ejus operibus putat insertos. Ex Heterodoxis, vir sane disertus, Georgius Bullus (Bullus, Defens. Fidei Nicaen. Sect. 2. Cap. 6.) plura refert Clementis loca; in quibus Dei Filius, Deus et ipse, ac Patri consubstantialis, manifestissime, quantum ab homine revera orthodoxo fieri potest, adseritur, atque ex his probatum ait, = neminem Catholicorum Doctorum, qui Concilium Nicaenum antecesserunt, adeoque nec quemquam eorum, qui ipsum subsecuti sunt, Filii veram Divinitatem clarius, disertius, significantius docuisse, quàm Clemens ille noster docuit. = Miratur Huet,

+ Ex Haereticis Barbeyrac, Le Clerc, aliique (Bergier) plures Clementi errores adfingunt.

+ ac Bergier. (Bergier, Dict. de Theolog. et d'Hist. Eccl. art. Clement d'Alexandrie.)

ac Petau, Clementis de Verbi Natura minus rectam putasse sententiam, atque objec opposita a Petau loca sic explicat, ut objectiones ejus prorsus evertisse videatur. Post Bullum # doctissimus P.D. Bernardus Maréchal, Benedictinus Monachus, in egregio opere de Concordantia Patrum Graecorum, Latinorumque, (Maréchal, Concordance des Saints Pèr. de l'Eglise, Grecs, et Latins Doctrine de Saint Clem. Prêtre et Catechiste d'Alex. Chap. 4.) denuo Clementis defensionem instituit, ejus loca pro Filii divinitate, atque ὁμοουσίῳ luce clariora produxit, objectaque declaravit, atque: = Pour ce qui est de la personne du Verbe, Saint Clement est des tous les Peres d'avant le Concile de Nicée, celui qui a le mieux établi sa divinité et sa consubstantialité. = Et haec quidem pro Clementis scriptis, quae extant. Sed perditas Hypotyposes potissimum innuere videtur Gelasii Decretum. Ejus locum Joannes Baptista Poza in Apologia ad Urbanum VIII. Pontificem pro Elucidario suo, (Bened. 63. col. 2.) ita interpretatur, ut publicam Clementis operum lectionem prohibitam censeat, non vero privatam: quam sententiam commemorat et Galesini, (Galesini, ad Martyrolog. Roman. Prid. Nonas Decembr.) hunc in modum scribens: = Sunt tamen ejus (Clementis) opera ex Gelasii sanctione in apocryphis; ita scilicet, quemadmodum Covaruvias interpretatur, ut caute privatim legantur, publice autem in ecclesia nullo sane modo. = Duos fuisse Clementes Alexandrinos, atque Gelasii Decretum, in quo Clementis alterius Alexandrini damnantur opuscula, Clementem quemdam innuere, diversum ab illo, cujus scripta servantur, Bollandiani Patres autumant. Sed ut verum fatear, vocem = alterius = in Gelasii decreto ideo usurpatam puto, ut Clemens Alexandrinus distingueretur a Romano hujus nominis Pontifice, cum mentio paulo supra occurrit in eodem decreto. Du Pin, (Du Pin, Biblioth. des auteurs Ecclesiast. Bened. 63. col. 1.) Clementem in errores lapsū putat cum nondum dogmata Christianae satis calleret Ecclesiae. Orsi, (Orsi, Della Istor. Eccles. Lib. 5. num. 34.) ## Hypotyposeon opus a Photio lectum, alterum suspicatur ab illo, quod Clemens revera conscripsit. Combefis (Combefis, ad Auctar. noviss. Biblioth. Patr.) ~~errasse~~ negligenter egisse putat Photium, atque errores a Clemente aliena sententia relatos, pro perperam Clementi ipsi adscripsisse.+ Verum, inquit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. not. sur Saint Clem. d'Alex. Note 9. que les livres des Hypotyposes ont esté corrompus par les heretiques.) = l'inadvertance, le defaut d'esprit et de discernement n'est pas ce qu'on a accoutumé de reprocher à Photius: Il a eu de plus

cum quo sentit et Bossuet, (Bossuet, Sixieme Avertiss. aux Protest. sur le Lettr. du Minist. Jurieu Part. 1. art. 1. n. 79.)

cui adstipulatur Eudoxius Philenius, (Eudoxius Philenius, ad Tricalet. Biblioth. manual. Eccles. Patr. Cap. 4. art. 1. p. 64. # 1.)

+ Cum Combefis sensit et Grabe, teste Fabricio. (Fabricius. Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 38. § 9.)

grands vices. = Tutior videtur eorum sententia, qui Clementis scripta, atque Hypotyposes praecipue, ab Haereticis corrupta contendunt. Ita sane jam pridem sensit

Rufinus de adulteratione librorum Origenis

Clemens quoque alius, Alexandrinus Presbyter, et magister illius Ecclesiae, in omnibus pene libris suis Trinitatis gloriam, atque aeternitatem unam eamdemque designat, et interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Numquid credibile est de tanto viro, tam in omnibus Catholico, tam erudito, ut vel sibi contraria senserit, vel ea, quae de Deo, non dicam credere, sed audire quoque impium est, scripta reliquerit?

Quem locum commemorat

S. Hieronymus Apologiae adversus Rufinum Libro II.

Clementem quoque Alexandrinae Ecclesiae presbyterum, virum catholicum, scribit (Rufinus) in libris suis interdum Dei Filium dicere creaturam.

Et paulo post ait

Idem loco citato.

Taces, et pro his alia loqueris: Clemens hoc ait: Dionysius in isto errore deprehenditur.

Rufini sententiam; licet ab Hieronymo, ut videtur, et post Hieronymum a Gregorio Cortes Cardinali improbatam; (Cortes, de Romano Itinere, gestisque Princ. Apostol. Lib. 1. p. 57.) tuetur Baronius, (Baronius, Annal. an. Christi 196. § 26.) ita scribens: = Caeterum quod mos est haereticorum, testimonia aucupari magnorum virorum, cum aliter non liceat eorum scripta depravare atque corrumpere, accidit plane ut ab Arianis aliqua in ejus ~~comm~~ (Clementis) commentariis fuerint immutata; quod Ruffinus testatur his verbis. = Adlato Rufini loco subjungit: = Haec Ruffinus cui et ego non invitus adstipulor. Si enim primores Ariani illi, qui erant doctrina perspicacissimi, aliquid in Clemente invenire potuissent, quod suo ipsorum dogmati favisset, utique (quod ait divina Scriptura) sicut exultant victores capta praeda, magno praeconio extulissent ac plane prae foribus ostentationis gratia affixissent. Numquam enim ex Clementis Alexandrini scriptis ab Arianis factitatum esse negotium Orthodoxis, ex eo possumus intelligere, quod Catholicae Ecclesiae scriptores, qui in refellendis eorum objectionibus laborarunt, de Clemente quod illorum favisset dogmati nusquam visi sunt meminisse. = Cum Baronio sentiunt Natalis Alexander, Baillet, (Clem. IX.) Tillemont, (Til=

lemont, Mem. pour serv. à l' Histoire Eccl. Not. sur Saint Clem.
d' Alex. Note 10. Que les livres des Hypotypos. ont esté corrompus
par les heretiques.) Possevinus, (Possevinus, Apparat. Sacr. Sermo 763.)
et Germon, (Germon, de veter. Haeret. Ecclesiast. Cod. Corruptor. Lib. 2.
Par. 1. Cap. 6.) qui plura hāc in rē disserit, ita concludens: « ne=
minem esse puto, qui non fateatur, Clementis Alexandrini Hypo=
typoses, vel perfidè à Photio descriptas fuisse, vel quod similius ve=
ro est, fuisse olim ab Haereticis adulteratas. » Clementis scri=
pta ab Haereticis fuisse vitiata, pie credi inquit Bellarminus. (Bel=
larminus, de Scriptor. Eccl. Sec. 3. de Clem. Alex.) Sane Photius (Pho=
tius, Biblioth. Cod. 109.) de Hypotyposibus agens + βλασφημεῖ, ait,
καὶ φλυαρεῖ, εἴτε αὐτὸς (ὁ Κλήμης) εἴτέ τις ἕτερος τὸ
αὐτοῦ πρόσωπον ὑποκριθεὶς = Alia quoque innumera blasphe=
mat, et nugatur, sive ipse (Clemens) sive aliquis alius, ejus per=
sonam ementitus. = Paedagogi libros nihil Hypotyposibus simile
habere, Photius ipse testatur, (Idem, l. c. Cod. 110.) atque de octa=
vum Stromatum librum ‡ οὐ μέντοιγε, inquit, ὥσπερ αἱ Ὑποτυπώ=
σεις, ἀλλὰ καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἐκεῖ διαμάχεται = non ta=
men sicut Hypotyposes, sed et multa quae ibi reperiuntur op=
pugnat. = Sandium reprehendit Bullus (Bullus, Defens. fid. Ni=
caen. Sect. 2. Cap. 6. §. 9.) eo quod Hypotyposeon opus Clementi ex=
probrasset. (Sandius, de Script. Eccles. et Nucl. Hist. Eccles. Lib. 1.)
= Haec, inquit, nauci sunt, neque hominem decent, qui ipsum
nobis veteris Historiae Ecclesiasticae nucleum pollicitus est. Quippe
agnoscunt hodie eruditi, (inter quos et ipse Petavius,) blasphema
ista Clementis minimè germana fuisse; sed ipsi ab impostore aliquo
afficta. = Petau, (Petau, Theolog. Dogm. Tom. 2. Lib. 1. Cap. 4. §. 1.)
quem Bullus citat, haec verba sunt: = Ejusdem Clementis opus
aliud extabat olim, quod hoc tempore intercidit, Hypotyposeon, in
quibus Arianae perfidiae semina erant plurima, ut à Photio
proditum est cod. CIX. sed quae Clementis ipsius germana mi=
nimè videntur. = Ut meam tandem sententiam dicam, difficile cre=
ditu mihi videtur, Hypotyposeon opus, quale Photii tempore ex=
tabat, idest innumeris, ut Photius ait, erroribus scatens, a viro
illo fuisse exaratum, quem antiquitas tota concelebrat, quem bea=
tum dicit Alexander Hierosolymorum Episcopus apud Eusebium;
quem sacrum vocant Alexander ipse, et Theodoretus; sanctissimū
Damascenus, Maximus; (2. 144.) (Clem. Testim.) ‡ quem denique Apostolos in omnibus se=
quutum esse Cyrillus adfirmat. Praferam hic tantum duo ve=
terum testimonia, pro Clementis de natura verbi doctrina, quae
sane magni ponderis censeo. Horum alterum nobis suppeditat

+ καὶ ἄλλα δὲ μυρία

‡ non sana alicubi tradere scribit,

‡ quem, Anastasius Sinaita, sacrum, Apostolicumque magistrum, et Patrem Patrum adpellat;

Socrates Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 35.

Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέ=
τιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων
ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρ=
θώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροι=
κός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς
ἀρχαίους τοὺς τὰ Χριστιανικὰ
λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι,
πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ
Κλήμεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ
Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας
ἐπιστήμονας.

Adeo autem mediocri autem doctri=
na gaudebat Aetius, sacrarum=
que litterarum imperitus erat, et ac
scientiam duntaxat contendendi ‡
callens, quam et rusticus quivis ad=
sequeretur; ut ne in studio quidem
veterum, qui Christianae religionis
libros interpretati sunt, se ipsum
exercuisset, atque Clementi, Africa=
no, et Origeni, viris in omni doctri=
nae genere versatis instructis, valedixisset.

‡ scientia duntaxat instructus,

Mirum sane esset Aetium, consubstantialitatis Filii hostem acerri=
mum, scripta neglexisse Clementis, si reperire in iis potuisset, unde
suum dogma firmaret. Aliud testimonium est Scriptoris sane vetusti,
atque Clementi ipsi aetate supparis, + qui Clementem inter Divini=
tatis Christi adsertores commemorat. Ita igitur loquitur

+ licet non certi plane nominis,

Auctor incertus operis contra haeresim Artemonis apud Euse=
bium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 28.

Καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ
γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βί=
κτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς
τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας,
καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔ=
γραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου, καὶ
Μιλτιάδου, καὶ Τατιανοῦ, καὶ
Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων,
ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χρι=
στός.

Fratrum quoque nonnullo=
rum scripta extant, Victoris tem=
poribus aetate vetustiora, quae illi pro
veritate contra Gentes scripse=
runt, et contra illius aetatis temporis he=
reses; Justini scilicet, ac et Miltiadis,
Tatiani, et Clementis, aliorumq.
complurium, in quibus omnibus
Divinitas christi adfirmatur.

Socrates (Socrates, Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 7.) in loco, quem de Se=
rapione agens adlaturus sum, Clementem iis quoque con=
numerat, qui Christum anima preditum adseruerunt. Et haec
obiter, ut tuerer Clementis doctrinam, non ut ostenderem, locum
illi in Romano Martyrologio deberi. Tum aliae enim rationes,
tum veneranda Catholicis omnibus Romanae aulae sententia,
omnem hac de re contentionem removere sufficiunt. Preter
Hypotyposes plura clementis opera interciderunt, in quibus est scri=
ptum de Pascha, quod laudat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Τούτου δὲ τοῦ λόγου (τοῦ Μελίτωνος) μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ἑαυτὸν συντάξαι.

Hujus autem libri (Melitonis) meminit Clemens Alexandrinus in proprio scripto de Pascha, quem Melitonis libri caussa composuisse se ait. +

+ Nec Melitonis tantum, sed etiam Irenaei in scripto de Pascha meminisse Clementem, auctor est

Idem loco citato Libro VI. Capite 13.

Καὶ ἐν τῷ λόγῳ δὲ αὐτοῦ τῷ περὶ τοῦ Πάσχα, ἐκβιασθῆναι ὁμολογεῖ πρὸς τῶν ἑταίρων, ἃς ἔτυχε παρὰ τῶν ἀρχαίων πρεσβυτέρων ἀκηκοὼς παραδόσεις, γραφῇ τοῖς μετὰ ταῦτα παραδοῦναι. Μέμνηται δὲ ἐν αὐτῷ Μελίτωνος, καὶ Εἰρηναίου καί τινων ἑτέρων, ὧν καὶ τὰς διηγήσεις τέθειτο. ...

Et in libro autem de Pascha, coactum se asserit ab amicis, ut traditiones quas ab antiquis presbyteris audierat, scriptis ad posteros transmitteret. Meminit in eodem libro Melitonis, atque Irenaei, et quorundam aliorum, quorum etiam enarrationes adducit.

Hujus, ut videtur, Clementis libri fragmenta, quae tamen valde dubia non censet Tillemont, (Tillemont, Lettre au R. P. Lami sur son traité de l'ancienne Pasque des Juifs Part. 2. §. 72.) profert

Chronicon Paschale in Praefatione

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότατος, καὶ οὐ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων, ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ τὰ παραπλήσια διδάσκει, γράφων οὕτως „ Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσι ἔθεσι, τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάσχα· ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν, αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγ'. ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις + μέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν; Ταύτῃ οὖν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. Ὅθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως ὡς ἂν προετοιμαζομένους ἤδη ἀπονίψασθαι τοὺς πόδας πρὸς τοῦ Κυρίου τοὺς μαθητὰς ἀναγράφει. Πέπονθε δὲ τῇ ἐπιούσῃ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα, καλλιερηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων." Καὶ μεθ' ἕτερα „ Ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδ'. ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσάγοντες, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ Πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ Πάσχα φάγωσι. Ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ αἱ Γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι, καὶ τὰ Εὐαγγέλια συνῳδά. Ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Ἀνάστασις. Τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ ἥτις ἦν πρώτη τῶν ἑβδομάδων τοῦ θερισμοῦ, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νομοθετεῖτο προσενεγκεῖν τὸν ἱερέα„

+ ἑτοιμάσωμέν

Sed et Clemens sanctissimus Alexandrinorum Ecclesiae Sacerdos, vir antiquissimus, qui non procul ab Apostolicis temporibus vixit, in libro de Pascha consentanea docet, ita scribens: „ Praeteritis ergo temporibus, Pascha a Judeis immolatum festum agens comedit Dominus. Postquam autem praedicasset, ipse qui Pascha erat Agnus Dei, sicut ovis ad caedem adductus, discipulos statim figurae mysterium edocuit die decima tertia, qua ipsum etiam percontati sunt: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Hac igitur die et sanctificatio azymorum facta est, et festi praeparatio. Unde Joannes illa die, recte utpote praeparatorum jam discipulorum, lotos scribit a Domino pedes Insequenti autem die passus est Salvator noster, qui ipse Pascha erat, a Judeis immolatus." Et post alia: „ Post haec die quartadecima, qua et passus est, adducentes eum mane ad Pilatum Pontifices, et Scribae non ingressi sunt Praetorium, ne contaminerentur, sed ut vespere Pascha libere manducarent. Huic adcuratae dierum computationi, et Scripturae consonant omnes, et Evangelia consentiunt. Id resurrectio quoque testatur: tertia quippe die surrexit Dominus, que in prima est messis hebdomade, qua et manipulum lex a sacerdote offerri praeceperat." +

+ Alterum e Clementis scripto de Pascha locum haberemus, si editum extaret Nicephori Constantinopolitani Archiepiscopi Antirrheticus tertius contra Iconomachos, in cujus Capite 26. illud Clementis opus memoratur. (Fab. 6. 641)

Deperditi Clementis operis de providentia fragmentum hoc exhibet

S. Maximus in Capitibus de Substantia, et Natura, deque Hypostasi, et Persona.

Τοῦ ἁγιωτάτου Κλήμεντος Πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ περὶ Προνοίας.

Οὐσία ἐστὶν ἐπὶ Θεοῦ, Θεὸς οὐσία θεία ἐστὶν, ἀΐδιόν τι, καὶ ἄναρχον, ἀσώματόν τι, καὶ ἀπερίγραφον, καὶ τῶν ὄντων αἴτιον. Οὐσία ἐστὶ τὸ δι' ὅλου ὑφεστός. Φύσις ἐστὶν ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἢ τούτων τὸ ἐνούσιον· κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους ἡ τῶν εἰς τὸ εἶναι παραγομένων γένεσις· καθ' ἑτέρους δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια ἐμποιοῦσα τοῖς γινομένοις τὸ εἶναι, καὶ τὸ πῶς εἶναι.

Sanctissimi Clementis Presbyteri Alexandriae, ex libro de Providentia.

Substantia est in Deo: Deus Divina substantia est, sempiternum aliquid, et initio carens, incorporeum, incircumscriptum, ac rerum caussa. Substantia est quod per omnia subsistit. Natura rerum veritas est, earumque substantia: juxta alios vero eorum, quae ibi existentia tribuitur generatio; atque ut alii rursus autumant, Dei providentia rebus, que fiunt, existere, et tali modo existere impertiens.

Huic loco in Codice cartaceo Parisiensis + haec subjiciuntur: (Fab. Spicil.)

+ [Ex Cod. Reg. Parisien. num. 2431]

Φύσις λέγεται παρὰ τὸ πεφυκέναι. Πρώτη οὐσία ἐστὶ πᾶν καθ' ἑαυτοῦ ὑφεστὸν, οἷον λίθος οὐσία λέγεται. Δευτέρα δὲ οὐσία αὐξητικὴ, καθὸ αὔξει καὶ φθίνει, τὸ φυτόν. Τρίτη δὲ οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, τὸ ζῶον, ὁ ἵππος. Δευτέρα οὐσία ἔμψυχος, αἰ=

Fab. in fine Τετάρτη.

Natura ex eo dicitur, quod natum est. Prima substantia est id omne, quod per se subsistit, ut lapis substantia vocatur. Secunda substantia ea est, que incrementum admittit, crescit quippe, et ac marcet, ut planta. Tertia substantia, anima, ac sensu predita est, ut animal, equus. Quarta substantia,

σθητικὴ, λογικὴ, ἄνθρωπος, δι' ὃ καὶ ἕκαστος γέγονεν, ὡς ὢν ἐκ πάντων, τὴν ψυχὴν ἔχων ἄϋλον, καὶ τὸν νοῦν Θεοῦ εἰκόνα.

anima, sensu, et ratione gaudet, ut homo, quo pacto unusquisque hominum factus est, utpote qui ex his omnibus constat, animam habens immaterialem, atque intellectum imaginem Dei.

In eodem Codice hoc legitur

+[Ex Cod. Reg. Parisien. 2431.]

Fragmentum Clementis Alexandrini ex libro operis de Providentia.

Τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ μακαριωτάτου Κλήμεντος Πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τοῦ Στρωματέως, ἐκ τοῦ περὶ Προνοίας λόγου.

Sanctissimi, et beatissimi Clementis Presbyteri Alexandriae, Stromatei, ex libro de Providentia

Τί Θεὸς; Θεός ἐστιν, ὡς καὶ ὁ Κύριος λέγει, πνεῦμα. Πνεῦμα δέ ἐστι κυρίως οὐσία ἀσώματος, καὶ ἀπερίγραπτος· ἀσώματον δέ ἐστιν ὃ μὴ συμπληροῦται σώματι, ἢ οὗ τὸ εἶναι οὐκ ἔστι κατὰ τὸ πλάτος, μῆκος, καὶ βάθος· ἀπερίγραπτον δέ ἐστιν οὗ τόπος. Οὐδεὶς τόπος τὸ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ αὐτό.

Quid est Deus? Deus, quemadmodum et Dominus ait, Spiritus est. Spiritus autem est proprie substantia incorporea, atque incircumscripta. Incorporeum vero id est, quod non constat corpore, sive quod non existit juxta latitudinem, longitudinem ac profunditatem. Incircumscriptum autem est id, cujus nullus quod non est locus, eo Nullus siquidem locus, per omnia it est in omnibus, ac totum in quolibet, et idem in se ipso.

Haec post Le Nourry (Le Nourry, Apparat. ad Biblioth. Max. Patr) edidit Fabricius in Spicilegio Patrum ~~sec~~ tertii saeculi. Aliud operis Libri de Providentia fragmentum exhibet

S. Maximus ex Quaestionibus a Theodoro Monacho illi propositis.

Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως, ἐκ τοῦ περὶ Προνοίας λόγου.

Clementis Stromatei, ex libro de Providentia.

Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ δύναμις, τοῦ κατὰ φύσιν ὄντος ὀρεκτική. Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ ὄρεξις τῇ τοῦ λογικοῦ φύσει κατάλληλος. Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ, αὐτοκράτορος νοῦ αὐτεξούσιος κίνησις, ἢ νοῦς περί τι αὐθαιρέτως κινούμενος. Αὐτεξουσιότης ἐστὶ νοῦς κατὰ φύσιν κινούμενος, ἢ νοερὰ τῆς ψυχῆς κίνησις αὐτοκρατής.

Voluntas est naturalis facultas, quae ex natura sunt adpetere valens. Voluntas est naturalis adpetitus rationalis entis naturae conveniens. Voluntas est arbitrae mentis naturalis motus, ac liber, sive mens, que circa aliquid ultro movetur. Liberum arbitrium est mens juxta naturam mota, sive intellectualis, et sui compos animi motus.

Harum definitionum primas refert etiam sub Clementis nomine

S. Joannes Damascenus De duabus in Christo voluntatibus Capite 28.

Θέλησις τοίνυν ἐστὶ, κατὰ τὸν μακάριον Κλήμεντα, δύναμις τοῦ κυρίως ὄντος ὀρεκτική· καὶ πάλιν· ὄρεξις τῇ τοῦ λογικοῦ φύσει κατάλληλος· καὶ πάλιν· αὐτοκράτορος νοῦ κίνησις αὐτεξούσιος.

Voluntas igitur, juxta beatum Clementem, est facultas id, quod proprie est adpetere valens; et rursus: adpetitio rationalis entis naturę consentanea; itemque: arbitrae mentis libera motio.

Fragmentum aliud laudati operis de Providentia, ut in Spicilegio suo Fabricius autumat, servavit

S. Anastasius Sinaita Quaestione 96.

v. Grabe 1300. not

Ὁ δὲ ἱερὸς, καὶ ἀποστολικὸς διδάσκαλος Κλήμης ἐν τῷ περὶ Προνοίας, καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ πρώτῳ λόγῳ τοιοῦτόν τι λέγει· „ὥσπερ δυνατὸν καὶ νῦν ἄνθρωπον πλάττειν ἀνθρώπους, κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Ἀδὰμ διάπλασιν, οὐκ ἔτι αὐτὸ ποιεῖ διὰ τὸ ἅπαξ χαρίσασθαι τῷ ἀνθρώπῳ ἀνθρώπους γεννᾷν, εἰπὼν πρὸς τὴν φύσιν ἡμῶν, τὸ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, οὕτω φησὶ τῇ παντεξουσίῳ, καὶ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ τὴν τῶν σωμάτων διάλυσιν, καὶ τελευτὴν, φυσικῇ τινι ἀκολουθίᾳ, καὶ τάξει, τῇ τῶν στοιχείων μεταβολῇ ᾠκονόμησε γίνεσθαι, κατὰ τὴν οὐσιώδη αὐτοῦ θεογνωσίαν, καὶ κατάληψιν.„ Ἤκουσαι φωνῆς ἱερᾶς Πατρὸς Πατέρων διδασκούσης, ὅτι περ τῇ παναγαθῷ, καὶ τῇ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει ὁ Θεὸς οὐσιωδῶς ἐντέθηκε τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καὶ τὴν διὰ σαρκὸς γέννησιν τῶν ἐκ στοιχείων δυνάμει Θεοῦ συνισταμένην· ὁμοίως καὶ τὴν διάλυσιν καὶ ἀποβίωσιν.

Sacer autem, et Apostolicus Doctor Clemens in primo de providentia, et justo judicio Dei libro, hec ait: „Quemadmodum possibile est, ab homine et nunc homines efformari, ea ratione, qua primus Adam formatus est; non id tamen fit, eo quod homini vim generandi semel largitus sit Deus, naturam nostram illis verbis adfatus: Crescite, et multiplicamini, et replete terram: ita, inquit, omnipotenti, ac provida virtute sua, dissolutionem corporum, et corruptionem, naturali quadam consequutione, ac serie, elementorum mutationi commisit, juxta ex essentialiter insitam essentiae suae cognitionem, et comprehensionem.„ Audi qu sacram Patris Patrum vocem, quae docet optima, ac provida virtute sua, Deum naturae nostrae essentialiter indidisse tum carnis generationem ex elementis Divina virtute coalitam, tum dissolutionem, et obitum. +

+ Fragmentum tamen, quod hic profert Anastasius ad Clementem Romanum Pontificem pertinere censent Cotelier, (Tom 2. 165) Fabricius ipse in Bibliotheca Graeca, (Fabricius, Biblioth Graec. Lib. 5. Cap. 1. § 12. p. 3??) et Grabe, (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post. Christ.

nat. I. II. et III. Sec. I. de S. Clem. Rom. Scrip. genuina et supposit.) qui locum ab Anastasio adductum e primo Clementinorum sermonum deperditorum petitum existimat.

Clementis cujusdam definitiones, nescio an Alexandrini intelligens, vel Romani Pontificis, laudat

Idem in Hodegoi Capite I. (Grabe)

Διὰ τοῦτο καὶ Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ, καὶ γνώσει, πεποίηκεν ἰδιαζόντως ὅρους ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, ὡς φοιτητὴς, καὶ θρέμμα γνήσιον ὑπάρχων τῶν ἁγίων Πέτρου, καὶ Παύλου μάλιστα τοῦ πανσόφου, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ ἀποβαλλομένου, καὶ λίαν μυσαττομένου, καὶ καθυβρίζοντος τὴν Ἑλληνικὴν σοφίαν.	Propterea et Clemens valde in sapientia, ac doctrina versatus, proprias composuit Ecclesiasticorum dogmatum definitiones, utpote genuinus discipulus, et alumnus Sanctorum Petri, ac maxime sapientissimi Pauli, quem Graecam sapientiam rejicientem audivit, et detestantem, atque aspernantem.

Ubi si clementem Alexandrinum innuere voluit Anastasius, erravit Petri, ac Pauli discipulum eum vocans. Sequuntur in ejus Hodego Ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν, καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες ἀπό τε Κλήμεντος, καὶ ὁσίων Πατέρων = Definitiones variae juxta traditionem, et Fidem Sanctae ~~et~~ Catholicae Ecclesiae, ~~et~~ ex Clemente, Sanctisque Patribus collectae. = Definitiones istis similes (Grabe) ~~istae~~ sub falso Athanasii nomine ~~auctiores~~ (Le Quien 1. 662.) editae sunt hoc titulo: Ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν, καὶ πίστιν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπό τε Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων ὁσίων ἀνδρῶν, καὶ μακαρίων πατέρων. = Definitiones variae juxta traditionem, ac Fidem Ecclesiae Catholicae, tum ex ~~a~~ Clemente, tum ~~ex~~ ab aliis Sanctis viris, beatisque Patribus collectae. = Verum, inquit Grabe, (Idem, l. c. ~~Grabe~~, ~~Spicil. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. I.~~ S. Clem. Rom. ~~Scripta~~ genuina, ~~et suppositit.~~ p. 302.) = neque iste Pseudo-Athanasius, neque Anastasius, distincte, quaenam Clementis, quaeque aliorum Patrum sint definitiones, id indicavit, ideoque illas inde excerpere haud possum si velim. = In Codice Colbertino Opusculum habetur ita inscriptum: Κεφάλαιά τινα ὀφείλοντα ἐπίστασθαι τοῖς ὡς ἐξὸν ἀνθρωπίνῳ νοΐ, βουλομένοις γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς τοῦ λόγου σαρκώσεως = Capita quaedam, quae scire debent ii, qui ut fert humana mens, mysterium Incarnationis Verbi noscere volunt. = Isthic plura leguntur, quae in Definitionibus Pseudo-Athanasianis occurrunt. (Athanas. 3. 192.) Similes hisce Definitiones in Codice Vaticano habentur hoc titulo: Ὅροι ~~διάφοροι~~ σὺν Θεῷ διάφοροι κατὰ τὴν ~~πίστιν~~ παράδοσιν, καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες παρὰ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων ὁσίων μακαρίων Πατέρων. In alio item Vaticano Codice pro: λεγόμενοι legitur: λεγομένης. In Codice autem altero pariter Vaticano titulus sic habetur: Ὅροι διάφοροι σὺν Θεῷ κατὰ παράδοσιν, καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας συλλεγέντες ἀπὸ Κλήμεντος Ῥώμης, Ἀναστασίου Ἀντιοχείας, καὶ ἑτέρων ὁσίων, καὶ μακαρίων Πατέρων. = Habes hic, inquit Allacci, (Allacci, Diatrib. de Joanne Damasceno, et ejus script. sect. 69. t. 1. p. LX. 543. not. 662.) Clementis patriam, et expresse Anastasii Antiocheni nomen, ex quo etiam collectae sunt. Et ex hoc opinor errorem exscriptorum incuria irrepsisse, ut pro ~~An~~ Ἀναστασίου Ἀντειοχείας, „Anastasio Antiocheno:„ Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, = „Athanasio Alexandrino„ praefixum fuerit..... Schedae vero meae ita enuntiant, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν, καὶ τὰ ἑξῆς „Sancti Patris nostri Joannis Damasceni, definitiones variae secundum traditionem, etc.„ = In Codice Vaticano diverso ab illis, quos supra memoravi, definitiones, de quibus agitur collectae dicuntur a beato Clemente, et Joanne Damasceno, aliisque συλλεγέντες ἀπὸ τοῦ μακαρίου Κλήμεντος, καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ ἑτέρων. = Quibus nihil significatur aliud, inquit Le Quien, (662.) nisi collectionem hanc definitionum consarcinatam esse fuisse ex libris qui Clementi, sive Romano, sive Alexandrino attribuebantur, nec non ex operibus Athanasii, et Anastasii, sive Antiocheni, sive Sinaitae, auctamque tandem esse ex definitionibus quae passim apud Joannem Damascenum occurrunt. Quod fucum librariisso cuipiam fecerit, ut definitiones has omnes a Joanne Damasceno collectas esse sibi fingeret. = Auctor ipse alibi (Le Quien, Ad S. Joan. Damasc. de duabus in Christo voluntat. Cap. 28.) postquam dixisset Collectionem illam definitionum, in quibusdam manuscriptis Clementi Romano Pontifici adscribi; = quia vero, subjungit, veteres sancto Clementi Papae libros alios non attribuunt praeter duas quae supersunt nobis, epistolas, habemusque Clementem Alexandrinum variarum definitionum parentem: quinimo non unius collectionis auctor assignatur, sed plures, ipsique praestantissimi; omnino concedendum est, eas et exceptas consarcinatas fuisse, tam ex Clemente Alexandrino, quam ex Athanasio, Irenaeo, Nysseno, Anastasio Antiocheno, Justino quodam recentiori, aliisque, inter quos Joannem etiam Damascenum accensere non dubitaverim. = Sane Definitiones varias, sub Clementis Stromatei nomine laudat, quaedam ex illis verba producens

Joannes Veccus De Processione Spiritus Sancti Capite I. Sectione 13.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις, ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ Θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί Πνεῦμα, καὶ ποσαχῶς λέγεται Πνεῦμα, φησὶ „ Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ, καὶ ἄϋλος, καὶ ἀσχημάτιστος, ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις.„

Sed et Clemens Stromateus in variis, quas composuit, definitionibus, q[uae] om[n]e[m] piam doctrinam omnem praescribentibus iis, qui Theologiam persequi vult; definiturus quid Spiritus sit, et quot modis dicatur, „ Spiritus, inquit, substantia est tenuis, immaterialis, expers figurae, ac procedens.„

Spiritus definitio iisdem ve fere verbis occurrit in Anonymi definitionibus ὅροις κατὰ στοιχεῖον = Definitionibus Alphabeti serie dispositis, = quas e Palatino Codice primus vulgavit Hoeschelius: (Fab. 13. 556.) Πνεῦμα ἐστὶ λεπτὴ, καὶ ἄϋλος, καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις. Ex libro fortasse Clementis deperdito περὶ καταλαλιᾶς = de obtrectatione = deprompta sunt quę sub Clementis nomine in Sermone de obtrectatoribus, et Contumelia refert

Antonius Melissa Locorum Communium Libro II.
Sermone 69.

Μηδέποτε αἰδεσθῇς τὸν πρὸς σὲ καταλαλοῦντα, μᾶλλον δὲ λέγε· παῦσαι, ἀδελφὲ, ἐγὼ καθ' ἡμέραν χαλεπώτερα πταίω, καὶ πῶς ἐκεῖνον κατακρίναι δύναμαι; Δύο γὰρ κερδανεῖς, ἐν μιᾷ ἐμπλάστρῳ καὶ σεαυτὸν, καὶ τὸν πλησίον ἰασάμενος.

Ne forte unquam reverearis illum, qui apud te obtrectatur, verum dic potius: Desine, frater; ego quotidie gravius offendo, et quomodo illum damnare possum? Duo enim lucraberis, uno emplastro te ipsum curans, et proximum.

Ex ~~libro~~ opere de Anima, quod ipse memorat Clemens (Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3. 5. p. 699-s. 1054.) petita videntur quae Clementem laudantes adducunt tum Antonius ipse, tum

J. Maximus in Capitibus Theologicis Sermone 53.

Πάντων ἀναπνέουσαι αἱ ψυχαὶ τὸ ζῆν ἔχουσι, κἂν χωρισθῶσι τοῦ σώματος, καὶ τὸν εἰς αὐτὸ εὑρεθῶσι πόθον ἔχουσαι, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ κόλπον φέρονται ἀθάνατοι· ὡς ἐν χειμῶνος ὥρᾳ οἱ ἀτμοὶ τῆς γῆς ὑπὸ ~~τοῦ~~ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων ἐφελκόμενοι, φέρονται πρὸς αὐτὸν.

~~Omnium respirantes~~ Solutę a curis omnibus animę vitam habent, et licet a corpore separatę sint, atque in illud desiderio ferantur, immortales in Dei sinum deducuntur: quemadmodum hyberno tempore, terrae vapores ~~solaribus~~ a solis radiis adtracti, ipsum versus feruntur.

Ad ~~librum~~ opus de anima spectat etiam fortasse hoc a Grabe descriptum, in Potteriana autem Clementis editione vulgatum

Fragmentum Clementis Alexandrini.
[Ex Cod. Barocc. 143. fol. 181. p. 1.]

Ἀθάνατοι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, καὶ τῶν ἀσεβῶν, αἷς ἄμεινον ἦν μὴ ἀφθάρτους εἶναι. Κολαζόμεναι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀπεράντῳ τιμωρίᾳ, καὶ μὴ θνήσκουσαι, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν τέλος λαβεῖν οὐκ ἔχουσιν.

Immortales sunt omnes animę, etiam impiorum, quibus incorruptibiles non esse prestaret. Dum enim ab igne inextinguibili perpetua poena puniuntur, neque intereunt, malo suo finem nancisci non possunt.

Ε λόγῳ γαμικῷ, sive Libro de Nuptiis, quem Clemens ipse memorat, (Clemens Alexandrinus, Paedag. Lib. 3. Cap. 8.) desumpta putat Grabe haec, quae producunt Damascenus, (Joannes Damascenus, Sacr. Parallel. Litt. II Tit. 10. 27.) et

J. Maximus in Capitibus Theologicis Sermone 3.

V. Damasc. 643.

Παρθένων φθορὰ λέγεται οὐ μόνον πορνεία, ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸ καιροῦ ἔκδοσις, ὅταν, ὡς εἰπεῖν, ἄωρος ἐκδοθῇ τῷ ~~ἀδ~~ ἀνδρὶ, ἤτοι ἀφ' ἑαυτῆς, ἢ παρὰ τῶν γονέων.

Virginum corruptio dicitur non tantum scortatio, sed et praematura ~~elocatio~~, dum, ut ita dicam, ~~immatura~~ praecox viro elocatur, sive propria, sive parentum voluntate.

Ex libro de Continentia Clementi ipsi memorato, (Clemens Alexandrinus, Paedag. Lib. 2. Cap. 10.) quae sequuntur fortasse deprompsit

Idem loco citato Sermone 52.

Μνήμη θανάτου ~~σταρ~~ ἐναργὴς περιέκοψε βρώματα· βρωμάτων δὲ ἐν ταπεινώσει κοπέντων, συνεξεκόπησαν τὰ πάθη.

Vivida mortis memoria ciborum praecidit adpetitum, isto autem in humilitate praeciso, passiones una praeciduntur.

Quem locum refert etiam Antonius Melissa. (Antonius Melissa, Loc. Commun. Lib. 1. Serm. 54.) Clementis scriptum quoddam in Prophetam Amos memorat.

Palladius Historiae Lausiacae Capite 142.

Καὶ δίδωσι (ἡ Παρθένος) τῇ ἑαυτῆς μητρὶ σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμὼς, καὶ λέγει αὐτῇ· δὸς τοῦτο τῷ Ἐπισκόπῳ τῷ ἐξορισμένῳ, καὶ εἰπὲ αὐτῷ εὔξαι περὶ ἐμοῦ· ὁδεύω γὰρ πρὸς τὸν Κύριόν μου.

Et dedit (Virgo) matri suae Clementis Stromatei scriptum in prophetam Amos, et ait: Da istud Episcopo expulso, et dic illi ut pro me oret; vado enim ad Dominum meum.

Memorat Eusebius Clementis ~~opus~~ librum inscriptum Κανὼν Ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, quibus verbis non duo, sed unum tantum opus significari certum est, licet aliis aliter visum. Male igitur Beveregius Clementis + Ecclesiasticum Canonem cum Collectione Canonum Apostolicorum Clementi Papę tributa confudit. „Ex horum auctorum inspectione; inquit Le Quien, (Le Quien, ad S. Joan. Damasc. de Fide Orthodoxa Lib. 4. Cap. 17. p. 284.) postquam Eusebium, Hieronymum, Photiumque laudasset; manifestum fit, eos non de hac collectione Canonum loqui, sed de libro, in quo adductis Canonibus, seu regulis Ecclesiasticis, illos impugnabant, qui Judaicis legibus et institutis adhaerescerent.„ Cum le Quien sentit Fabricius (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §.) Fragmentum libri contra illos, qui Judaeorum sequuntur errores servavit

+ Alexandrini

Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Antirrheticis adversus Iconoclastas.

Κλήμεντος Πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας; ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαϊζόντων.

Clementis Presbyteri Alexandriae, ex libro adversus eos, qui Judaeorum errores sequuntur.

Σολομῶν ὁ τοῦ Δαβὶδ παῖς, ἐν ταῖς βασιλείαις ἐπιγραφομέναις, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ νέω κατασκευὴν, συνεὶς οὐ μόνον ἐπουράνιον εἶναι, καὶ πνευματικὴν, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν σάρκα διαφέρειν; ἣν ἔμελλεν οἰκοδομεῖν ὁ τοῦ Δαβὶδ υἱός τε, καὶ Κύριος, εἴς τε τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ἔνθα καθιδρύεσθαι, καθάπερ τὶ ἄγαλμα ἔμψυχον διεγνώκει, εἴς τε τὴν κατὰ σύνοδον πίστεως ἐγειρομένην ἐκκλησίαν; κατὰ λέξιν λέγει: „εἰ ἀληθῶς ἄρα κατοικήσει Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς.„ Κατοικεῖ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς σάρκα περιβαλλόμενος, καὶ μετὰ ἀνθρώπων αὐτῷ κατοίκησις γίνεται, ἐν τῇ κατὰ τοὺς δικαίους συνθέσει τε, καὶ ἁρμονίᾳ, νεὼν ἅγιον ἐργαζομένῳ τε, καὶ ἀνιστάντι. Γῆ γὰρ, οἱ δίκαιοι, τὴν γῆν ἔτι περικείμενοι· καὶ γῆ, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος παραβαλλόμενοι τοῦ Κυρίου. Ταῦτά τοι καὶ ὁ μακάριος Πέτρος οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· „καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, τὰς προσδεκτὰς τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.„ Ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος ὁ κατὰ περιγραφὴν τόπον ἔνθεον ἑαυτῷ καθιέρωσεν ἐπὶ γῆς ὁ Κύριος. „Λύσατε, εἶπε, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· τεσσαράκοντα, καὶ ἓξ ἔτεσιν ὁ ναὸς οὗτος ᾠκοδομήθη, καὶ σὺ τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.„

Salomon Davidis filius in libris, qui Regnorum inscribuntur, cum veri templi structuram non modo coelestem, ac spiritalem esse intelligeret verum etiam ad carnem pertinere, quam Davidis filius et ac Dominus aedificaturus erat; atque tum ad ejus presentiam, tum ad ecclesiam juxta concordiam fidei excitatam, templum illum, velut animatum quoddam simulacrum, adtolli cognosceret; his utitur verbis: „Ergone vere Deus habitabit cum hominibus super terram?„ Habitat vero super terram, carne indutus, et cum hominibus est habitatio ejus, in sua cum justis conjunctione, et concordia, postquam sanctum condiderit templum, atque erexerit. Terra enim sunt justi, adhuc terra circumdati; et terra, cum Divina magnitudine comparati. Haec et beatus Petrus dicere non dubitat: „Et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. Habitat autem in corpore, quod sibi ipsi Dominus, secundum circumscriptionem, divinum super terra locum consecravit. „Solvite, inquit, templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judaei: Quadraginta, et sex annis aedificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.„

Sunt plura Clementis nostri fragmenta, quae ad quodnam opus pertineant plane incertum est. Ex horum numero sunt ista, quae proferunt tum Damascenus, tum (S. Joannes Damascenus, Sacr. Paral. Litt. Tit.) tum Antonius Melissa, (Antonius Melissa, Loc. Commun. Lib. 1. serm. 52) tum Codex Barocoianus a Grabe visus, tum etiã

S. Maximus in Capitibus Theologicis Sermone 11.

Νόσος φιλίας ἡ κολακεία.

Amicitiae morbus est adulatio.

Τὰς τῶν ἀρχόντων εὐπραγίας μᾶλλον, ἢ τοὺς ἄρχοντας αὐτοὺς εἰώθασι θεραπεύειν οἱ πλεῖστοι.

Plerique Principum fortunas, magis, quam principes ipsos colere solent.

Haec duo dicta ex eo uno fortasse libro deprompta separate exhibent Damascenus, et Melissa; licet conjuncta, tanquam unum locum simul componentia occurrant in Maximo.+ Hęc item ex Clemente profert

+ Secundum vero dictum Philoni tribuit, et primum auctorem ita refert S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera K. Titulo 4.

Οὐκ ἂν εἴχοί τις ἑταῖρον τὸν κόλακα· νόσος γὰρ φιλίας, ἡ κολακεία.

Nemo adulatorem amicum ~~vocet~~ putet. Amicitiae enim morbus est adulatio.

S. Maximus ~~Idem~~ in Capitibus Theologicis ~~loco citato~~ Sermone 13.

Ὀλιγοδείας μὲν ἐρασταὶ, πολυτέλειαν δὲ, ὡς ψυχῆς, καὶ σώματος νόσον ἐκτρεπόμενοι.

Sobrietatis quidem amatores, luxum ~~vero~~ autem tanquam animi, et corporis morbum devitantes.

Ἡ τῶν ἀναγκαίων κτῆσις, καὶ χρῆσις, οὐ τὴν ποιότητα βλαβερὰν ἔχει, ἀλλὰ τὴν παρὰ τὸ μέτρον ποσότητα.

Necessariorum possessio, et usus, non qualitatem noxiam habet, sed quantitatem, quae mensuram excedit.

~~Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον~~ ἡ ὀλιγοσιτία.

~~Cibi parcitas necessarium bonum est.~~

Preter haec, quae Melissa quoque refert, (~~Idem, l. c.~~ Iis, quae et ipse adfert, ~~hoc~~ dictum hoc addit

Antonius Melissa Locorum Communium Libro I. Sermone 34.

~~Ἀναγκαῖον~~ Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἡ ὀλιγοσιτία.

Cibi parcitas, necessarium bonum est.

Alia haec Clementis fragmenta servavit

S. Maximus in Capitibus Theologicis Sermone 55.

Μάλιστα πάντων Χριστιανοῖς οὐκ ἐφίεται τὸ πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτημάτων πταίσματα· οὐ γὰρ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας ἀπεχομένους, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει στεφανοῖ ὁ Θεός.

Cum primis Christianis haud licet peccatorum lapsus per vim emendare. Non illos enim, qui necessitate, sed sed eos qui mentis instituto a malo abstinent, coronat Deus.

Οὐ δυνατόν τινα ἀγαθὸν εἶναι βεβαίως, εἰ μὴ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν. Ὁ γὰρ ὑφ᾽ ἑτέρου ἀνάγκης ἀγαθὸς γινόμενος, οὐκ ἀγαθὸς, ὅτι μὴ ἰδίᾳ προαιρέσει ἐστὶν, ὃ ἐστίν. Τὸ γὰρ ἑκάστου ἐλεύθερον ἀποτελεῖ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, καὶ δεικνύει τὸ ὄντως κακόν. Ὅθεν διὰ τῶν ὑποθέσεων τούτων ἐμηχανήσατο ὁ Θεὸς φανερῶσαι τὴν ἑκάστου διάθεσιν.

Impossibile est aliquem firmiter bonum esse, nisi talis ex proprio instituto sit. Qui enim alio cogente bonus fit, bonus non est, eo quod non propria voluntate sit, id quod est. Liberum quippe cujusvis arbitrium, quod revera bonū est prestat, et quod revera malum ostendit. Ideo disposuit Deus ut ~~hu his a~~ per haec argumenta qua unusquisque sit animo adpareat.

Hanc etiam, quae sequitur, Clementis sententiam, Damasceno quoque, (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. K. Tit. 12.) et Melissae (Antonius Melissa, Loc. Com. Lib. 1. Serm. 64. Lib. 2. Serm. 87.) laudatam, adfert

Idem loco citato Sermone 59.

v. Damas. 570. Οὐχ ἡ τῶν πράξεων ἀποχὴ δικαιοῖ τὸν πιστὸν, ἀλλ᾽ ἡ τῶν ἐννοιῶν ἁγνεία, καὶ εἰλικρίνεια.

Non abstinentia a facinoribus, sed cogitationum castitas, et sinceritas fidelem justificat.

Alium Clementis ex incerto opere locum exhibet

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera A. Titulo 4.

Ὁ τοῦ ἀπαθοῦς Θεοῦ φόβος ἀπαθής· φοβεῖται γάρ τις οὐ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀποπεσεῖν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τοῦτο δεδιὼς, τὸ τοῖς κακοῖς συμπεσεῖν, φοβεῖται, καὶ δέδιεν τὰ κακά. Ὁ δεδιὼς δὲ τὸ πτῶμα, ἄφθαρτον ἑαυτὸν, καὶ ἀπαθῆ ~~εἰ~~ εἶναι βούλεται.

Dei perturbationibus vacantis timor, perturbationibus vacat et ipse. Non ~~em~~ Deum enim quis timet, sed ne a Deo excidat. Qui autem id metuit, ne incidat in mala, mala ipsa metuit, ac timet. Sane qui casum formidat, ab interitu, ac perpessionibus se pr cupit immunem.

Hoc deinceps Clementis dictum laudat

Idem loco citato Titulo XII.

Νόμος ἔστω κατὰ τῶν σεμνὰ, καὶ θεῖα, οὐ σεμνῶς, καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾶν ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀορασίας.

Contra eos qui sancta, et divina, non ~~sed~~ sancte, et ut Divinis convenit cernere cupiunt, lex esto, ut caecitate puniantur. +

+ Quod et alibi sine Clementis nomine legitur apud Damascenum. (S. Joannes Damascenus Sacr. Parall. Litt. E. Tit. 18.)

Alia Clementis λείψανα ~~offert~~ exhibet alter Sententiarum Collector

Antonius Melissa Locorum Communium Libro I. Sermone 17.

Μετάνοια τότε ~~τοῦ~~ ἁμαρτήματος παντὸς γίνεται ἀπαλειπτικὴ, ὅταν ἐπὶ τῷ γενομένῳ ψυχῆς σφάλματι ἀναβολὴν μὴ δέξηται, μηδὲ παραπέμψῃ τὸ πάθος εἰς χρονικὸν διάστημα. Οὕτω γὰρ ~~οὐ~~ οὐχ ἕξει καταλεῖψαι ἴχνος ἐν ἡμῖν τὸ κακὸν, ἅτε ἅμα τῷ ἐπιβῆναι ἀποσπαθὲν δίκην ~~φητοῦ~~ ἀρτιουστάτου. *for. φυτοῦ Grabe.*

Poenitentia tunc omne peccatū delet, cum oborto animi errore, non moram admittit, neque adfectionem ad temporis spatium transmittit. Sic ~~in nobis~~ enim malum in nobis, vestigium relinquere ne~~quit~~ quit, quippe simul ac insurgere coepit avulsus, instar plantae, prius quam radices fixerit.

Ὥσπερ οἱ λεγόμενοι καρκῖνοι εὐεπιχείρητοι τυγχάνουσιν, διὰ τὸ ποτὲ μὲν πρόσω βαίνειν, ποτὲ δὲ ὀπίσθεν· οὕτως καὶ ψυχὴ

Quemadmodum cancri facile capi possunt, eo quod modo antrorsum, modo retrorsum incedant; sic et anima modo risui, modo

ποτὲ μὲν γελῶσα, ποτὲ δὲ πενθοῦσα, ποτὲ δὲ τρυφῶσα, οὐδὲν ὠφελῆσαι δύναται.

fletu, modo deliciis indulgens, nihil proficere valet.

Ὁ ποτὲ μὲν πενθῶν, ποτὲ δὲ τρυφῶν, καὶ γελοιάζων, ὅμοιός ἐστι τῷ μὲν μετὰ ἄρτου τὸν κύνα τῆς φιληδονίας λιθάζοντι, ὅς τῷ μὲν σχήματι τοῦτον διώκει, τῷ δὲ πράγματι παρεδρεύειν τοῦτον προτρέπει.

Qui modo luget, modo vero deliciatur, et ridet, similis est homini, qui ~~pane~~ voluptatis canē lapidat, qui pane lapidanti, qui illum quidem gestu persequitur, facto autem ut maneat hortatur.

Haec etiam sub Clementis nomine profert.

Idem loco citato Sermone 51.

Σοφῷ τινι τῶν κολάκων τινὲς ἐμακάριζον, ὁ δέ φησι πρὸς αὐτούς· εἰ μὲν τοῦ ἐπαινεῖν με παύσησθε, ἐκ τῆς ὑμῶν ὑποχωρήσεως μέγα εἶναι ἐμαυτὸν νενόηκα· εἰ δὲ ἐπαινοῦντες οὐ παύσησθε, ἐκ τοῦ ὑμῶν ἐπαίνου τὴν ἐμαυτοῦ ἀκαθαρσίαν στοχάζομεν.

Sapientem quemdam adulatores nonnulli beatum predicabant: ille vero ad eos inquit: si me laudare destiteritis ex discessu vestro magnum aliquid esse me cogitabo: secus e laude vestra, impuritatem meam conjicio.

Ἐπίπλαστος ἔπαινος ἀληθοῦς ἀτιμότερος ψόγου.

Ficta laus ~~reprehe~~ vituperatione vera pejor est.

Hanc item Clementis sententiam adducit

Idem loco citato Libro II. Sermone 46.

for. μέτριον. Grabe.

Τοῖς ἀτόνοις, καὶ ἀσθενοικοῖς τὸ μέτρον, ὑπὲρ τόνον δοκεῖ.

Imbecillibus, ac debilibus, quod mediocre est, vires excedere videtur.

Deinceps haec refert

Idem loco citato Sermone 55.

Πιστὸς εὖ μάλα ὁ μετ' ἐπιστήμης ἔλεγχος· ὅτε καὶ τελειοτάτη ἀπόδειξις εὑρίσκεται ἡ γνῶσις τῶν κατεγνωσμένων.

Fidelis admodum est quae cum scientia fit reprehensio: dum rei cognitio perfectissima eorum, quae condemna~~toruntur~~ demonstratio reperitur.

Istam quoque sententiam ex Clemente producit

Idem loco citato Sermone 14.

Τῷ ὑψουμένῳ, καὶ μεγαλυνομένῳ παραπέπηγεν ἀγχίστροφος ἡ πρὸς τὸ ταπεινὸν μεταβολή, καὶ πτῶσις, ὡς ὁ θεῖος διδάσκει λόγος.

Illi, qui se exaltat, atque magnificatur, adfixa est volubilis ad humile gradum mutatio, et casus, Divino ~~ver~~ verbo docente.

Tandem brevissimum hoc Clementis fragmentum exhibet

Idem loco citato Sermone 87.

Καὶ λόγος καθαρὸς, καὶ βίος ἀκηλίδωτος, θρόνος, καὶ ναός ἐστιν ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ.

Sermo purus, et vita immaculata, thronus Dei sunt, verumque templum.

Prolixius Clementis locum adducit

Nicetas in Catena in Matthaei Caput V. versiculum 42.

Ποιητέον ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ μετὰ κρίσεως, καὶ τοῖς ἀξίοις, ἵνα εὕρωμεν ἀνταπόδομα παρὰ τοῦ Ὑψίστου. Οὐαὶ δὲ τοῖς ἔχουσι, καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν, ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς, καὶ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων βουλομένοις. Ὁ γὰρ ἔχων, καὶ δι' ὑπόκρισιν, ἢ ἀργίαν λαμβάνων, κατακριθήσεται.

Faciendae sunt eleemosynae, sed cum judicio, atque iis qui digni sunt, ut ab Altissimo retributionē inveniamus. Vae autem illis qui habent, et in hypocrisi accipiunt, sive qui se ipsos juvare cum possint, ab aliis accipere volunt. Qui enim possidet, et per hypocrysim, vel segnitiem accipit, condemnabitur.

Aliud Clementis nostri Fragmentum occurrit in ea, quam latine tantum edidit Zephyrus,

Catena in Pentateuchum.

Nomen illud mysticum quod vocant Tetragrammaton, quo tantum ~~cant~~ muniebantur illi quibus adytum pervium erat, sonat Jehovah, quod interpretatur, „ qui est et qui erit „ ; candelabrum vero quod ad australem plagam adstabat altaris, septem planetas referebat, qui meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni utrimque rami consurgunt, quoniam sol quasi candelabrum mundi medius inter alios planetas divina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius arae posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte coeli flatus nobis vitales, et almi adspirant.

Alterum Clementis locum ex incerto opere petitum, habet ~~ea, quam pariter, latine tantum vulgavit Cordier,~~

~~Catena in L. LXV. Graecorum Patrum in Lucae~~
~~Caput III versiculum 22. numero 33.~~

Non ~~hic hominis sed columbae similitudinem Deus assumpsit; quia~~

~~volebat novâ quadam apparitione Spiritus, per columbae similitudinem, simplicitatem ac mansuetudinem declarare.~~

Macarius Chrysocephalus Oratione VIII. in Matthæum ad Caput 4.

[Ex Cod. Barocc. 156. fol. 94. pag. 2.]

Οὐκ ἀνθρωπίνην οὖν ὁμοίωσιν ὁ παράκλητος ἐνταῦθα λαμβάνει, ἀλλὰ περιστερᾶς· ὅτι τὴν ἀφέλειαν καὶ τὸ πρᾶον τῆς νέας ἐπιφανείας τοῦ πνεύματος ἐβούλετο δεῖξαι τῷ τῆς περιστερᾶς ὁμοιώματι. Ὁ μὲν γὰρ νόμος βαρὺς ἦν, καὶ μαχαίρᾳ κολάζων, ἡ δὲ χάρις ἱλαρὰ, καὶ λόγῳ ῥυθμίζουσα πραότητος. Ταῦτά τοι καὶ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς Ἀποστόλους εἰπόντας ἐν πυρὶ κολάσαι τοὺς μὴ δεξαμένους αὐτοὺς κατὰ τὸν Ἠλίαν „οὐκ οἴδατε, φησὶ, ποίου πνεύματός ἐστε.„

Edit. Fab. „ἐστέ; et οἴδατέ φησι

Non ~~hic~~ humanam igitur sed columbae similitudinem hic adsumpsit Paraclitus, quia novae Spiritus adparitionis simplicitatem, ac mansuetudinem, volebat columbę similitudine ostendere. Lex enim gravis erat, et gladio puniens, gratia ~~autem~~ vero suavis, et lenitatis voce coercens. Itaque et Dominus ad Apostolos hortantes, ut Eliae exemplo, illos, a quibus excepti non fuerant, in igne puniret: „ nescitis, inquit, cujus Spiritus estis.„

Primam hujus loci partem male latine versam exhibet etiam Corderiana in Lucam Catena: (Catena LXV. Graec. Patr. in Luc. Cap. 3. vers. 22. num. 33) = Non hic hominis sed columbae similitudinem Deus assumpsit; quia volebat novâ quadam apparitione Spiritus, per columbae similitudinem, simplicitatem ac mansuetudinem declarare. = Partem ipsam exscripsit etiam Macarius ipse in Oratione septima in Lucam, quae extat in Codice 211. Barocciano. Ibi vero pro: ὁ παράκλητος ἐνταῦθα λαμβάνει, ἀλλὰ περιστερᾶς; legitur: ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ παρειληφότος, ἀλλὰ τὸ περιστερᾶς εἶδος. Quam lectionem germanam censet Grabe, eo quod in Codice Caesareo, teste Lambecio, eadem prorsus occurrat, nisi quod in eo legitur ἀλλὰ τῆς περιστερᾶς, ubi τὸ περιστερᾶς habet Macarius. Clementis nostri fragmentum aliud exhibet

Idem Oratione XIII. in Matthaeum ad Caput 9.

[Ex Cod. Barocc. 156. fol. 198. p. 1.]

Τάχα δὲ διὰ τοῦ Ἰῶτα, καὶ τῆς κεραίας ἡ δικαιοσύνη κέκραγε αὐτοῦ„ ἐὰν ὀρθοὶ πρός με ἥκητε, κἀγὼ ὀρθὸς πρὸς ~~ὑ~~ ὑμᾶς· ἐὰν πλάγιοι πορεύησθε, κἀγὼ πλάγιος, λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων.„ Τὰς ἐπιπλήξεις τῶν ἁμαρτωλῶν, πλαγίας αἰνιττόμενος ὁδούς· ἡ γὰρ εὐθεῖα, καὶ κατὰ φύσιν, ἣν αἰνίττεται τὸ Ἰῶτα τοῦ Ἰησοῦ, ἡ ἀγαθωσύνη αὐτοῦ, ἡ πρὸς τοὺς ἐξ ὑπακοῆς πεπιστευκότας ἀμετακίνητός τε, καὶ ἀῤῥηπής. Οὐ μὴ οὖν παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, οὔτε τὸ ἰῶτα, οὔτε ἡ κεραία, τουτέστιν, οὔτε ἡ τοῖς εὐθέσι κατάλληλος ἐπαγγελία, οὔτε ἡ τοῖς πλαγιάζουσιν ἠπειλημένη κόλασις. Ἀγαθύνει γὰρ τοῖς εὐθέσι Κύριος, τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάγει μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Καὶ μετὰ ἀθῴου ἀθῷός ἐστι, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέφει, καὶ τοῖς σκολιοῖς σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστέλλει.

Leg. ἀῤῥεπής.

Forte autem per jota, et apicem justitia ejus exclamavit. „ Si recti ad me veneritis, et ego rectus ad vos; sin oblique incesseritis, obliquus et ego, inquit Dominus virtutum.„ Peccatorum offensas, ~~vias obliquas~~ per obliquas significat vias. Recta autem, et naturalis, ea est, ~~que~~ quam jota Jesu designat, bonitas illius, immota erga eos qui obediunt, et credunt, atque in neutram partem inclinans. Non igitur praeteribit a lege iota, ~~vel~~ nec apex, idest, neque a rectis respondens promissio, neque obliquis intentata punitio. Rectis enim benefacit Dominus, declinantes autem in obligationes adducit, cum operantibus iniquitatem. Et cum innocente innocens est, et cum perverso perversus, et obliquas vias obliquis immittit.

Fragmentum hoc postrema parte mancum latine sic exhibet Corderiana Catena in Lucam: (Cat. Ibidem, ad Cap. 16. vers. 17. num. 22) = Forte autem per jota et per apicem justitia ejus clamat, si recti ad me veneritis, et ego recta ad vos veniam: sin obliqui et ego obliquè, dicit Dominus virtutum; insinuans, implicatas, et obliquas peccatorum esse vias. Nam recta naturaéque consentanea via quae per jota, Jesu insinuatur, est ipsa ejus bonitas, quae fideles ex auditu, sine cespitatione constanter dirigit: non itaque praeteribit à lege jota unum aut unus apex, hoc est, neque à rectis et probis mutuae repromissiones, neque ab obliquis et injustis quae illis interminata est poena. Benefacit enim Dominus bonis, declinantes autem in obligationes adducet ~~cum~~ e Dominus cum operantibus iniquitatem. = Hoc, et superius Fragmentum a Macario ~~prot~~ prolata Graece vulgavit Potter in sua Clementis Alexandrini editione, Graece autem, et Latine Fabricius in Spicilegio Patrum tertii saeculi; perinde ac istud sane prolixum, quod refert

Idem Oratione XI. in Lucam.

[Ex Cod. Barocc. 211.]

Ὁπόση χορεία, καὶ πανήγυρις ἐν οὐρανῷ γίνεται, εἴ τις ἐξο=

Qualis in coelo fit coetus, ac panegyris, si quis extorris redditur,

v. Fab. Spicil. ρίος γέγονε, καὶ φυγὰς τῆς ὑπὸ τῷ πατρὶ πολιτείας, ἀγνοῶν ὡς οἱ μακρύνοντες αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀπολοῦνται: εἰ τὴν δόσιν etc. v. Clem. Alex. edit Potter. tom. 2. p. 1017.

et exul a potestate Patris, nesciens eos, qui recedunt ab illo, perire: cum largitionem, possessionemque, ac patriam consumpserit haereditatem; cum defecerit que alicujus fides; cum spes fuerit absumpta, in dissolutam profusionem currente illo cum gentibus, postea famelicus, et inops, neque illis quidem, quibus porci vescuntur, cibis expletus, surgens ad patrẽ venit. Bonus vero pater non ad se venire filium expectat: forte enim non poterit, forte veritus ne illum ~~non~~ haud propitium inveniat, ad ipsum non ~~as~~ audebit accedere. Illum ideo cum filium velit solum, et ~~abortum~~ primum vix compescat impetum, a procul adhuc absenti, misericordia tactus occurrit, in collum ejus incidit, ipsumque osculatur. Confidens tunc filius perpetrata confitetur: ideoque pater debitam gloriam illi, et honorem debitum, decentemque restituit, eum prima induit stola, et incorruptilitate, annulumque illi reddit, regium insigne, divinumque sigillum, sanctitatis effigem, gloriae signaculum, testimonii documentum, „signavit enim, inquit, quia Deus verax est.„ Incorruptilibus etiam calceamentis eum induit, quae solvere jubetur calcaturus terram sanctam, et quibus indui prohibetur qui regni coelorum mittitur praeco; sed intacta, et ad profectionem in coelum idonea, decentia, et coeleste iter ornantia; qualibus nunquã illoti pedes operiuntur, sed quos magister noster Dominus lavit. Multa sane sunt mali animi calceamenta, ~~quibus~~ quae illũm vinciunt, et adligant, quemlibet enim propriorum peccatorum vincla constringũt: ideoque Regi Sodomorum jurat Abraham ~~quod~~ „quod a filo sabteg minis usque ad corrigiam calligae, non accipiam ex omnibus, quae tua sunt.„ Quorum caussa vulgatis illis, et foedatis in terra, injustitia, et avaritia omnis, vita potitur: quemadmodum Israel per Amos increpat Dominus dicens: „Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamentis, quae conterunt super pulverem terrae.„ Illa vero calceamenta, quę famulos jubet Pater filio dare cum poenitens ad se confugerit, non impediunt, neque in terram trahunt; a terreno enim tabernaculo mens curis plena gravatur; sed sublimia sunt, atque in coelum transducunt: cujusmodi scala et vehiculo indiget, qui ad Patrem accedere parat. His enim omnibus primum, pulcher pulchre exterius ornatus, ad interiore gaudium ingreditur. Efferte enim dixit Pater, et absente ~~adhuc~~ filio adhuc procul, accurrit, atque cecidit super collũ ejus. Namque ibi praeparationem omnem pro ingressu ad nuptias, ad quas vocati sumus perfici oportet. Qui igitur paratus ad ingrediendum fuerit, dicat: „hoc gaudium meum impletum est„; qui vero invenustus fuerit, atque deformis, audiet: „amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?„ Pinguis autem, et lautus est beatorũ cibus, & magnae, abundantesque deliciae, vitulus saginatus occiditur, qui agnus itidem dicitur, non simpliciter, ne quis eum parvum existimet, sed magnus, et maximus, non enim parvus est agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, qui ut ovis ad caedem adductus est; hostia medullosa, cujus juxta legem sanctam, totus Domino debetur adeps, totus enim Domino consecratus est, ~~est~~ et oblatus. Adeo nutritus, et ingens, ut in omnes pertingant, omnibusque distribuatur, eosque qui de illo edunt, atque ipso fruuntur, saturet. Caro est, et panis, seque nobis utrumque cum sit, comedendum prebet. Filiis igitur, qui ad se accedunt vitulum dat Pater, qui mactatur, et editur. Eos vero, qui non accedunt, persequitur, ac respuit, taurusque reperitur fortissimus. Propter magnitudinem enim, et robur, de eo dictum est, gloriam ei rhinocerontis esse. ~~Eo~~ Ipsum autem cernit et Abacuc propheta cornu ferentem, atque ultionis suae concinens modum, „cornua, inquit, in manibus ejus.„ Propterea istud quoque signum, virtutem ejus, ac potestatem ostendit, cornua enim utrimque, immo potius undique, et per omnia pervadũt feriunt. Ita autem roborantur ii qui illo vescuntur, viresque tantas e vitali illo cibo recipiunt, ut et contra hostes validi sint, et tantum non tauri cornibus armati; unde ait: „in te inimicos nostros ventilabimus cornu.„

Hinc laetitia, et concentus, et chori; licet id aegre ferat major frater, qui semper patri adhaerescens fuerat, et obsequens, nec ...... aut luxuriis indulserat; fratrem vero videbat, quamvis poena dignum, festive tamen exceptum. Eum igitur pater compellat, et ait: „fili, tu semper mecum es:„ et quodnam majus gaudium, festumque, ac panegyris, quam Deo semper adesse, et adstare illi, ac ministrare? „Et omnia mea tua sunt.„ Beatus haeres Dei, pro quo pater possidet; fidelium, cujus totus est mũdus divitiarum. „Exultare autem, et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et revixit.„ ~~Bone~~ Bone pater, qui omnia vivificas, ac suscitas mortuos. „Et perierat, et inventus est.„ Beatus quem elegisti, et adsumpsisti, et quaesitum invenis. „Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.„ Sed a peccatis resipiscere humanum est: idque irrevocabili conversione fiat: qui enim non sic agit, probrum sustinebit, quoniam non toto corde, sed impetu rediit. Ad Deum confugere nostrum est; idque adsidua cum contentione prestemus. „Venite enim, inquit, ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.„ Rogare autem et confiteri cum humilitate in nostro est arbitrio. Hinc jubet: „Dic tu prius peccatã

tua, ut justificeris." Exinde vero quid consequuturi, et quid futuri nos simus, non nostrum est judicare.

Hactenus Clemens: quae enim apud Macarium sequuntur = alterius procul dubio sunt auctoris, optime inquit Grabe, cujus nomen scriba in margine apponere neglexit. Nam nova sequitur expositio parabolae, eaque certe est auctoris Clemente recentioris, quia Novatum in fine refutat. = Graece in Potteriana Clementis Editione, Graece vero, et Latine, in Fabricii Spicilegio, utrobique sine nomine Auctoris, a quo ipsa refertur occurrit

Ἄλλη Θεωρία Κλήμεντος

v. Fab. Spic. Τῇ ἑαυτοῦ φωτοειδεῖ μορφῇ ὁ Θεὸς ὡς ἐν σφραγῖδι μεγίστῃ τὸν ἐν ὁμοιώματι ἄνθρωπον ἐνετυπώσατο, πῶς ἂν πάντων ἄρχῃ, καὶ κυριεύῃ, καὶ πάντα αὐτῷ δουλεύῃ. Διὸ κρίνει ὁ Θεὸς εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον. Οὗτος ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν, ὁ ἄνθρωπος, ὁρατός. ὃ οὖν ἐάν τις ποιήσεται ἀνθρώπῳ, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν, εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται. Διὸ ἡ ἐξ αὐτοῦ κρίσις πᾶσι κατ' ἀξίαν ἀπονέμουσα παρελεύσεται, τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ.

Alia Clementis ~~Allegoria~~ consideratio.

Splendidam semetipsius formam quasi sigillum maximum, homini ad similitudinem sui facto Deus impressit, ut omnibus imperaret, atque in omnia dominaretur, eique cuncta servirent. Ideo judicat Deus ~~totum~~ typum et se, imaginem vero sui hominem esse. Ille invisibilis est, homo autem ejus imago, visibilis. Quidquid igitur homini quis fecerit, bonumve fuerit, vel malum, refertur in Deum. Idcirco ex illo judicium, ~~sua~~ veniet sua cuique pro merito tribuens; propriam enim vindicat formam.

~~Ad Clementem nostrum fortasse respexit~~

Hesychius presbyter Hierosolymitanus in Fragmento ex Homilia in Natalem Christi.

Ἃ τινα καὶ Κλήμης, καὶ Θεόφιλος, καὶ ~~Θιμο~~ Τιμόθεος, οἱ θεοφιλέστατοι χρονογράφοι ἐξέθεντο ὁμοφρονήσαντες, ὅτι τῇ ϛ' χιλιάδι τῶν ἐνιαυτῶν ἐφάνη ὁ Κύριος, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ϛ' ἡμερῶν τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ, ῥυσάμενος τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων.

Quae etiam Clemens quoque, ac Theophilus, ~~ac~~ et Timotheus exposuerunt, una sentientes sexto annorum millenario adparuisse Dominum, juxta numerum sex dierum formationis Adam, liberans humanum genus.

Equidem Fabricius (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 4. §. 26.) respexisse adfirmat Hesychium ad Clementem illum Historicum, Auctori magni Etymologici, (Etymologicum magnum, art. Ζάλην) Malalae, Cedreno, ac Suidae laudatum, (Suidas, Lex. art. Ζάλην, ἥρας δὲ, παλίμβολος.) qui eum scripsisse ait de Romanorum Regibus, et Imperatoribus, atque ad Hieronymum quemdam de Isocratis figuris, et alia. Sed verisimilius est Scriptorem istum, Ethnicum fuisse, quod Baronium quoque (Baronius, Annal. An. Christi 196. §. 24.) existimasse video.

Paralipomena.

Pro pag. 70. [1.] E libro itidem Paedagogi secundo Capite quarto petita sunt quae habet

Expositio Patrum Graecorum in Psalmi CL. versiculum 3.

Clem. 193. 5. Τὴν λειτουργίαν δὲ τὴν θεοσεβῆ διαχωρίζων ψάλλει τὸ Πνεῦμα „ Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος.„ Καὶ γὰρ ἐν ἤχῳ σάλπιγγος ἀναστήσει τοὺς νεκρούς. „ Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ψαλτηρίῳ„ ὅτι ἡ γλῶττα τὸ ψαλτήριον Κυρίου.„ Καὶ ἐν κιθάρᾳ αἰνεῖτε αὐτόν.„ Κιθάραν νοείσθω τὸ στόμα οἱονεὶ πλήκτρῳ κρουόμενον τῷ Πνεύματι. „Ἐν τυμπάνῳ, καὶ χορῷ αἰνεῖτε αὐτόν.„ Τὴν Ἐκκλησίαν λέγει, τὴν μελετήσασαν τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν ἐν ἠχοῦντι τῷ δέρματι. „Ἐν χορδαῖς, καὶ ὀργάνῳ αἰνεῖτε αὐτόν.„ Ὄργανον τὸ σῶμα λέγει τὸ ἡμέτερον, καὶ χορδὰς τὰ νεῦρα αὐτοῦ, δι' ὧν ἐναρμόνιον εἴληφε τὴν τάσιν, καὶ κρουόμενον τῷ Πνεύματι τοὺς φθόγγους ἀποδίδωσι τοὺς ἀνθρωπίνους.

Divinum autem separans ministerium, psallit Spiritus: „ Laudate eum in sono tubae.„ In tubae enim sono et mortuos excitabit. „ Laudate eum in psalterio:„ quoniam lingua psalterium est Domini. „Et in cithara laudate eum.„ ~~Pro~~ Per citharam, os intelligatur, Spiritu, tamquam plectro pulsatum. „ In tympano, et choro laudate eum.„ Ecclesiam dicit, resurrectionem carnis in resonante pelle meditantem. „ In chordis, et organo laudate eum.„ Organum dicit corpus nostrum, chordasque nervos ejus, per que ~~nume~~ harmoniae modulis intenditur, atque a Spiritu pulsatum voces reddit ~~humanas~~. humanas.

E primo Paedagogi libro Capite 6. sexto hunc locum adfert ea, quam latine tantum vulgavit Cordier

Catena LXV. Patrum Graecorum in Lucae Caput 10. versiculum 21. numero 38.

Infantes nos ac parvulos Verbum appellat, qui sapientibus qui sunt in mundo, aptiores sumus ad salutem: qui sapientes seipsos existimantes, superbiâ inflati sunt. Propterea quae absconsa sunt à sapientibus et intelligentibus hujus quod nunc est saeculi, revelata sunt infantibus.

Ex † decimo primo ejusdem libri capite haec habentur

Ibidem ad Caput 13. versiculum 19. numero 14.

Per exiguum itaque granum, quod allegoricè dicitur, universae humanae naturae plurimam salutem largitur. Atque mel quidem cum sit dulcissimum bilem generat, quemadmodum quod bonum est, contemptum: quod quidem causa est peccandi. Siquidem Sinapi autem et bilem diminuit, hoc est, iram: et phlegma exscindit, hoc est fastum atque superbiam. Ex quo verbo vera animae sanitas, aeternaque bona temperatura accedit.

Secundi ~~p~~ Paedagogi libri capitis primi hic locus occurrit

Ibidem ad Caput 15. versiculum 13. numero 22.

Qui autem tales homines ἀσώτους id est prodigos appellarunt, benè mihi videntur eorum finem significasse, ut qui eos ἀσώστους, hoc est à salute alienos, per elisionem elementi intellexerunt. Sufficientia enim sanitatem corporis praestat, victus autem superfluus homini multum nocet. Animam quidem segnem reddit, corpus verò in morbum proclive, nonnumquam conciliat et mortem. Haec ligurit̶ionis, ingluviei, edacitatis, voracitatis, insatiabilitatisque sunt praemia. Muscae quoque iis nominibus aptissimè respondent, et viverrae, et adulatores, et gladiatores, et immane genus parasitorum: ventris voluptate hi quidem rationem, illi verò amicitiam, alii autem vitam ipsam vendunt. Super ventrem serpunt, belluae hominibus similes, ad imaginem patris sui, edacis, voracisque belluae. Est autem ἀσωτία sive prodigalitas, mediocritatis et liberalitatis excessus, sicut parcitas defectus. Utraque, uti et mediocritatis, transgressio vituperatur.

E capite ejusdem libri secundo haec adferuntur

Ibidem ad Caput 21. versiculum 34. numero 35.

Est autem ebrietas, nimius usus vini. Debacchatio verò quod ex hujus usu suscipitur dedecus. Crapula verò fastidium et nausea quae est in ebrietate, à motione capitis graeco vocabulo dicta. Cura autem hujus vitae quamvis nihil inhibitorum continere videatur, si tamen ad cultum divinum non coadjuvet, vitanda est.

Unico interjecto Titi loco, haec statim sequuntur

Ibidem loco citato numero 37. et 38.

Cor quidem multo potu obruitur, vini autem temulentia maris minis comparatur, in quâ corpus, tamquam navis, demersum, turpitudinis profundum subit, decumanis vini fluctibus obrutum. Gubernator autem, mens scilicet, supereminentis ebrietatis fluctu circumagitur: et in mari vexans caligat, et propter procellae tenebras à portu veritatis aberrat, donec in saxa in mari latentia irruens, seipsum in voluptates impactum perdiderit. Vinum siquidem mentem obruit, et passiones voluptatesque instar agminis apum excitat.

Quemadmodum igitur cibo, ut non esuriamus, ita etiam potu ne si=

tiamus utendum est, diligenter cavendo ne labamur: vini enim ingestio res valdè lubrica est et periculosa. Ita autem erit anima nostra pura, sicca et luminosa. Ipsa verò sicca anima, est sapientissima et optima, atque adeò etiam contemplativa. Quae verò vini vaporibus est humectata, quasi quadam nube velatur.

+ Capite decimo primo (p. 286.6.) ~~Tande~~ Tandem haec e tertio Paedagogi libro+ petita leguntur

Ibidem ad Caput. 17. versiculum 12. numero 16.

Cernis ut lex Moysis, quae est de leprâ, variam et diversicolorem ut impuram rejiciat tamquam quid nefarium, et quod serpentis variis squamis simile sit. Eum ergo qui varietate colorum minimè efflorescit, totus autem à vertice capitis usque ad extremos pedes est candidus, mundum esse vult, ut quemadmodum in corpore, variâ quoque ac versipelli relictâ mentis affectione, qui non est varius nec anceps, simplicem veritatis colorem diligamus.

Pro pag. 84. [2.] Prolixiorem ejusdem libri locum adducit

Idem adversus eos, qui Sacras Imagines rejiciunt Oratione III.

Τοῦ ἀρχαιοτάτου Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐκ τοῦ ἑβδόμου βιβλίου τῶν στρωματέων.

Vetustissimi Clementis ex libro septimo Stromatum ad Alexandrum.

Οὐκοῦν, οὐ μόνος ἐπαινεῖ τὰ καλὰ, ἀλλὰ αὐτὸς βιάζεται τοῦ εἶναι καλὸς, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ πιστοῦ δούλου μεταβαίνων δι' ἀγάπης εἰς φίλον, διὰ τὸ τέλειον τῆς ἕξεως, ὃ ἐκ μαθήσεως ἀληθοῦς, καὶ συνασκήσεως πολλῆς καθαρῶς ἐκτήσατο: ὡς ἂν οὖν ἐπ' ἄκρον γνώσεως ἥκῃ, βιαζόμενος τῷ ἤθει, καὶ κεκοσμημένος, τῷ σχήματι κατεσταλμένος, πάντα ἐκεῖνα ἔχων, ὅσα πλεονεκτήματά ἐστι τοῦ κατὰ ἀλήθειαν γνωστικοῦ, εἰς τὰς εἰκόνας ἀφορῶν τὰς καλὰς, πολλοὺς μὲν τοὺς κατωρθωκότας πρὸ αὐτοῦ πατριάρχας, παμπόλλους δὲ προφήτας,

Non igitur bona laudat solummodo, sed ipse bonus esse contendit, ex probo, fidelique servo, per charitatem amicus evadens, propter habitus perfectionem, quam ex vera disciplina, et exercitatione multa, pure consequitur: ~~m~~ adeo ut cognitionis fastigium adtingat, moribus, quos exornat, componendis multa vi conatus incumbere, gestum dirigens, ~~illaque~~ comparans omnia quae veri gnostici praerogativę sunt, pulchrasque contemplans imagines tum plurium, qui ante ipsum perfecti fuere patriarcharum, tum prophetarum complurium,

ἀπείρους δὲ ὅσους ἡμῖν ἀριθμῷ λογιζόμενος Ἀγγέλους, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι Κύριον, τὸν διδάξαντα, καὶ παραστήσαντα, δυνατὸν εἶναι τῶν κορυφαίων ἐκείνων κτήσασθαι βίον.

finitos ~~innumeros~~ item, numero quoad nos considerans Angelos, ipsumque omnium Dominum, qui docuit, et manifestum fecit possibile esse, eamdem cum principibus illis adsequi vitam.

Ad quem locum haec adnotat Le Quien: „Sane Clemens Alexandrinus Alexandro Hierosolymitano canonem Ecclesiasticum contra Judaizantes nuncupavit: quidni libros etiam Stromatei? Nam principium horum periit. Alioqui emendandum foret, Κλήμεντος Ἀλεξανδρείας. „Clementis Alexandrini.„ = Sane Reinesius, (Reinesius, Var. Lect. Lib. 1. Cap. 22.) probabili conjectura, in Damasceno scriptum fuisse censet non ~~p~~ πρὸς Ἀλέξανδρον, sed πρεσβ. Ἀλεξ. atque librariorum culpa illam isti lectionem successisse. Sic et Tillemont, (Tillemont, S. Clem: Prestre d' Alex. et Doct. de l' Eglise art. 3. not. p. 149.) apud Damascenum, legendum suspicatur: πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρέων.

Pro pag. 92. [3.] Ad librum ipsum respicit

Chronicon Paschale 220. Olympiade.

Clem. 959. 2-8. Κλήμης δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ αὐτὸς τὰ αὐτὰ σύμφησι καὶ περιέναι αὐτὸν ~~τὴν~~ (Ἰωάννην) τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰς πλησιοχώρους πατρίδας, Ἐπισκόπους καθιστῶντα, καὶ Κληρικοὺς.

Clemens autem Alexandrinus eadem et ipse scribit, ~~ac~~ illumque (Joannem) Asiam, ac finitimas provincias circumeundo lustrasse ~~ait~~ tradit, Episcopos constituentem et Clericos.

Pro pag. 96. [4.] Audiendus item quę habet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite 12.

Τούτων (τῶν ο΄ μαθητῶν) δ' εἶναί φασι καὶ Σωσθένην τὸν ἅμα Παύλῳ Κορινθίοις ἐπιστείλαντα. Ἡ δ' ἱστορία παρὰ Κλήμεντι κατὰ τὴν πέμπτην τῶν Ὑποτυπώσεων, ἐν ᾗ καὶ Κηφᾶν, περὶ οὗ φησὶν ὁ Παῦλος. „ὅτε δὲ ἦλθε Κηφᾶς εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην„ ἕνα φησὶ γεγονέναι τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν, ὁμώνυμον Πέτρῳ τυγχάνοντα τῷ Ἀποστόλῳ.

Ex horum (septuaginta discipulorum) numero, fuisse ajunt Sosthenem etiam illum, qui una cum Paulo ad Corinthios litteras misit. Ita legitur apud Clementem in quinto hypotyposeon, in quo et Cepham illum, de quo inquit Paulus: „ cum autem venisset Cephas in Antiochiam, in faciem ei restitit. „ (Galat. 2. 11.) unum ait Clemens fuisse e septuaginta discipulis, ejusdem nominis cum Petro Apostolo.

Qui locus sane notandus tam in Potteriana fragmentorum Clementis

Collectione, quam in Fabricii Spicilegio Patrum tertii saeculi praetermissum est, ac suspicari nollem, in odium Romanę sedis id factum. Errasse autem puto auctorem Chronici Paschalis, dum Clementem Chronographum citans, quem haud ab Alexandrino diversum existimo; ait Paulum Antiochiam ingressum, scandalum sustulisse quod Sanctus Petrus adtulerat. Locum Chronici + proferam cum de Tatiano sermonem habuerim. Quintum Hypotyposeon laudat etiam idem

+ et Malalae, qui Clementem Chronographum itidem adlegat.

Pro pag. 99. [5.] Ad septimum Hypotyposeon, ut ex loco Eusebii mox adferendo patebit, respicit

Idem loco citato (177. a)

Τὸν μὲν οὖν τρόπον τῆς τελευτῆς αὐτοῦ (Ἰακώβου) ἤγουν τὸ κρημνισθῆναι, καὶ λιθασθῆναι, καὶ γονυπετῆσαι, καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ξύλῳ πληγέντα τελειωθῆναι, ὁ Κλήμης ἱστόρησεν.

Quomodo igitur interierit (Jacobus,) sive quod praecipitatus, et lapidibus obrutus fuerit, flexisque genibus, pro inimicis oraverit, ac ligno percussus occubuerit, Clemens narravit.

Pro pag. 100. [6.] De alterius martyrio loquens

Idem loco citato
Libro II.
Capite 23.

Τὸν δὲ τῆς τοῦ Ἰακώβου τελευτῆς τρόπον ἤδη μὲν πρότερον αἱ παρατεθεῖσαι τοῦ Κλήμεντος φωναὶ δεδηλώκασιν, ἀπὸ τοῦ πτερυγίου βεβλῆσθαι, ξύλῳ τε τὴν πρὸς θάνατον πεπλῆχθαι αὐτὸν ἱστορηκότος.

Modum autem caedis Jacobi prolata jam supra verba Clementis ostendunt, qui eum e fastigio templi praecipitem actum, ac ligno percussum interiisse narravit.

Qui locus a nemine quod sciam notatus fuit. In Clementis editione Clementis fragmenta colligentes Ittigius, et Grabe, postremam loci superius adlati partem, a verbis scilicet: δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι: usque ad finem, tamquam ad Clementem ipsum haud pertinentem perperam omiserunt.

Pro pag. 100. [7.] De minori Jacobo agens, Clementem adlegat etiam S. Epiphanius adversus haereses Libro I. adversus haeresim 9. sive 29. Capite 4.

Διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ (Ἰακώβῳ) ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι, ὡς τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε, καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι.

Ideo semel in anno ipse (Jacobus) Sancta Sanctorum ingredi permittebatur, quemadmodum Summi Sacerdotes lege jubebantur, juxta id, quod in sacris litteris legitur. Hoc enim de illo multi ante nos retulerunt, Eusebius scilicet, et Clemens, aliique.

Pseudo - Clemens.

Clementis Romani Pontificis falso usurpatum a pluribus nomen, Recognitionibus quoque, saeculo, ut videtur, secundo compositis praefixum fuit. De quibus ut agam, omnes video rationes exposcere, licet enim Clementis Apostolorum aequalis nomen praeseferant, haud primo tamen saeculo fuisse vulgatas, facillime evincitur. Titulos earum plures, indicant Cotelier, et Grabe, (Grabe, Spic. S. Patr. ut et Haeret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. I. S. Clem. Rom. Scrip. genuina et supposit. t. p. 276.) a quo praeter alios memoratur Oxoniensis Codex Collegii S. Joannis Baptistae, ubi sic opus Recognitionum inscribitur: = Itinerarium S. Clementis de factis, et dictis B. Petri Apostoli: = itemque alter Codex Collegii Trinitatis Oxonii, hunc Recognitionum titulum praeferens: = De vera disputatione Petri Apostoli contra falsitatem Simonis Magi. = In Codice Capitulari Veronensi vetustissimo, opus, de quo agitur Historia vocatur, sic enim ibi ad calcem Libri primi scriptum legitur: = explicit liber primus Historiae Sancti Clementis. = Post Librum secundum haec habentur verba: = explicit Liber II. Historiarum S. Clementis. = Codicem illum ita describit Maffei: (Maffei, Biblioth. Veronens. Manuscr. Par. 1. p. 170.) = Ex Ruffini versione antiquissimos Recognitionum libros decem, S. Clementis nomine inscriptos, magnus praefert Codex, tam emendatus quam qui maxime. Scripturam in duas columnas discretam quinta repraesentabit Tabula: verba perpetuo conjuncta posterior manus tenui lineola interposita distinxit. Prima tantum et ultima desunt paginae. Duas ad finem quaternionis medii prolixa occupat lectio ex Daniele currenti charactere efficta. = De Codicis vetustate hęc statim subjungit: = Hos libros in vetustiori membrana visos ad hanc diem non esse, opinor. = Alibi autem, (Il medesimo, Notiz. Generale degl' insigni Manuscr. che si conservàno nel Capitolo Canonicale di Verona. p. 40.) Recognitionum opus in illo codice, majore simul, et minore, atque currenti charactere descriptum testatur. Petri cum Apione disputationem Eusebio, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 38.) + et Nicephoro memoratam, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 3 Cap. 18.) cum Recognitionum partem confundendam autumant Cotelier, et Valesius, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 38.) rectius vero illas a Recognitionibus distinguunt Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 113.) Honorius Augustodunensis, (Honorius Augustodunensis, De Scriptor. Eccles. Grabe 271.) Grabe, et Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 12. p. 38.) Auctorem Recognitionum quod spectat, eas secundo saeculo compositas autumat Cotelier, = à viro docto quidem juxtà ac diserto, sed Philosopho magis et Philologo, quàm Theologo, in excogitandis autem connectendisque fictis narrationibus plane rudi. = (Grabe 277. Sermon p. 52. Maffei II. 171.) Secundo saeculo Recognitiones fuisse conscriptas circa annum

+ Hieronymo, (S. Hieronymus, Catal. Scrip. Eccl. Cap. 15.)

180. conjicit et Blondel in Pseudo-Isidoro, ac Turriano vapulantibus, et post Blondel doctissimus Grabe. (p. 279.) Sane primo saeculo Recognitiones fuisse exaratas, adfirmari non potest, nam primum, = mirum foret, inquit Grabe, (p. 277.) si ipse Clemens libros istos scripsisset, neque S. Irenaeum, neque Clementem Alexandrinum aliumve ex Patribus secundi seculi unquam illos allegasse, vel saltem mentionem ipsorum, tanquam Clementinorum, fecisse. = Secundo, in Recognitionibus plura leguntur e Bardesanis secundi seculi auctoris opere contra fatum exscripta; nec dici potest Bardesanem potius Recognitiones exscripsisse, nam fragmentum quod in Recognitionibus legitur, sub Bardesanis nomine refert Eusebius; (Eusebius, Praep. Evang. Lib. 6. Cap. 10.) ac praeterea Bardesanes, quae scribit, se ex propria scientia, et memoria repetisse ait, verba autem, quibus hoc ille testatur, Recognitionum auctor omisit. Bardesanem vero Recognitiones ipsas tribuendas esse, haud recte Cave suspicatur, quemadmodum de Bardesane loquens jam dixi. Ex his igitur auctorem Recognitionum, nonnisi post saeculum primum vixisse colligitur. Ejus autem aetatem ad saeculum tertium referendam non esse, constat ex eo, quod περιόδους = Circuitus = sive Itinerarium, idest Recognitiones, sub Clementis nomine laudet, qui initio tertii saeculi floruit.

Origenes Commentariorum in Genesim Tomo III. ad Caput I. versiculum 14. in Philocaliae Capite 22. §. 14.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος Πέτρου Ἀποστόλου μαθητὴς συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν Πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ, εἰπὼν ἐν τοῖς περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων φησὶ, περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων ἐμβεβηκέναι, λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ.

Et Clemens etiam Romanus Petri Apostoli discipulus, his consona de praesenti quaestione cum patre, Laodiceae habita, in Circuitionibus loquens necessarium quid in fine horum librorum adfert, de iis quae ex genitura contigisse videntur, libro decimoquarto.

Ad Recognitiones respicit etiam (Orig. 2. 894. f. col. 1. Grabe 276 f.)

Idem in Tractatu XXXV. in Matthaeum ad Caput 26. versiculum 6.

Tale aliquid dicit et Petrus apud Clementem, quoniam opera bona, quae fiunt ab Infidelibus, in hoc saeculo eis prosunt, non et in illo ad consequendam vitam aeternam.

Quem locum latine tantum, ex veteri versione protuli, quoniam Graecus Origenis textus desideratur. Ex his patet Origenem, Recognitiones revera Clementis putasse, quod in re Origeni ipsi consentire videtur

S. Hieronymus Commentariorum in Epistolam ad Galatas Libro I. ad Caput II. versiculum 18.

„Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum:„ Non ut oculos, genas, vultumque ejus aspiceret: utrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an recto, et utrum frontem vestiret coma, an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calviciem haberet in capite.

Id sane in Recognitionibus, quas nunc habemus, non occurrit, sed nil in hoc mirum, cum pluribus earum editionibus, veteres usos fuisse constet. (Grabe 340.) Περιόδους citat etiam (2. 28. Grabe l. c.)

Idem adversus Iovinianum Libro I. Capite 14.

Possumus autem de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore, quo credidit, et uxorem jam non habuerit: quamquam legatur in περιόδοις et uxor ejus, et filia.

In Recognitionibus, quae nunc habentur, uxoris quidem Petri mentio est, (Pseudo-Clemens, Recognit. Lib. 7. §. 25. 35. Lib. 9. §. 38. Grabe 240.) non autem filiae. Ad Recognitiones fortasse respexit

Sozomenus Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite 1.

Ὡρμήθην δὲ τὰ μὲν πρῶτα, ἀπ' ἀρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν. λογισάμενος δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε, καὶ Ἡγήσιππος ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν Ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν, καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ· ὅσα μὲν τῶσι εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων ταῖς Ἐκκλησίαις συνέβη μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τῆς Λικιννίου καθαιρέσεως, ἐπιτεμόμενος ἐπραγματευσάμην ἐν βιβλίοις δύο.

+ Hujus loci pars in editione Clementis Alexandrini operum Potteriana, inter testimonia veterum de Clemente ipso relata fuit. Sed

Ac primum quidem Historiam hanc ab initio repetere volueram; verum cum animadvertissem, alios jam usque ad sua tempora id praestitisse, Clementem scilicet, atque Hegesippum, viros sapientissimos, qui Apostolorum aetati proxime successerunt; itemque Africanum historicum, et Eusebium cognomento Pamphili, virum tum in Divinarum Scripturarum, tum in Gentilium poetarum, scriptorumque aliorum studio versatissimum; ea quidem quae post Christi in coelos adscensu, usque ad Licinii exauctorationem Ecclesiis accidisse comperi, in compendium redigens duobus libris pertractavi.

+ Clementem Romanum, potius quam Alexandrinum, ibi hoc loco Sozomenum innuere, putat Valesius. = Nam, inquit, et primo loco nominatur ante Hegesippum: quod Clementi Romano melius convenit; quippe qui comes, et successor fuerit Apostolorum. Deinde Clemens Alexandrinus, etsi nonnulla libris suis inseruit,

quae ad Historiam Ecclesiasticam spectant, non tamen ex professo res Ecclesiae scribere instituit. At Sozomenus hoc loco agit de his scriptoribus, qui res in exordio Ecclesiae gestas commemorarunt, inter quos primum omnium recenset Clementem. Romanum igitur intelligit, qui libros Recognitionum scripsit, quos a Rufino translatos habemus. = Ita sentiunt etiam Baronius, (Baronius, Annal. an. Christi. 196. §. 24.) et Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. ~~7~~ 5. Cap. 1. §. 12.) Recognitiones pa~~Recor~~riter respicere ~~innuere~~ putantur (Fab. 35. Grabe 284.)

Constitutiones Apostolicae Libro VI. Capite 8.

Ὁ μέντοι Σίμων ἐμοὶ Πέτρῳ πρῶτον ἐν Καισαρείᾳ τῇ ~~Στρα~~ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν ὢν ἐθνικὸς ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν δι᾽ ἐμοῦ, συντυχὼν μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων Ζακχαίου τοῦ ποτε τελώνου, καὶ Βαρνάβα, καὶ Νικήτου, καὶ Ἀκύλα ἀδελφῶν Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε, καὶ πολίτου, μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν, καὶ συνεργῷ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· καὶ ~~τριτον~~ τρίτον ἐπ᾽ αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ εἰς τὸν περὶ προφήτου λόγον, καὶ περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἡττήσας αὐτὸν δυνάμει Κυρίου, καὶ εἰς ἀφωνίαν καταβαλὼν, φυγάδα κατέστησα εἰς τὴν Ἰταλίαν.

At Simon cum mihi Petro primum obvius fuisset Caesareae Stratonis, ubi Fidelis Cornelius, Gentilis cum esset, in Dominum Jesum per me credidit; verbum Dei pervertere conabatur. Mecum autem erant sacri filii, Zacchaeus olim Publicanus, Barnabas item, atque Nicetas, et Aquila, fratres Clementis Romanorum episcopi, et civis, qui edoctus fuerat etiam a Paulo, coapostolo nostro, et adjutore in Evangelii praedicatione. Cumque ter coram istis, cum Simone disceptassem, in de Prophetae quaestionem de Prophetata, ac ~~et~~ de unitate Dei; illumque Divina virtute superatum obmutescere coegisse, effeci ut in Italiam fugeret.

Haec narrantur in primo, et secundo Recognitionum, quas innuit etiã
(Sermyn. 239. 243 Cortes 56. not.)

Auctor incertus Operis imperfecti in Matthaeum Homilia XLIX. in Caput 24.

Fuit enim exercitus alienigenarum, et Romani Imperatoris stans circa Jerusalem, quae usque tunc fuerat sancta. Hoc et Petrus apud Clementem exponit.

Aliquanto post ait

Idem loco citato (p. ccjv. e)

Sicut autem Petrus apud Clementem exponit, Antichristo etiam plenorum signorum faciendorum est danda potestas.

Denuo Clementem laudat

Idem loco citato (ccviij. a)

In fine autem temporis concedenda est potestas diabolo, sicut in historia Clementis Petrus exponit, ut faciat signa utilia, et ex ea parte, qua prius facere consueverant Sancti, ut jam ministros Christi non per hoc cognoscamus, quia utilia faciunt signa, sed quia omnino non haec faciunt signa.

Denique loquentem Petrum apud Clementem citat

Idem Homilia LI. in caput 24.

Unde et sapienter Petrus dicit apud Clementem, quomodo debet quis incessanter quae Dei sunt cogitare, et loqui: quoniam si mens fuerit in his occupata, malus non invenit locum ad mentem.

Ex octavo Recognitionum libro haec profert

S. Isidorus Hispalensis Originum Libro III. Capite 51.

+ (Sol.) Sicut Clemens ait; „ Cursus diversos accipit; + quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur, et ordo vicissitudinum, permutationumque servatur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat: ubi autem ad summum caeli venerit, aestivos accendit calores: descendens rursus autumno, temperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem redit circulum, ex glaciali compage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit. „

His, quae pariter citat, alia ex Recognitionibus addit

Idem de Natura Rerum Capite 17.

„ Sed, ut Clemens ait, diversos accipit cursus (Sol) quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, et ordo vicissitudinum, permutationumque servetur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat: ubi autem ad summum caelum venerit, aestivos accendit calores. Descendens rursus, autumni temperiem reddit: ubi vero ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit. Ex ipso enim sunt horae: ex ipso dies, quum ascenderit, ex ipso etiam nox, quum occiderit: ex ipso menses, et anni numerantur: ex ipso vicissitudines temporum fiunt, et quum sit iste minister bonus, genitus ad vicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius, et urit mundum vehementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum, et corruptio terris injicitur, et lues animantibus, et pestilens per omnia mortalibus annus inducitur. „

Ex ipso Recognitionum octavo locum hunc exhibet.

Idem loco citato Capite 31.

Clemens Romanus antistes, et martyr ita scribit: „ Arcus enim

in aere ex imagine solis hoc modo formatur. Dum enim sol in nubibus rarescentibus, ex adverso repulserit, radiosque suos directa linea humor in nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris ejus in nubibus, e quibus fulgor emicans, arcus speciem format. Sicut enim impressa cera, annuli imaginem vr exprimit, sic nubes e contra ex rotunditate solis figuram sumentes, orbem efficiunt, et arcus effigiem fingunt. Apparet autem hic non semper, sed quum rarescunt nubila caeli. Nam rursus quum in se coeunt nubes, atque densantur, confestim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate arcus aerem in perfecto gyro complectitur. Denique sine sole, et nubibus numquam apparet arcus, quia ex typo radii solis species ejus formatur." ✠ ✝

✝ Rursum Clementem adlegat Idem ib. eo citato Capite 40. „Quod etiam Clemens, discipulus Apostolorum visus est indicare, quum dicit: „Oceanus intransmeabilis est, et hi, qui ultra eum sunt, mundi."

✠ Actuum Apostolorum nomine, Recognitiones designare voluit (Chimead. Fab. 6. 139.)

Recognitiones pariter sub Historiarum nomine laudat (Sermon 243. Cortes 56: not.)

Beda De temporum ratione Capite 3.

Denique Sanctus Clemens Apostolorum discipulus, et Romanae Ecclesiae tertius post Petrum Episcopus, in sexto Historiarum suarum libro ita scribit: „In principio fecit Deus coelum, et terram; terra autem erat invisibilis, et incomposita, et tenebrae erant super abyssum, et Spiritus Dei ferebatur super aquam. Qui spiritus Dei jussu Dei, quasi ipsa conditoris manus, lucem separavit a tenebris, et post illud invisibile coelum, istud visibile produxit; ut superiora quidem habitacula faceret Angelis, inferiora vero hominibus. Propter te ergo jussu Dei aqua, quae erat super faciem terrae, secessit, ut terra tibi produceret fructus." +

Joannes Malalas Chronographiae Libro X.

Ἅτινα ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συγγέγραπται.	Quae in Actis Sanctorum Apostolorum scripta sunt.

+ Ad Recognitiones item respicit auctor operis, quod inscribitur Praedestinatus in Praefatione.

Clemens itaque Romanus Episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus Martyr, Simonis haeresim a Petro Apostolo cum ipso Simone superatam edocuit.

Neque aliud fortasse opus designare voluit (Fab. latin. 3. 69.)

Sub Clementis Papae nomine librum de Peregrinationibus Petri, idest Recognitionum opus adlegat

Godfridus Viterbiensis in Praefatione ad Chronicon.

Elias Cretensis in Scholiis ad S. Gregorii Nazianzeni Orationem I. contra Eunomianos.

Tertium de modo agendi, quod et tritum est hominum sermone proverbium, usurpatum etiam à Clemente Romano Papa eo in libro, quem de magni Apostoli Petri peregrinationibus scripsit.

Haec verba retuli ex Billii versione, quoniam Graecus Eliae textus ineditus adhuc delitescit. Pluribus, quae de Petri et Simonis disputatione, ex Recognitionum fide refert, haec premittit

In novo autem Testamento authores hos inducimus: Omnes Apostolos, Clementem Papam, Dionysium Areopagitam, Origenem, Joannem Chrysostomum, Athanasium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, aliosque nonnullos Ecclesiae Doctores.

Cedrenus in Historiarum Compendio. (p. 164. E.)

Καὶ μέντοι καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλὰ, οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πρότερον, ἅτινα Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, καὶ πάνσοφος μαθητὴς Πέτρου, καὶ συνέκδημος διηγήσατο, ἀφ' ὧν ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα.	Sed et alia signa multa fecerunt, non Romae tantum, verum ante etiam in Syria; quae Clemens Romanus, sapientissimus Petri discipulus, atque itinerum socius exposuit: indeque nos pauca petentes, hic enarrabimus.

Recentior Cedreno scriptor, Vincentius Bellovacensis, pluries Itinerarium sub nomine Clementis adlegat; (Vincentius Bellovacensis, Specul. Natural. Prologi Cap. 7. Lib. 1. cap. 64. Lib. 2. Cap. 110. Lib. 23. Cap. 62. Fab. 14. 112.) et adhuc Bellovacensi junior, Hebedjesu, (Hebedjesu, Catal. Script. Chald. p. 15.) Recognitiones item Clementi tribuit, sic enim loquitur, interprete Abrahamo Ecchellensi: = Et Clementis unius ex septuaginta, liber et Historia Petri, Pauli, et Joannis Apostolorum, ac eorum Canones cum Tractatibus aliis. = Cum his sentiunt Cortes, (Cortes, De Romano Itinere Gestisque Princ. Apost. Lib. 1. p. 55.) Germon, (Germon, De Veter. Haeret. Ecclesiast. Cod. Corruptor. Lib. 2. Par. 1. Cap. 4.) aliique, qui Recognitiones non Clementi suppositas, sed interpol ab Haereticis interpolatas potius existimant. Id jam adserendum putaverat

Rufinus de adulteratione librorum Origenis

v. Hieron. 2. 160. fin. Clemens Apostolorum discipulus, qui Romanae Ecclesiae post Apostolos et Episcopus, et Martyr praefuit, libros, quos edidit, qui Graece appellantur ἀναγνωρισμὸς, id est, recognitio: in quibus cum ex persona Petri Apostoli doctrina quasi vere Apostolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei, creatum ex nullis extantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii inseritur genus, ut naturam Diaboli, caeterorumque Daemonum, non propositi, voluntatisque malitia, sed excepta, ac separata creaturae produxerit qualitas, qui utique in caeteris omnem rationabilem creaturam docuerat, liberi arbitrii facultate fuisse donatam. Sunt etiam alia nonnulla ejus libris inserta, quae Ecclesiastica doctrina non regula omnino non recipit. Quid quaeso, de his sentiendum est, quod Apostolicus vir, imo pene Apostolus, non ea scribit, quae Apostoli scribunt? cui Paulus Apostolus testimonium dedit, dicens: „cum Clemente, et adjutoribus meis caeteris, quorum nomina sunt in libro vitae," et scribat hoc, quod libris vitae contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus, quod perversi homines ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine, tanquam facilius credenda, inseruerunt ea, quae illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt.

Hujus loci partes primam, et postremam adfert Hieronymus. (S. Hieronymus, Apolog. adversus Rufin. Lib. 2.) Porro Recognitiones licet Clementi abjudicent, ab Orthodoxo tamen auctore conscriptas, et ab Haereticis deinde corruptas censent Grab Cotelier, et Grabe. (2.79. Sermon 244. fin.) Hoc sane docere videtur de Ebionitis agens ✝

S. Epiphanius adversus Haereses Libro I. adversus haeresim 10. sive 30. Capite 15.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις, καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα· αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται, αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας ~~τοὺς~~ τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου, ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι· ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι, καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων, καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

Utuntur autem et aliis quibusdam libris, per circuitionibus scilicet, quas Petri vocant, a Clemente conscriptis, quae in illis sunt corrūpentes, et pauca vera relinquentes, adeo ut ~~et~~ eos Clemens ipse redarguat, iis, quas scripsit, circularibus epistolis, que in sanctis leguntur ecclesiis; atque ostendunt abhorrere fidei suae characterem, a doctrina, quam sub ejus nomine circuitus continent, ab illis corrupti. Ipse enim virginitatem docet, illi rejiciunt; ipse Eliam, Davidē, Sampsonem, omnesque laudat prophetas, quos illi execrantur. In circuitibus igitur omnia ad usus suos converterunt, multa de Petro mentiti, quasi is quotidie se castimoniae caussa lavisset, sicut et illi faciunt: ab animatis item, et carnibus, cum, ut ipsi solent, abstinuisset, ~~ut ipsi~~ dicunt, atque ab alio quovis cibo, qui carne constaret; siquidem ab his Ebion, et Ebionitae penitus abstinent.

Recognitiones ut apocryphas damnat

Gelasius I. Papa in Decreto de apocryphis scripturis.

Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur Sancti Clementis libri octo, apocryphum.

(lege decem)

Putat etiam Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5 Cap. 1. §. 12.) pseudepigraphos Apostolorum circuitus ψευδεπιγράφους περιόδους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, quos ab Iconoclastis jactatos rejicit Concilium Nicaenum secundum, generale septimum, actione quinta, prolixa satis eorū fragmenta proferens, a Recognitionibus distinguendos non esse. Sed hoc haud verisimile videtur, Circuitus enim illos sub Clementis Papae nomine circumferri, et vel corruptos esse, vel prorsus Clementi abjudicandos, Concilium silere vix potuisset. Itinerarium Petri inter se novi Testamenti Scripturas, quibus contradicitur, refert ille, qui vulgo se appellatur

S. Athanasius Synopseos Scripturae Sacrae Capite 76.

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα. Περίοδοι Πέτρου, περίοδοι Ἰωάννου, περίοδοι Θωμᾶ, εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶ, διδαχὴ Ἀποστόλων, Κλημέντια, ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα, καὶ θεόπνευστα. Ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα.

Novi autem Testamenti, ea, quibus contradicitur, haec sunt. Circuitus Petri, Circuitus Joannis, Circuitus Thomae, Evangelium secundum Thomam, Doctrina Apostolorum, Clementina. Ex his quaedam veriora, et divinitus inspirata, versa sunt, atq. electa, et ea sunt, quae leguntur.

Similiter Petri Itinerarium, et Clementis libros 32. Apocryphis novi Testamenti connumerat

S. Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus ad calcem Chronographiae Compendiariae.

Καὶ ὅσα τῆς νέας (διαθήκης) εἰσὶν ἀπόκρυφα· α'. Περίοδος Πέτρου στίχων ͵βψν'. β'. Περίοδος Ἰωάννου στίχων ͵γχ'. γ'. Περίοδος Θωμᾶ στίχων ͵αχ'. δ'. Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν στίχων ͵ατ'. ε'. Διδαχὴ Ἀποστόλων στίχων σ'. ς'. Κλήμεντος λβ'. στίχων ͵βχ'. ζ'. Ἰγνατίου Πολυκάρπου, Ποιμένος, καὶ Ἑρμᾶ.

Et quae novi Testamenti apocrypha sunt: 1. Itinerarium Petri versuum 2750. 2. Itinerarium Joannis versuum 3600. 3. Itinerarium Thomae versuum 1600. 4. Evangelium secundum Thomam versuum 1300. 5. Doctrina Apostolorum versuum 200. 6. Clementis libri 32. versuum 2600. 7. Ignatii, Polycarpi, Pastoris, et Hermae.

Ad Recognitiones, ut videtur respicit (Fab. latin. 5. 315. 144. col. 1. lin. 9.)

Notkerus in Notatione de illustribus Viris, qui ex intentione sacras Scripturas exponebant, aut ex occasione quasdam sententias Divinae auctoritatis explanabant Capite 10.

Liber autem sub nomine Clementis, respuitur.

Itinerarium Petri inter apocrypha numerari ait (Canis. 4. 317. fin.)

Humbertus adversus Nicetae libellum contra Latinos.

Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris et Canonibus, pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis liber, id est, itinerarium Petri Apostoli, et Canones Apostolorum numerantur inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quae decreverunt regulis orthodoxis adjungenda. *

(v. Pithou 17. t. 1. col. 1. Gratian. 1. 43.)

Auctor Recognitionum misisse se ait ad Jacobum decem volumina de his... singulis, quae apud Caesaream disserta a Petro. + Haec ex integro pe-

* Cujus loci pars in Ivonis libro Canonum, et Pannormia, (Pithou 17. t. 1. col. 1. marg.) atque in Gratiani Decreto legitur. (Gratian. 1. 43. circa fin.)

+ (Pseudo-Clemens, Recognit. Lib. 3. §. 75. Grabe 282.)

rierunt. „Plura ejusmodi, inquit Grabe, (243.) ex ipsis confictis decem voluminibus Pseudo-Clementis..., ut et ex aliis libellis, quibus sermones Petri Tripoli habitos descripsisse, et ad Jacobum se misisse dicit Lib. V. §. ult., discere possemus, si adhuc superessent. Verùm nullum horum fragmentum alicubi extans, aut à quoquam allegatum reperio. = Interci dit etiam, vel certe nusquam repertus est, Graecus Recognitionum textus, fragmento tantum ejusdem superstite, quod ex decimo Recognitionum libro profert Origenes, itemque illo, sub Bardesanis nomine, Eusebii ope servato, quod Recognitionum auctor exscripsit, et ego jam de Bardesane loquens exhibui. Latinum quoque Libri Recognitionum decimi textum, mutilum esse, Grabe suspicatur, eo quod in Codice Bodlejano optimae notae, hoc ad calcem operis adnexum legatur

Fragmentum Libri X. Recognitionum Pseudo-Clementis.

[Ex Cod. Bodlejano 105.]
super D. 1. Art. 105.

Quibus cognitis, Petrus postera die convenire populos jubet, et uno ex his, qui sequebantur eum, ordinato Episcopo, et aliis Presbyteris, plurimum quoque populum baptizavit, omnesque, qui erant vexati languoribus, saluti restituit.

Intercidit quoque Pseudo-Clementis translatio, quam elaborasse se dicit ad Rufinum scribens

S. Paulinus Episcopus Nolanus Epistola XLVI.

Credo enim in translatione sancti Clementis, praeter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiae meae penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere, vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel ut verius dicam, opinata transtulerim.

Ad quem locum Rosweydus haec adnotat: „Intelligo ... Clementem Romanum Pontificem, qui decem libros scripsit Recognitionum, quos forte Paulinus rogatu Ruffini interpretandos susceperat... Post apparet Ruffinum vel Paulini interpretationem interpolasse, vel de novo Clementinos illos libros vertisse. = Recognitiones nunc latine tantum extant ex Rufini versione ad Gaudentium Episcopum scripta, quam memorat

Gennadius in Catalogo illustrium virorum Capite 17.

Maximam partem Graecorum Bibliothecae, latinis exhibuit (Rufinus:) Basilii scilicet Caesariensis Cappadociae episcopi, Gregorii Nazianzeni eloquentissimi hominis, Clementis Romani Recognitionum libros.

v. Maffei II. 171.

Versionem ipsam commemorat etiam

S. Adhelmus de laudibus Virginitatis Capite 12.

v. Grabe 280. Clemens coelestis clavicularii primus successor, et secundus Romanae Ecclesiae dispensator; quanquam nonnulli Linum, et Anacletum in Ponti

I, 4.
p. 145–196.

ficatus regimine nequicquam sine causa praeferant; quod coelibatus castimoniam etiam antequam salutifero lavacri baptisterio, morsus ab originali piaculo purgaretur, medullitus dilexerit: ipse propriis literarum apicibus propalam testatur, dicens: „Ego Clemens in urbe Roma natus, a prima aetate pudicitiae studium gessi.„ Ergo si quod praestantissimum esse constat in cunctis virtutum gradibus, et mortalium naturae difficillimum, nondum regeneratus sibi usurpans tantopere taxaverat, quanto magis credere fas est, cum post accepta fidei rudimenta, spreto gentilium ritu, dum per provincias Petrum sequeretur divini verbi semina serentem, et propagines Evangelicae vitis credentium scrobibus pastinantem, atque Simoniae lethiferas, nec non Romaniae labruscas radicitus extirpantem, plenius ac perfectius conservavisse, qui deinceps Itinerarium Petri voluminibus digestum, luce clarius elimavit, Ruffino in Latinum ex Graecorum Bibliothecis vertente. +

in marg. : for. dilexerat. :

Pseudo-
+ „Clementis translationem, quam elaboraturus erat, ipse memorat Rufinus in Peroratione ad Heraclium in Explanationem Origenis super Epistolam Pauli ad Romanos.

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio Episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani Episcopi, Apostolorum comitis, ac successoris, de Recognitione libri, ut in Latinum vertantur. In quo opere bene novi quod laboris propria labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis, dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur.

Male Recognitionum opus latine primum fuisse scriptum, deinde Graece redditum versum, et amisso latino auctoris textu, denuo a Rufino latinitate fuisse donatum, male putat Huet, (Huet, De Clar. Interpr. Fab. 35. text. not. Cortes. 56. not.) ab his deceptus, quae scribit

Anastasius Bibliothecarius in Epistola ad Joannem Diaconum Collectaneis praemissa.

Quinimmo sicut et ipsum quoque Clementem, quem Rufinus nostrae linguae redditum, restitutum, et redeuntem ad Gaudentium scribens innuit: et quod Latine scriptus fuerit, et amissus, rursusque receptus, signanter ostendit.

Ubi plures Anastasium errasse censent viri docti, licet eum excuset Sirmondus. (Fab. Cortes. Sirmon. 3. 471. not.) Vertit etiam Rufinus Epistolam Pseudo-Clementis ad Jacobum, quae Graece quoque superest, et Decretalium Clementis prima dicitur. (Till. 162.) Epistolam istam licet Recognitionibus posteriorem Rufinus existimarit, ~~Catelier~~ Cotelier tamen nil aliud esse censet, quam Recognitionum dedicatio, = maximè, inquit Coustant, (Coustant, Append. Tomi 1. Epist. Rom. Pontif. in Monitu in Epistolam S. Clem. ad Jacob.) cùm ad calcem epistolae fingatur Clemens jussu Petri ad Jacobum mittere opus cum hac inscriptione, „Clementis epitome praedicationum Petri in peregrinationibus,„ sive ut Rufino magis placuit, „Itinerarium Petri,„. Quo dicto, statim subdit pseudo-Clemens, atque Epistolam claudit his verbis, „Caeterùm exponere ut jussus sum incipiam;„ quibus sanè aliquod opus proximè subsecuturum promittitur. Praeterea cum epistolae hujus fine ... tam aptè cohaeret Recognitionum Clementis exordium, ut opus istud hic promitti nihil propè dubitemus. Unde, subjungit, confici arbitramur, ut epistolae hujus ac mox dicti Itinerarii unus et idem sit parens. = Et haec quidem de prima epistolae parte in=

telligenda sunt, pars enim posterior, vero, et fortasse ab Isidoro Mercatore adjecta est. Ad partem illam respicit Hincmarus Remensis Archiepiscopus cum ait in Capitulo decimoquarto adversus Hincmarum alterum Episcopum Laudunensem haec ait: = Sanctus Clemens in prima Epistola ad Jacobum Hierosolymitanum Episcopum, qui et frater Domini appellatur, scripsit, quod tu in compilatione tua, sicut et nec ~~precedentia~~ praecedentia verba Leonis, ponere voluisti. = Quae autem postea refert ex = praefata, ut ipse inquit, epistola =, e parte illa posteriore petita sunt. (Lab. I. 91. col. I. c. d.) Partem istam innuit etiam Amalarius Capite XLVIII. Libri quarti de Divinis officiis a Mabillon in Analectis suis separatim edito, cum ait: (p. 94. col 2. fin) = Unde (S. Benedictus) in exordio regulae, ex decretis pontificalibus Sancti Clementis Papae, et Martyris, Petri Apostoli successoris, quaedam necessaria, ut flosculos miri odoris, et jocundi coloris, decerpit. = Ad quem locum haec notat Mabillon: = non S. Benedictus ex Clemente, sed clementis subornator ex S. Benedicto totum hoc caput accepit. Clementinae istius ad Jacobum epistolae partes sunt duae. Prior desinit in haec verba ex versione Rufini: „ Sed et nunc jam exponere quae praecepit, incipiam. „ Posterior ab eo loco in finem epistolae extenditur. Et quidem prima pars antiqui est auctoris, quippe quam Rufinus è Graeco vertit in Latinū, at pars secunda, quae in Graeco textu atque et in versione Rufiniana deest, auctorem habet nugivendulum illum Isidorum Mercatorem: eaque partim ex Bibliorum emendata per Hieronymum versione, partim ex Recognitionum per Rufinum translatarum libris, partim ex Cyrilli Alexandrini adversus Theodorum Mopsuestenum scriptis, S. Benedicti Regulâ, Venantii Fortunati expositione in Symbolum, Gregorii Magni Pastorali, et Isidori sententiis conflata est, ut Blondellus observavit. = Ad priorem Epistolae partem, secundo, ut videtur, saeculo vulgatam, pertinent quae habet

Concilium Vasense I. Canone VI.

v. Baluz. Capitular. I. 1127. Ex epistola S. Clementis utilia quaeque, praesenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, et cum reverentia ab omnibus Fidelibus, ac praecipue clericis, percipienda. Ex quibus quod specialiter placuit, propter venerandam antiquitatem statutis praesentibus roboramus, quod suprascriptus beatus martyr de beatissimi apostoli Petri v. Lab. I. 88. c. d. institutione commemorat, dicens: „ Quaedam autem etiam ex vobisipsis intelligere debetis, si qua sint, quae ipse po propter insidias hominum malorum non potest evidentius, et manifestius proloqui. Verbi gratia: si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis di-

cat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus, videlicet qui ecclesiae curam habet gerit, absque commonitione obsecundare, et averti ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum sibi gratiam reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus praeest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire coeperit monitis praesidentis, etc. „ quae in consequentibus denotant amicos eorum qui veritatis inimici sunt. +

Epistolam ad Jacobum; primam scilicet Decretalium Pseudo-Clementis, citat etiam auctor, qui vulgo vocari solet

S. Damasus in Libro Pontificali. (Lab. I. 75. a.)

In epistola, quae ad Jacobum scripta est, qualiter ei (Clementi) commissa est a B. Petro ecclesia, reperies.

Epistolas decretales Jacobi, et Clementis memorat

Herigerus Abbas in Epistola ad Hugonem monachum.

Secundo de epistolis decretalibus Jacobi, et Clementis ad alterutrum missis, in quibus ita Clemens ait de Beato Petro, sicut jam passo. Igitur Petro vivente manifestum est eum non scripsisse: et Jacobum ~~octo~~ VIII. annis manifestum est ante passionem Petri decessisse. Post passionem vero Petri, Linus XII. annis, et Anacletus totidem, cooperatores Clementis, qui Petro vere successerat extitere. Multo minus igitur istorum tempore potuit Jacobo rescribere. Post decessum vero ipsorum, cum Clemens solus nor ~~novem~~ IX. annis Romanae presideret Ecclesiae, multo adhuc minus credendum est potuisse rescribere, completo a passione Jacobi XXXII. annorum tempore.

Herigeri epistola, in qua haec verba continentur extat in primo Thesauri novi Anecdotorum volumine, a Martene, ac Durand editorum. (Coustant. Martene p. 117.) Pseudo-Clementis, et aliorum epistolas ~~nominatim~~ simul memorat

Isidorus Mercator in Praefatione ad Collectionem Canonum. (Lab. I. 5. D.)

Quarumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum interscruimus, id est, Clementis, Anacleti, Evaristi, et ceterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas, usque ad Silvestrum Papam.

Pseudo-Clementis Epistolam ad Jacobum laudat etiam Nicolaus I. Joannes VIII. Pontifices, (Coustant) aliique, quos prolixum foret recenseret. (puta Dionys. Exig. Gratian. Burchard. Ivo, ut videtur Lab. 3. 1458 b marg.) Pro altera Recognitionum editione habentur a nonnullis (Grabe 287. Fab. 37) τὰ Κλημέντια = Clementina =, quae sive Homiliae quaedam sub Clementis nomine repertae, atque e Codice Parisiensi, Graece, et latine primum editae a doctissimo Cotelier. (Fab.) Has autem Homilias diversas censet Grabe, a Κλημεν-

+ verba quedam Epistolę ad Jacobum ex eorum numero quae hoc loco adferuntur, laudat etiam Joannes VIII. Papa in Epistola 234. ad Egilbertum Episcopū.

Item beatus Clemens, Jacobo fratri Domini scribens, ita de se apostolum Petrum, populum admonuisse commemorat: „ Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse. „

Ita et ~~Pseudo~~ Pseudo-Fabianus Papa in Epistola I. ad Catholicae Ecclesiae comministros.

Unde et beatus apostolorum princeps Petrus, in ordinatione Clementis alloquens populum, inter cetera ait.

Ad Locum ipsum, quem Pseudo-Fabianus adfert, producit etiam Pseudo-Alexander Papa I. in Epistola I. ad omnes orthodoxos.

Unde et beatus princeps apostolorū Petrus, in ordinatione Sancti ac praedecessoris nostri Clementis, instruens clerum, et populum ait.

Locum alium epistolae ad Jacobū innuit Pseudo-Anacletus in Epistola I. ad Episcopos omnes, et fideles.

Nam, ut ait beatus Clemens, antecessor noster, similis est omnis Ecclesiae status navi magnae, quę per undosum pelagus, diversis e locis, et regionibus viros portat, ad unā potentis regni urbem properare cupientes.

τίοις = Clementinis =, quae memorat Auctor Synopseos scripturae Sacrae, loco, quod quem supra retuli, atque sequioris aevi Scriptor Nicephorus. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 14. Grabe 287.) Hos respexisse putat idem auctor ad Homilias alias, = quarum primam, ut ait, „de Providentia et justo Dei judicio„ citat Anastasius. = Locum Anastasii jam protuli agens de perdito Clementis Alexandrini scripto de Providentia. Ad Homilias igitur illas, Auctori Synopseos, ut censet, ac Nicephoro memoratas, pertinere existimat Grabe fragmentum illud Clementis, quod exhibet

S. Basilius De Spiritu Sancto Capite 29.

v. Basil. op. Coustant 46. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος „Ζῇ, φησιν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.„

Sed et Clemens antiquior„ vivit, inquit, Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus Sanctus.„

Clementem et paulo supra laudaverat

Idem loco citato.

Εἰρηναῖος ἐκεῖνος, καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Διονύσιος.

Irenaeus ille, et Clemens Romanus, et Dionysius Romanus, Alexandrinusque Dionysius.

Ad Κλημέντια, Auctori Synopseos, et Nicephoro memorata referendum pariter autumat Grabe (300. fin. 288.) illud quod e manuscripto Codice + descripsit Cotelar,

+ in notis ad Recognitiones

Fragmentum Pseudo-Clementis. (Coustant 44.)
[Ex Cod. Reg. Parisien. 1026.]

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον, τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Sancti Clementis Episcopi Romae, qui post Apostolum Petrum, apostolicae sedi praefuit, In Spiritum Sanctum.

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα, διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. Τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦ ἦν, καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. Ἀνάστασις δέ ἐστι πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ~~ἐο~~ ἐπιφάνεια τοῦ υἱοῦ, ἣ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε.

Beatus qui clausos oculos aperuit, expulsumque spirandi difficultate spiritum, denuo per resurrectionem adsumpsit. Hoc erat humi jacere, et in pedes non stare, veritatem non habere. Resurrectio autem est Patris agnitio, et adparitio Filii, qua sensus manifestavit.

Μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ πατρὸς δόσιν δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου πνεύματος. Μακάριος ὁ γινώσκων, καὶ λαβὼν, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστερᾶς παρέσχε. Τὸ γὰρ ζῶον ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐστιν. Ἄκακος δὲ ὁ πατὴρ πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀνόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον, ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμήσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. Ἔστιν οὖν τοῦτο ἅγιον, καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. Τοῦτο οἱ λαβόντες τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

Beatus vir, qui cognoscit donum Patris per processionem Sanctissimi Spiritus. Beatus qui cognoscit, et comprehendit, Spiritum Sanctum esse donum ejus. Et hoc in figura columbae traditum. Animal enim illud, innocentiam habet, ac felle caret. Innocens autem Pater, innocuum Spiritum dedit, ab ira, et acerbitate vacuum, perfectum, impollutum: eum e propriis visceribus emittens, ut saecula componeret, atque invisibilis cognitionem tribueret. Est igitur Spiritus iste sanctus, et rectus, ab ipso procedens, virtus ejus, et voluntas, qui ad plenitudinem gloriae ejus adparuit. Qui hunc accipiunt signo veritatis, et perfectae gratiae signantur.

Observat tamen ~~Cu.~~ Coustant (Coustant, Epist. Rom. Pontif. in not. ad Fragm. VI. epist. S. Clem. p. 48.) tum istud, tum illud, quod Basilius exhibet fragmentum + ad ~~ep~~ unam, vel alteram ex epistolis Clementis ad Corinthios, que ~~ma~~ nonnisi mutilae ad nos pervenerunt. Et quoniam mentio hic Epistolarum Clementis ad Corinthios occurrit, liceat obiter notare quod viris doctissimis Grabe, et Coustant (p. 6) minime animadversum fuit, ~~primam nempe ex epistolis illis respicere~~ ad Cyrillum Hierosolymitanum, (S. Cyrillus Hierosolymitanus, Catecheses. 18. Cap. 8.) ~~dum Clementem allegat, de~~ fabulosa Phoenice loquens, ~~quam memorat Clemens~~ + in capite illius epistolae ~~XXV. Quaedam etiam Clementis verba, ibi Cyrillus usurpat. (p. 248. not. Coustant 22. 6.)~~ Clementinis Auctori Synopseos Scripturae sacrae, et Nicephoro memoratis, petita existimat Grabe, + quae refert

+ pertinere posse

+ tum ea quae e Pseudo-Clemente proferuntur ab auctore Collectaneorum de dogmatis fidei, e Scriptoribus Ecclesiasticis; tum ista,

Chronicon Paschale, de Nembrod. (p. 24. c.)

Λέγει δὲ περὶ τούτου (Νεβρὼδ) Πέτρος ὁ Ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια, πῶς ἦρξεν εἰς Βαβυλῶνα ἐν Αἰγύπτῳ κληρωθεὶς φησὶ γὰρ Πέτρος: „Οὗτος ὁ Νεβρὼδ, μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους, καὶ οἰκήσας εἰς Νῖνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσοὺρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν. Αὐ

De hoc autem (Nembrod) narrat Petrus in Clementinis, ut ille in Babylone regnaverit cum patriam regionem sortitus esset Aegyptum. Ait enim Petrus: „Nembrod iste, cum ad Assyrios ex Aegypto migrasset, et urbemque Ninum, quam Assur condidit habitasset, civitatemque struxisset, quae erat Babylonis, ex eo, urbi nomen imposuit. Ipsum vero

Nembrod, ✝ τὸν Νῖνον τὸν Νεβρὼδ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν. Οὗτος διδάσκει Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ. Ἔνθεν καὶ πρῶτον αὐτὸν βασιλέα μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐποίησαν οἱ Ἀσσύριοι τοῦτον, ὃν μετωνόμασαν Νῖνον.„ Ταῦτα Πέτρος περὶ τούτου.

Nembrod, Ninum Assyrii vocarunt. Hic Assyrios docuit ignẽ colere. Unde et primus ab iis post Diluvium Rex creatus est, ac mutato nomine Ninus est dictus.» Haec de illo Petrus

Quae sane neque in Clementinis a Cotelier editis, neque in Recognitionibus occurrunt. (Grabe 301.) Opus, e quo fragmentum hoc depromptum fuit, respici etiam videtur (Fab. 6. 208.)

Ibidem, de generationibus X. ab Adam usque ad Noe.

Ὅθεν καὶ Πέτρος ὁ Ἀπόστολος ἀφηγεῖται Κλήμεντι, λέγων· „Ἑνί τινι δικαίῳ μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ Νῶε, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ ἐν λάρνακι διασώζεσθαι προανήγγειλεν, ἵνα πάντων τῶν ἀκαθάρτων ὀλοθρευθέντων, ὁ κόσμος καθαρισθῇ, ἐν αὐτῇ τῇ λάρνακι διασωθεὶς, εἰς δευτέραν περιουσίαν καθαρὸς ἀποδοθῇ. Ὅμως καὶ τούτων γενομένων, οἱ ἄνθρωποι ἤρξαντο ἀσεβεῖν.» ✝

Unde et Petrus Apostolus Clementi narrat, dicens: „Cuidã viro justo cum liberis, Noe cum filiis suis, in arca salvari praenuntiavit, ut immundis omnibus addictis exitio, mundus purificaretur; ~~ipse~~ atque in arca ipsa servatus, ad secundam posteritatem purus redderetur. Attamen his quoque gestis, rursus homines impie agere coeperunt.»

✝ Aliquanto post haec laudantur

Ibidem, de Noe.

Τοῦτον (Ζωροάστρην) ἠνίξατο Πέτρος εἰπὼν, ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἀσεβεῖν ἤρξαντο. ...

Hunc (Zoroastrem) innuit Petrus dicens, post diluvium rursus homines impie agere coepisse.

Clementina laudat etiam Nico monachus, et Archimandrita in Pandecte manuscripta de interpretationibus praeceptorum Dei, quę habetur Parisiis in Bibliotheca Regia, atque etiam, sed valde manca, in Venetiis in Bibliotheca Naniana.

E Scriptis reliquis Clementi Romano suppositis, nullum ad saeculum secundum pertinere videtur, licet Constitutiones Apostolicas Clementi ipsi tributas, eodem saeculo exeunte a Recognitionum auctore conscriptas censeat Blondel, quem refutat Grabe. (Grabe, Spicil. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. S. Clementis Rom. Scripta genuina et supposit. p. 283.) Constitutiones has e variis Ecclesiasticis διδασκαλίαις, διδαχαῖς, διατάξεσι primi, secundi, et tertii saeculi conflatas censet Usserius, (Usserius, Prolegom. ad S. Ignat. Epist. Cap. 7.) Pearson, (Pearson, Vindic. Epist. Ignat. Par. I. Cap. 4. Grabe 284. Fab. 34. not.) Le Moyne, (Le Moyne, not. ad Var. Sac.) Grabe, et Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 12. p. 34.) Citantur posteriorem Apostolorum Constitutiones δεύτεραι τῶν Ἀποστόλων διατάξεις in quodam ex Fragmentis, quae sub Irenaei nomine e Codice Taurinensi edidit Pfaff, sed haec spuria videntur, ut suo loco dicam.

Craton.

Scripserit ne Craton Episcopus, an non, haud satis indicat auctor operis inscripti:

Praedestinatus Libro I. Capite 33.

Hos (Theodotianos) obtinuit Craton episcopus Syrorum.

Alibi sane Cratonis hujusce mentio non occurrit. (Till. 3. 69. fin.)

S. Diodorus Episcopus Cretensis.

Diodorus Cretensis Episcopus Secundianos damnavit, si ulla fides auctori operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 12.

Hos (Secundianos) damnavit Diodorus Episcopus Cretensis.

Dioscorus; ~~alibi~~ non Diodorus legitur

Ibidem loco citato Capite 20.

Hos (Archonticos) Sanctus Dioscorus Cretensis Episcopus condemnavit; ~~Nescio an ideo Diodorus hic, vel Dioscorus inter Scriptores referri mereat.~~ Docens unum, et verum Deum in partes substantiales dividi omnino non posse. Hunc esse Deum, qui se et prophetis ostendit, et in se credentes ab omnibus periculis liberavit, sicut Noe, sicut Abraham, Isaac, Jacob, filiosque Israel, Jonam, Susannam, tres pueros: et innumerabiles erga credentes in se, quae ostendit Deus signa virtutum, quibus se solum Deum ostenderet. Adquiescentes veritati recepit, dissententes vero aeterna abominatione punivit.

Nescio an ideo Diodorus hic, vel Dioscorus inter Scriptores referri mereat.

S. Dionysius Corinthi Episcopus.

Dionysius Corinthiorum Episcopus ob conscriptas epistolas clarus sub M. Aurelio Antonino principe floruit, ut testatur

Eusebius in Chronico Anno Domini 173. Olympiade 237.

Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus habetur, et Pinytus Cretensis vir eloquentissimus.

Ita et

S. Prosper in Chronico. (pag. 587)

Eodem tempore Dionysius episcopus Corinthiorum clarus fuit, et Pinytus Cretensis vir eloquentissimus.

Idem testantur Beda et Ado Viennensis, ~~et Beda,~~ cujus locum de Claudio Apollinari agens jam protuli; itemque

Hermannus Contractus in Chronico Aetate sexta anno Christi 171.

His temporibus Egesippus, Dionysius Corinthi Episcopus, et Pinitus Cretae Episcopus clari habentur.

Nec dissonat

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5653. Christi 153.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου, ἱερὸς ἀνὴρ, ἐγνωρίζετο.	Dionysius Corinthi Episcopus, sacer vir, innotescebat.

Martyrium sustinuisse Dionysium testantur tum ipse Syncellus loco, quem postea referam, tum

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio.

* τοῦ Εὐσεβοῦς, Ἐπὶ τούτου (Ἀντωνίνου*) Πολύκαρπος ὁ μαθητὴς Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος Κορίνθου, ἐμαρτύρησαν.	Sub hoc (Antonino Pio) Polycarpus Joannis Evangelistae discipulus, Justinus philosophus, et Dionysius Corinthi episcopus, martyrium pertulerunt.

Consentanea tradit

Michael Glycas Annalium Parte III.

Ἐφ᾽ οὗ (Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς) καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ Ἐπίσκοπος Κορίνθου, τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐ=	Sub quo (Antonino Pio) et Justinus Philosophus, et Dionysius Corinthi Episcopus, martyrio vitam

δέξαντο.

martyrio clauserunt.

Dionysium ense sublatum legimus in Graecorum Menæo. = Mirum vero, inquit Grabe, (Grabe Spic. SS. Patr. ut et Haeret. Saec. post Christ. nat. I. II. et III. Dionysius Corinthius.) quod vitae Dionysii nec à Simeone Metaphraste, nec alio quopiam descripta fuisse videatur. Sane neque Halloixius et Papebrochius in istis, quorum aditus eis patuit, Bibliothecis invenerunt; neque ego in Bodlejana tale aliquod scriptum reperire potui; quae tamen et Simeonis Metaphrastae et aliis ejusmodi pluribus abundat Manuscriptis Codicibus = Dionysii martyrium non agnoscit Romanum Martyrologium, quod de Dionysio ipso haec habet: (Till. 2. 451.) = Apud Corinthios B. Dionysii Episcopi, qui eruditione et gratia, quā habuit in verbo Dei, non solum suae civitatis, et provinciae populos, sed et aliarum Provinciarum et urbium Episcopos epistolis erudivit; Romanosque Pontifices adeo coluit, ut eorum epistolas publice legere in Ecclesia diebus Dominicis consueverit. Claruit autem temporibus Marci Antonini Veri, et Lucii Aurelii Commodi. = Dionysium Corinthiorum episcopum, Ecclesiasticorum Scriptorum doctissimis connumerat

+ Sec II.

S. Hieronymus in Epistola 84 ad Magnum.

Quid loquar de Melitone Sardensi episcopo? quid de Apollinario Hierapolitanae Ecclesiae sacerdote, Dionysioque Corinthiorum episcopo, et Tatiano, et Bardesane, et Hirenaeo Photini martyris successore: qui haereseon singularum venena, ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt.

In Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, Hieronymus ipse haec de Dionysio scribit: (S. Hieronymus, Catal. Scr. Eccl. Cap. 27.) = Dionysius, Corinthiorum Ecclesiae episcopus, tantę eloquentiae, et industriae fuit, ut non solum suae civitatis, et provinciae populos, sed et aliarum provinciarum, et urbium episcopos epistolis erudiret. E quibus est una ad Lacaedemonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedienses, quarta ad Cretenses, quinta ad ecclesiam Amastrianam, et ad reliquas Ponti ecclesias, sexta ad Gnossianos, et ad Pinytum ejusdem urbis episcopum, septima ad Romanos, quam scripsit ad Soterem episcopum eorum, octava ad Chrysophoram sanctam feminam. Claruit sub imperatore M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo. = Haec jam narraverat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 23.

Καὶ πρῶτόν γε περὶ Διονυσίου φατέον· ὅτι τε τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας τὸν τῆς Ἐπισκοπῆς ἐγκεχείριστο θρόνον, καὶ ὡς τῆς ἐνθέου φιλοπονίας οὐ μόνον τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφθόνως ἐκοινώνει· χρησιμώτατον ἅπασιν ἑαυτὸν καθιστὰς, ἐν αἷς ὑπετυποῦτο καθολικαῖς πρὸς τὰς Ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς. Ὧν ἐστιν ἡ μὲν πρὸς Λακεδεμονίους, ὀρθοδοξίας κατηχητικὴ, εἰρήνης τε, καὶ ἑνώσεως ὑποθετικὴ· ἡ δὲ πρὸς Ἀθηναίους, διεγερτικὴ πίστεως, καὶ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας ἧς ὀλιγωρήσαντες ἐλέγχει, ὡς ἂν μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου, ἐξ οὗπερ τὸν προεστῶτα ~~αὐτὸν~~ αὐτῶν Πούπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καθαστάντος αὐτῶν Ἐπισκόπου μέμνηται, ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. Δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν, κατὰ τὰ ἐν ταῖς πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῆς Ἀθηναίων παροικίας τῆς Ἐπισκοπῆς ἐγκεχείριστο.

Et primum quidem de Dionysio dicendum, qui Corinthiorum Ecclesiae Episcopatum gessit, divinosque labores suos non tantum sibi commissis, sed aliarum etiam regionum populis abundanter communicavit: omnibus se utilissimum reddens, in ~~Ca~~ Catholicis, quas ad Ecclesias scripsit epistolis. E quibus una est ad Lacedaemonios, ad rectam fidem instituens, pacemque, et unitatem praecipiens. Altera vero ad Athenienses scripta est, fidem excitans, et Evangelicae regulae studium, quod cum negligerent Athenienses incusat, quippe qui a fide jam pene ~~desciverant~~ jam idem, postea quam Publius eorum antistes, in persecutionibus eo tempore obortis martyrium oppetiisset. Quadrati etiam meminit, qui post Publii Martyrium, eorum praeerat Ecclesiae; ejus cura Athenienses convenisse, ~~et~~ rediviamque fidem recuperasse testatus. Areopagitam preterea Dionysium, a Paulo Apostolo ad fidem conversum, quemadmodum in Apostolorum Actibus legitur, primum omnium ostendit Atheniensis Ecclesiae suscepisse episcopatum.

Dionysium Corinthium, Areopagitae meminisse testatur etiam (p. X. fin.)

S. Maximus in Prologo ad Opera S. Dionysii.

Μνημονεύει δὲ τοῦ Ἀρειοπαγίτου καὶ Διονύσιος ἀρχαῖος Κορινθίων ἐπίσκοπος, καὶ Πολύκαρπος ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῇ αὐτοῦ.

Areopagitae autem meminerunt et Dionysius antiquus Corinthiorū Episcopus, ac Polycarpus in sua ad Athenienses epistola. ≠

≠ Ubi delenda putat Valesius verba: καὶ Πολύκαρπος.

Idem adserit ipse de Areopagita loquens

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 4.

Τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐκκλησίας πρῶτον Ἐπίσκοπον (Ἀρεοπαγίτην) ἀρχαίων τις ἕτερος, Διονύσιος τῆς Κορινθίων παροικίας ποιμὴν ἱστορεῖ γεγονέναι.

Atheniensis Ecclesiae primum fuisse Episcopum (Areopagitam) refert ~~alius~~ e veteribus ~~scriptor~~ Dionysius quidam alter Corinthiorum Ecclesiae Pastor.

Alias Dionysii epistolas commemorat

Idem loco citato Libro IV. Capite 23.

Ἄλλη δ' ἐπιστολή τις αὐτοῦ

Alia autem ejusdem (Dionysii)

(Διονυσίου) πρὸς Νικομηδέας φέρεται, ἐν ᾗ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν πολεμῶν τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι. Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν, ἅμα ταῖς λοιπαῖς κατὰ Κρήτην παροικίαις ἐπιστείλας, Φίλιππον Ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται, ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις μαρτυρουμένης ἀνδραγαθίας τῆς ὑπ᾽ αὐτὸν Ἐκκλησίας, τήν τε τῶν αἱρετικῶν διαστροφὴν ὑπομιμνήσκει φυλάττεσθαι. Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Ἄμαστριν ἅμα ταῖς κατὰ Πόντον ἐπιστείλας, Βακχυλίδου μὲν, καὶ Ἐλπίστου, ὡς ἂν αὐτὸν ἐπὶ τῷ γράψαι προτρεψάντων μέμνηται· γραφῶν τε θείων ἐξηγήσεις παρατέθειται; Ἐπίσκοπον αὐτῶν ὀνόματι Πάλμαν ὑποσημαίνων. Πολλὰ δὲ περὶ γάμου, καὶ ἁγνείας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ: καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ᾽ οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιφέροντας δεξιοῦσθαι προστάττει. Ταύταις ἄλλη ἐγκατείλεκται πρὸς Κνωσσίους ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ Πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον παρακαλεῖ; μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας.

forte Βαχύλλου ut dixi p. 37.

fertur epistola ad Nicomedenses, in qua haeresim Marcionis impugnatens, regulae veritatis adhaeret. Ecclesiae vero Gortynensium, caeterisque simul scribens ~~Cre~~ Ecclesiis Cretae, Philippum earum Episcopum probat, quippe cujus Ecclesiae maximae strenuitatis laudem, commune testimonium vindicabat: monetque ut ab haereticorũ caveant versutia. Ecclesiae item Amastrianorum, et reliquis simul, quae in Ponto litteras scribens Bacchylidis, et Elpiste, meminit, utpote ~~veluti~~ qui se ad scribendum hortati erant, sacrarumque Scripturarum expositiones adfert, ~~Palmam~~ Ecclesiarum illarum Episcopum, Palmam nomine adpellans. Multa de nuptiis, et castitate monet, omnesque a lapsu quovis, sive delicto, aut ab haeretico errore resilientes jubet admitti. His alia conjungitur epistola, in ad Gnossios, in qua Pinytum Ecclesiae illorum Episcopum Dionysius hortatur, ne grave circa castitatem onus fratribus tamquam necessarium imponat, sed infirmitatis plerisque propriae, rationem habeat. #

~~Dionysii Epistolam ad Pinytum~~ laudat ~~S. Hieronymus~~ in Catalogo Scriptorum ~~Ecclesiasticorum Capite~~ 27.

Paucis de Pinyto interpositis, haec subjungit

Idem loco citato.

Ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ ἡ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, Ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα. Ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις, δι᾽ ὧν τὸ μέχρι τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος, ταῦτα γράφει· „ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, Ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ~~ταῖς~~ ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν· ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας· ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι᾽ ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες, ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν Ἐπίσκοπος Σωτὴρ; ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν· ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους· λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς, ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν.„ Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς; δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν „Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.„

Praeterea fertur Dionysii ad Romanos epistola, Soteri Romae tunc episcopo inscripta, e qua nil non absurdum fuerit verba hic adponere, quibus scilicet Romanorum celebrans morem, ad nostri usque temporis persecutionem servatum, haec scribit: „Ab initio enim haec vobis consuetudo est, fratres, omnes variis beneficiis adficere, Ecclesiisque compluribus in quavis urbe constitutis, subsidia transmittere; tum egentium hoc modo sublevantes inopiam; tum fratribus in fodinis laborantibus necessaria suppeditantes, atque per haec, quae ab initio mittere consuevistis subsidia, acceptum a majoribus morem Romanorum Romani servantes. Quem beatus vester Episcopus Soter, non retinuit modo, sed etiam adauxit; destinata sanctis dona copiosa transmittens; beatisque sermonib. advenientes fratres, consolans, tamquam filios suos benevolus pater.„ In hac ipsa autem epistola, Clementis etiam ad Corinthios epistolam memorat, eam in ecclesia jampridem e veteri consuetudine legi solitam fuisse ostendens his verbis: „Hodie igitur sanctam Dominicam transegimus diem, in qua epistolam vestram perlegimus, eamque perpetuo legentes, non secus ac priorem illam, ad nos a Clemente conscriptam, unde doceamur habebimus.„

Cum hoc jungendum putat Valesius (Valesius, Ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 23.) illud Dionysii fragmentum, quod exhibet

Idem loco citato Libro II. Capite 25.

v. Syncell. 264. e. 271. c.

Ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων Ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν, ὧδέ πως παρίστησιν· „Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου, καὶ Παύλου φυτείαν ~~γενηθε~~ γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε, καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες, ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὁμό-

Ambos autem eodem tempore martyrium fuisse passos, ~~testatus~~ Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens testatur his verbis: „Ita et vos, tanta admonitione vestra, Romanorum, Corinthiorumque germen, quod Petri, ac Pauli curis pullulavit, commiscuistis. Ambo enim illi in nostra Corinthi civitate serentes, nos pari modo instituerunt, atque in Italiam profecti cum una similiter ~~vos~~

σε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.»

docuisent, martyrium eodem tempore oppetierunt.

Praestantissimum Coustant hic locus praeteriit, Dionysii Epistolae ad Romanos fragmenta colligentem. Locum ipsum Dionysii adfert etiam, haec ei verba praemittens

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5563. Christi 63.

Τούτοις ἀκόλουθα ὁ Διονύσιος ὁ Κορίνθου ἐπίσκοπος γράφει, ὃς δηλονότι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐμαρτύρησε...

Leg. ὡς, et ἐμαρτύρησαν.

Hic consentanea Dionysius Corinthi Episcopus tradit, eodem scilicet tempore eos martyrium subiisse.

Dionysium hac de re agens citat etiam

Michael Glycas Annalium Parte III.

Ἀλλὰ Τερτουλλιανός τις ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃ λαμπρῶν, καὶ Γάϊος ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς, καὶ Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου, + γράφουσι καθ' ἕνα καιρὸν, καὶ ὁμοῦ μαρτυρῆσαι Πέτρον, καὶ Παῦλον, τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Νέρωνος.

Sed et Tertullianus vir quidam Ecclesiasticus apud Romanos illustris, et Cajus vir ecclesiasticus, et Dionysius Corinthi Episcopus scribunt eodem tempore, et simul Petrum, et Paulum martyrium fuisse passos, decimotertio imperii Neronis anno. +

\+ Ita et auctor libri tantum editi, a Surio latine, De certaminibus, peregrinationibus, vita, et morte SS. Petri, et Pauli. Gajus vero quidam vir Ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanus Episcopus, et Dionysius Episcopus Corinthius, scribunt, uno tempore, et simul Petrum, et Paulum subiisse martyrium, tertiodecimo anno imperii Neronis: Dicunt enim Neronem eo tempore fuisse motum adversus Christianos, propter ejus foeminas, quae in Dominum crediderant, et pudice, casteque vivere statuerant: nec cum eo congredi deinceps sustinebant: non autem propter Simonem magum.

Aliud epistolae Dionysii ad Romanos fragmentum servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 23.

Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς (Διονύσιος) καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν ὡς ῥᾳδιουργηθεισῶν ταῦτα φησὶν. «Ἐπιστολὰς γὰρ, ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου Ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες· οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. Οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥᾳδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.»

Idem praeterea (Dionysius) de propriis epistolis utpote corruptis haec ait: «Epistolas enim, cohortantibus scribere fratribus, scripsi. Et has apostoli Diaboli zizaniis repleverunt, expungentes quaedam, quedam addentes: quibus illud Vae imminet. Non igitur mirum est Divina quoque scripta vitiare quosdam ausos esse, cum id in inferioribus scriptis adgressi sint.»

De altera Dionysii epistola haec statim subdit

Idem loco citato.

Καὶ ἄλλη δέ τις παρὰ ταύτας ἐπιστολὴ τοῦ Διονυσίου φέρεται, Χρυσοφόρᾳ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ ἐπιστείλαντος· ἧ τὰ κατάλληλα γράφων, καὶ τῆς προσηκούσης καὶ αὐτῇ μεταδίδου λογικῆς τροφῆς. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Διονυσίου τοσαῦτα. +

~~Alia~~ Sed et alia praeter istas Dionysii epistola fertur, ad Chrysophoram sororem fidelissimam missa, cui convenientia scribens spiritale, quod sibi decet, nutrimentum, et ipsi suppeditat. Ac Dionysii quidem haec sunt scripta.

\+ Dionysii Epistolam ad Ecclesiam Gortynensem, caeterasque Ecclesias Cretae laudat

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 30.

Cujus (Philippi) Dionysius in epistola sua meminit.

Dionysius Areopagita cum Corinthiorum Episcopo confunditur in his quae habet

Liberatus in Breviario Causae Nestorianorum, et Eutychianorum Capite 10.

In quibus (Cyrilli scriptis) continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia, id est, Felicis Papae Romani, Dionysii Areopagitae Corinthiorum Episcopi, et Gregorii mirabilis θαυματουργοῦ cognominati.

Ubi vocem = Areopagitae = expungendam putat Warthon. (Warthon, ad Usser. disert. de S. Dionys. Areopag. Fol. 191.) Ast error fortasse non librario, sed Liberato, aut Cyrillo tribuendus est. (Till. 675.) Dionysium illum, cui Pseudo-Julii Papae epistola inscribitur, perperam, ut videtur Corinthi episcopum vocat

Leontius de Sectis Actione VIII.

Παραφέρουσι δὲ καὶ ἑτέραν χρῆσιν ὡς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, κειμένην ἐν τῇ πρὸς Διονύσιον τὸν Κορίνθου ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ· «Θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων.»

Proferunt autem alterum quoque veluti beati Julii locum, ex epistola ad Dionysium Episcopum Corinthi petitum, cujus initium: «Miror de quibusdam audiens.»

«Et verò, inquit Coustant,... (Coustant, Append. ad Tomi I. Epist. Rom. Pont. in ~~Monitu~~ Admonit. in Epistolam Jul. ad Dionys.) graviter hallucinatus est Leontius, si Dionysii Corinthiorum Episcopi nomine illum intellexit celebrem antistitem, cujus extat ad Soterem papam epistola.» Similiter erravit Baronius, (Baronius, Annal. an. Christi 141. §. (2.)) dum Dionysium illum, cujus sententiam de ~~homine~~ Judaeo arena baptizato, referunt Moschus, (Moschus, Prat. Spiritual. Cap. 176.) et Nicephorus, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 3. Cap. 26.) cum Corinthiorum episcopo eumdem existimavit. Baronii errorem notant Halloix, (Halloix, de illust. Oriental. Eccl. Script. in Not. ad Vit. S. Dionys. Episc. Corin. Cap. 3.) Papebroch, Grabe, (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Dionys. Corinth.) et Tillemont. (Tillemont, Mem. pour serv. à l'His. Eccl. Note sur Saint Denys de Corin. Touchant divers. chos. peu assurées que l'on en dit.)

Dionysius Hierosolymorum Episcopus.

Dionysium Hierosolymitanum Episcopum, solus e veteribus memorat auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 34.

His (Melchisedechianis) occurrit Dionysius Hierosolymorum Episcopus, dicens hunc (Melchisedech) et patrem habuisse, et matrem, et hoc ideo dixisse Apostolum; quia et genealogia ipsius, et materna, paternave prosapia, non haberetur in eo ordine, in quo lex Hebraeorum adscripta est, cum Deo utique placuerit generatio Hebraeorum.

S. Epiphanius Ancyrę Episcopus.

De Epiphanio Ancyrae Episcopo haec habet

Praedestinatus Libro I. Capite 25.

Contra hos (Tatianos) suscepit Sanctus Epiphanius Ancyrae Galatiae Episcopus, objiciens eis Pauli Apostoli epistolam ad Timotheum primam, eo quod habeant cauteriatam conscientiam, prohibentes nubere, et abstinere docentes a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, et his, qui cognoverunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, et nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, et orationem. Abstinentes autem nostros Catholicos idcirco laudamus, quia quando non accipiunt cibos, quasi qui dicant malum esse accipere, sed bonum dicunt, et optimum, quod se asserunt esse ad percipiendum indignos: Sic fit ut et illud statutum Apostoli conservetur, quod ait: „Non manducans, manducantem non judicet, et manducans, non manducantem non spernat.“ Non enim creaturam accusat, sed se esse talem pronuntiat, quo se dicat hujus epulis refici non mereri.

MS. Aug. non habet: quando

MS. Aug. qui se dicat.

Evander.

Locum: ne inter Ecclesiasticos Seculi secundi Scriptores ~~inte Eoo~~ Evandro Nicomedensi Episcopo tribuam, incertus plane sum. De eo loquitur

Praedestinatus Libro I. Capite 17.

Contra hos (Ophitas) surexerunt Bithyniae provinciae sacerdotes, id est, civitatis Calchedoniae, et Nicomediae Episcopi Theocritus, et Evander, et confutantes eos publice superarunt: atque superventum facientes eis per collegia eorum, in Bithiniae, ut dixi, partibus per possessiones clanculo, ubi haec ipsa perpetrabant, et sacerdotes eorum eliminarunt, et serpentes occiderunt, ac rationem reddentes omni populo, maximam partem plebis ab hoc periculo liberarunt.

Sed Praedestinati narrationes semper suspicioni subsunt, quoniam saepe falsitate notantur, inquit Tillemont. (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Les Heres. des Ophit. et des Sethiens. 2. 289.)

S. Euphranon.

Euphranonem Rhodium Episcopum Severianos damnasse ait

Praedestinatus Libro I. Capite 24.

Hos (Severianos) damnavit S. Euphranon Episcopus Rhodius, apud Rhodum enim horum superstitio orta est. Quos convincit Scripturarum ratione sanctarum, in quibus legitur Deus educere de terra panem ad confirmandum cor hominis, et vinum ad lætificandum. Vini autem non usus necessarius, sed nimietas inimica saluti culpanda est. Carnis vero resurrectionẽ ab illo promissam esse, qui in praesenti mortuos suscitabat: qui si mentitus fuisset, mortuos utique suscitare non ~~possuit~~ potuisset. Sanctos esse apices ~~Testamenti~~ Testamenti veteris, sicut fundamenta domus praeclare docuit, dicens, „ Fundamenta domus circa squalida loca sunt posita, ut ea, quae sunt superius nullam contumeliam stercorum patiantur. Superiora ergo domus, laquearibus auratis; parietibus pictis, et ~~varia~~ vario marmorum metallo sunt edita. Inferiora vero, humori terreno vicina, ~~diges~~ digesta etiam superiorum universa suscipiunt. Quid ergo nunc faciemus? si auferimus inferiora, superiora corruunt. Tamen si destruenda erant inferiora, non hoc alius poterat, nisi Dei Filius facere. Videamus ergo utrumnam ipse destruxerit hoc, quod nos dicimus permanere. Putatis, inquit, quia veni legem destruere, aut prophetas? Non veni legem solvere, sed adimplere. „ Haec, et his ~~a~~ similia dicens Sanctus Euphranon Episcopus, multos convertit, in errore vero perseverantes, perpetua sanctione a communione privavit.

Eustachius.

Eustachii Lilybaeorum, ut è inquit, Episcopi, meminit
Praedestinatus Libro I. Capite 16.

Ms. Aug Eustasius. Contra hunc (Heracleonem) susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybaeorum, et Panormaeorum Theodorus. Quique omnium, qui per Siciliam erant Episcoporum Synodum exorantes, gestis eum audire decreverunt: et universas adsertiones ejus dirigentes ad Sanctum Alexandrum urbis Episcopum, rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret.

Fabulas hasce rejicit Grabe, (Grabe, Spic. S. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Heracleon Haereticus.) qui postquam recte notasset Alexandrum ante ortam Heracleonis heresim, vita excessisse, mirari itaque subit, inquit, Doctissimum Baluzium impostoris hujus Fidei tantum tribuisse, ut ipso solo auctore, in Novae Conciliorum collectionis prima fronte collocarit „ Concilium Siculum, circa annum Christi 125. habitum, „. cùm nec hujus Concilii, nec eorum, qui illud convocasse dicuntur Episcoporum, Eustachii Lilybaeorum, et Theodori Panormenorum, ulla in antiquiorum monumentis facta sit mentio. = Concilium hoc Siculum fabulosum existimant etiam Pearson, (Pearson, Till. 604.) et Tillemont,* (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hi. Ecl. Not. sur les Valentin. note 3. Fabl. du Predestin. sur Heracl. condanné par S. Alex. Pape.) Errat Pagi, (Pagi Breviar. Historico-Chronologico-Crit. Sec. 2. S. Alex. Pontif. 7. § 3.) qui Concilium illud in Libello Synodico memorari ait, ejusque ibi caussam occasionem designari, nihil enim hujusmodi in Synodico legitur, sed tantum in Praedestinato. = Licet autem, subjungit idem Pagi, liber ille, è quo eruitur, tàm hujus, quàm aliquot aliorum Conciliorum sub sequentibus Pontificibus notitia, dubiae sit apud nonnullos auctoritatis, cum tamen Labbeus et Baluzius in sua nova collectione Conciliorum illa referant, illis possumus assentiri, ut inquit Auctor Anonymus Delectûs Actorum Ecclesiae universalis, seu novę summę Conciliorum. =

* et Coustant. (Coustant, Epist.

S. Hegesippus.

Hegesippi, Ecclesiasticae Historiae Scriptoris adcuratissimi aetatem indicat

Chronicon Paschale 139. Olympiade.

Ἐπὶ τούτου (Κομμόδου) τελ Ἡγήσιππος τελειοῦται περὶ τῶν Ἀποστόλων μεγάλως συγγραψάμενος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου.	Sub hoc (Commodo) decessit Hegesippus, qui de Apostolis magnifice scripsit, ut refert Eusebius Pamphili.

Sub Hadriano cùm scripsisse narrari inquit

Joannes Zonaras Annalium Libro XI.
Capite 24.

Καὶ Ἡγήσιππος δὲ τότε τὴν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος παράδοσιν ἐν πέντε λόγοις συγγράψασθαι ἀναγράφεται.	Tunc et Hegesippus Apostolicae praedicationis traditionem libris quinque conscripsisse legitur.

Veteres Ecclesiasticę Historiae Scriptores enumerans, Hegesippum ante Africanum nominat Sozomenus loco, quem de Pseudo-Clemente cum agerem, supra jam retuli. Apostolicis temporibus proximum eum dicit Hieronymus. (Hieronymus, Catal. Scr. Ecl. Cap. 22.) = Hegesippus, inquit, vicinus apostolicorum temporum, omnes a passione Domini usque ad suam aetatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros composuit, sermone simplici: ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, et perseverasse ibi usque ad Eleutherum ejusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Praeterea adversum idola disputans, quo primum errore crevissent, subtexit historiam; ex qua ostendit qua floruerit aetate. Ait enim: „ Tumulos, mortuis, templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus: e quibus est et Antinous servus Hadriani Caesaris, cui et gymnicus agon exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, et statuit prophetas in templo. „ Antinoum autem in deliciis habuisse Caesar Hadrianus scribitur. = Similiter in Romano Martyrologio, die Aprilis septima haec de Hegesippo leguntur: Romae S. Hegesippi, qui vicinus Apostolorum temporibus Romam venit ad Anacetum Pontificem ibique mansit usque ad Eleutherium, et Ecclesiasticorum Actuum a passione Domini usque ad suam aetatem sermone simplici texuit historiam, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. = Sed jam audiendus ille, cujus plura Hegesippi fragmenta debemus,

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 8.

Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος, οὗ πλείσταις ἤδη πρότερον κεχρή-	Inter hos innotuit Hegesippus, cujus plurimis jam antea verbis usi sumus,

μεθα φωναῖς ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτοῦ παραδόσεως τινὰ τῶν κατὰ τοὺς Ἀποστόλους παρατιθέμενοι. Ἐν πέντε δὲ δὴ οὖν συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος, καθ᾽ ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα οὕτω πως γράφων· „οἷς κενοτάφια, καὶ ναοὺς ἐποίησαν, ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος, ὁ καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν γινόμενος. Καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου, καὶ προφήτας.„

res Apostolorum tempore gestas, ex traditione ejus exponentes. Quinque igitur libris, simplicissimo sermonis ordine, rectam Apostolicae praedicationis traditionum enarrans, qua floruerit aetate designat, de iis qui primum ~~simulacra~~ idola struxerunt haec scribens: „Quibus cenotaphia, ac templa fecerunt, sicut et hodie. E quorum numero est Antinous, servus Hadriani Caesaris, cui et agon Antinoius nostra etiam luditur aetate. Nam et urbem Hadrianus Antinoi nomine condidit, Prophetasque constituit.„

Quinti Hegesippi Commentariorum libri, insigne hoc fragmentum exhibet

Idem loco citato Libro II. Capite 23.

Ἀκριβέστατά γε μὴν τὰ κατ᾽ αὐτὸν (Ἰάκωβον) ὁ Ἡγήσιππος. ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν Ἀποστόλων δὲ γενόμενος διαδοχῆς, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνήματι τοῦτον λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· „Διαδέχεται δὲ

v. Syncell. p. 264. τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τοὺς ~~Ἀποστό~~ τῶν Ἀποστόλων, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, etc. v. Euseb. edit. Taurinens. an. 1746. pag. 71. 72. usque ad 73.

Accuratissime autem de ipso (Jacobo) agens Hegesippus, qui Apostolorum temporibus proximus fuit, in quinto commentariorum suorum libro, his utitur verbis: „Cum Apostolis administrandam suscepit Ecclesiam, frater Domini Jacobus. qui a Christi temporibus ~~a~~ usque ad aetatem nostram Justus ab omnibus dictus est. Multi siquidem Jacobi nomine adpellabantur: iste vero ab ipso matris utero sanctus fuit. Vinum non bibit, aut siceram; non animata comedit; non ferrum caput ejus conscendere sivit; non oleo ad unctionem, non balneis usus est. Huic ~~solo~~ soli sanctuarium templi ingredi licebat. Non enim lanicium, sed linea indumenta gestabat. Solus templum ingressus, flexis genibus, veniam pro populo rogans inveniebatur; adeo ut cameli instar genua ejus callo obduruerint, eo quod assidue prostratus, Deum venerans, indulgentiam populo exposceret. Propter eminentem igitur justitiam ejus, vocatus est Justus, et Oblias, quod munimen populi, et justitiam latine significat, quemadmodum et Prophetae de eo praedixerunt. Quidam itaque e septem Judaeorum sectis, de quibus in superioribus libris jam scripsi, interrogarunt ~~eum~~ eum, quodnam esset ostium Jesu. Hunc, Servatorem esse respondit, ideoque ~~n~~ Jesum nonnulli Christum esse crediderunt. Supra dictae vero sectae nec resurrectionem, nec futurum credebant Christi adventum, ut unicuique secundum opera tribuat. Quod autem nonnulli crederent, Jacobo debebatur. Cum igitur multi e

primorum etiam numero crederent, Judaeorum, Scribarum, Pharisaeorum exortus erat tumultus, qui parum abesse dicebant, quin Jesum Christum populus totus expectaret. Congregati igitur Jacobo dixerunt: ~~hortamur~~ te, ut populum compescas hortamur, falsa enim de Jesu opinione tenetur, quasi Christus hic esset. Rogamus te, omnibus qui huc, festo die Paschae conveniunt, recta de Jesu persuadeas; tibi enim omnes fidem ~~habemus~~ tribuimus, et nos cum universo populo, hoc tibi testimonium perhibemus, justum te esse, nec personarum discrimen inspicere. Persuade igitur plebi, ne circa Jesum decipiatur. Tibi enim universus populus, omnesque paremus. Adsta igitur in templi fastigio, ut in sublimi loco positus conspici possis, verbaque tua facile populus omnis exaudire valeat. Nam propter Paschalem solemnitatem, tribus omnes, ~~et~~ atque e gentibus plures, una huc advenerunt. Jacobum itaque supra~~dicti~~ dicti Scribae, et Pharisaei, in templi fastigio collocarunt, atque ad eum clamantes dixerunt: O juste, cui nos omnes fidem habere debemus, quoniam universus fallitur populus, Jesum crucifixum sequutus, nuncia nobis, quodnam sit ostium Jesu ~~eris~~ crucifixi. Ille autem magna voce respondit: Quid me interrogatis de Jesu filio hominis? Ipse sedet in coelo a dextris virtutis magnae, et venturus est in nubibus coeli. Cumque multi hoc testimonio in fide confirmati, Jesum pro Jacobi testimonio glorificarent, dicentes: Hosanna filio David: Scribae ipsi, et Pharisaei sibi invicem dixerunt: male fecimus tanto testimonio Jesum ornantes. Verum adscendentes praecipitem eum agamus, ut caeteri terrore perculsi non illi fidem adhibeant. Clamaruntque dicentes: oh oh, Justus etiam erravit. Et impleverunt quae apud Isaiam scripta sunt: Tollamus Justum, quia molestus est nobis: propterea fructus operum suorum manducabunt. Adscendentes igitur ~~dejecerunt eum~~ Justum dejecerunt, dixeruntque sibi invicem: Jacobum Justum lapidibus obruamus. Et coeperunt eum lapidibus petere, quoniam praecipitatus non interierat, sed conversus genua posuerat, dicens: Rogo te, Domine Deus Pater, ignosce illis, nesciunt enim quid faciunt. Cumque illum lapidibus obruerent unus e Sacerdotibus, ex filiis Rechab, filii Rechabim, qui Hieremiae Prophetae testimonio commendati sunt, clamavit dicens: parcite, quid facitis? Justus pro vobis orat. Sed quidam ex illis, unus ex fullonibus, arrepto lignum, quo vestes solebat exprimere, in Justi caput impegit, qui martyrium hoc modo consummavit. Sepelieruntque illum in eodem loco, et manet adhuc cippus ejus prope templum. Jacobus iste veris fuit Judaeis, Graecisque testis, Jesum esse Christum. Nec multo post Vespasianus Judaeam obsidione pressam ~~et~~ captivitati subegit.„ Haec fusius Hegesippus Clementi consentiens.

Cum graeca describentur ponatur: ὡς ἄνω, et τοιαύτην μαρτυρίαν omisso τό.

Ponatur ἐπεὶ καταβληθεὶς

De hoc Hegesippi loco multa disputant Scaliger, (Scaliger, ad Euseb. Chron. Grabe 252.) Grabe, (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. not. ad Hegesipp.) Halloix, (Halloix, De illust. Orient. Eccles. Scriptor. in Not. ad Vit. S. Hegesip. Cap. 3. Vales. n. fin.) Arnauld, (Arnauld, Dissert. sur ce que raconte Hegesip. de S. Jac. Evesq. de Jerus.) Tillemont, (Tillemont, Remarq sur la Diss. de M. Arnauld sur ce que raconte Heges. de S. Jac Eves. de Jerus.) aliique, quorum alteri fidem Hegesippo adhibendam, alteri negandam existimant. Priora ejusdem loci verba

latine refert

S. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum Capite 2.

Hegesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Jacobo narrans ait: „Suscepit Ecclesiam Hierosolymae, post Apostolos, frater Domini Jacobus cognomento Justus, multi siquidem Jacobi vocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, vinum, et siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat ingredi Sancta Sanctorum, siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis; solusque ingrediebatur templum, et flexis genibus pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum duritiem traxisse ejus genua crederentur." Dicit et alia multa, quae enumerare longum est.

Similiter et

Beda Expositionis in Lucam Libro II. ad Caput VI. versiculum 15.

Quia et ante sanguinis effusionem, verus etiam ipse (Jacobus) carnalis desiderii sit supplantator, testatur Hegesippus vicinus Apostolorum temporum historicus, „suscepit, inquiens, Ecclesiam Hierosolymae, post Apostolos, frater Domini ~~cog~~ Jacobus cognomento Justus. Multi quidem Jacobi vocantur, hic de utero matris sanctus vocatus fuit, vinum, et siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, neque unctus est unguento, neque usus est balneo. Huic solitum erat ingredi Sancta Sanctorum, siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusq. ingrediebatur in templum, et fixis genibus pro populo deprecabatur, in tantum, ut camelorum duritiam contraxisse ejus genua crederentur."

Locum Hegesippi, de quo agitur, exhibet etiam Codex Baroccianus 142. teste Grabe, (p. 214.) ac fortasse etiam Codex Caesareus 146. ut e Lambecio (Lambecius, Commentar. de Biblioth. Vindob. Lib. 4. Grabe l. c.) colligitur. Eum pariter profert

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5553. Christi 53.

Περὶ ἧς (Ἰακώβου ἀναιρέσεως) Ἡγήσιππος, ἀξιόλογος μαθητὴς τῶν Ἀποστόλων, τάδε φησὶν ἐν ε΄. ὑπομνήματι.

De qua (Jacobi nece) Hegesippus, eximius Apostolorum discipulus, haec scribit in quinto Commentariorum.

Hegesippi loco haec subdit

Idem loco citato.

Ταῦτα μὲν Ἡγήσιππος, τῶν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου ἀξιόπιστος συγγραφεὺς, ὀρθῶς ἱστορεῖ.

Haec Hegesippus, historiarum rectae religionis nostrae scriptor fide dignus, recte verbis exponit. +

Ex quinto item Hegesippi Commentariorum libro, haec e Stephano Gobaro laudat

+ Hegesippum de Jacobo agens citat ~~sta~~ memorat etiam auctor, qui vocari solet libri, qui inscribitur: Commentarius rerum gestarum S. Jacobi Apostoli Fratris Domini (Sur. Maji 3. Fab. 9. 84.)

Photius in Bibliotheca Codice 232.

Ἡγήσιππος μέντοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ, καὶ ἀποστολικὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος: „μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμων τὰ ἀκούοντα," καὶ ἑξῆς.

Hegesippus quidem, antiquus vir, atque Apostolicus, in quinto Commentariorum libro, nescio an ~~offensus~~ aliquantulum quoque etiam commotus, frustra haec dici scribit, atque illos, qui haec ajunt, falsa loqui contra Divinas Scripturas, et Dominum dicentem: „Beati oculi vestri, quae qui vident, et aures vestrae, quae audiunt", et quae deinde sequuntur.

Ubi improbat re dicitur Hegesippus ~~verba~~ illum ~~illa~~ Isaiae locum ~~a Paulo~~ (Isaias, Cap. 64. vers. 4.) a Paulo in prima ad Corinthios laudatum: (S. Paulus, ad Corinth. Ep. 1. Cap. 2. vers. 9.) = oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum. = Quod mirum sane videtur, sed ut recte notat Grabe, (Grabe Spic. SS. Pat. ut et Haer. sec. post Chr. nat. I. II. et III. Sec. 2. not. ad Heges.) non est standum judicio Stephani Gobari Tritheitae, Hegesippum allegantis: cujus antiquissimi Patris ὑπομνήματα si superessent, videremus forte, eum non ipsa illa verba rejecisse, sed falsam eorum interpretationem, ab haereticis factam, qui Christum merum phantasma fecerunt, se et visu et auditu circa illum deceptos esse dicentes. Alterum hoc ex incerto Hegesippi Historia libro fragmentum servavit, ita loquens

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 19. et 20.

Ταῦτα δὲ δηλοῖ κατὰ λέξιν ὧδέ πως γράφων λέγων ὁ Ἡγήσιππος· „Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους etc. V. Euseb. edit. Taurin. an. 1746. p. 97. 98.

v. Sync. 274. Zonar. 439.

Haec autem testatur Hegesippus, ita ad verbum scribens: „Adhuc nonnulli supererant e cognatione Domini, nepotes Judae, qui secundum carnem frater ejus dicebatur. Hos a quibusdam delatos, quod ex genere Davidis essent, Evocatus ad Caesarem Domitianum adduxit; hic enim Christi, ut Herodes, timebat adventum. Eos igitur percontatus est Caesar, utrum ex Davide originem ducerent, quod illi confessi sunt. Tunc eos interrogavit, quantas possiderent, et ~~quib~~ quo possessiones, quantumve pecuniae tenerent. Illi autem ambo, novem tantummodo denariorum millia sibi esse dixerunt, partemque horum dimidiam competere singulis; neque illas se facultates in argento possidere, sed in aestimatione jugerum terrae novem duntaxat, atque triginta. Ex horum se fructibus et ~~tributa~~ persolvere, et ~~victum~~ sibi proprio addito labore victum sibi comparare." Deinde, ut idem ait Hegesippus, ~~laboris~~ operis sui testes, coeperunt manus ostendere, corporique duritiem, et crebris laboribus impressum manibus callum. De Christo autem ~~interrogati~~, ~~ac~~ de ejusq. regno, ~~et ferunt~~ interrogati, cujusmodi hoc esset, quando, atque ubinam adpariturum; responsum dederunt, non hujus mundi, neque terrenum esse imperium illud, sed coeleste, et angelicum, in saeculorum fine futurum, quando Christus cum gloria veniens, vivos, ~~mortuosque~~ judicabit, et mortuos, secundum opera sua cuique retribuens. Quibus auditis, nihil Domitianus ad=

versus illos decrevit, sed vilitatem ipsorum adspernatus, liberos eos abire permisit, et Ecclesiae persequutionem edicto compescuit. Illi autem dimissi, Ecclesiis praefuerunt, utpote Domini martyres simul, et consanguinei: ac pace Ecclesiae reddita, vitam ad Trajani usque tempora perduxerunt. " Haec quidem Hegesippus.

Istud Hegesippi fragmentum postremis verbis praetermissis, atque cum magna lectionum discrepantia, profert praeter Eusebium

Joannes Zonaras Annalium Libro XI. Capite 19.

Ταῦθ' ἱστορῶν ὁ Εὐσέβιος, τὸν Ἡγήσιππον παράγει λέγοντα οὕτως.

Haec exponens Eusebius, Hegesippum adlegat ita loquentem.

Priorem ejusdem fragmenti partem, ab initio nimirum, usque ad verba: καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι;* Alterum Hegesippi locum exhibet

* post quae Hegesippus apud Eusebium non amplius propriis verbis loquitur; refert etiam Georgius Syncellus.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 32.

Καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ἐκεῖνος, οὗ διαφόροις ἤδη πρότερον ἐχρησάμεθα φωναῖς, Ἡγήσιππος, ὃς δὴ περί τινων αἱρετικῶν ἱστορῶν, ἐπιφέρει δηλῶν· ὡς ἄρα ὑπὸ τούτων,+ etc. V. Euseb. edit. Taurin. an. 1746. pag. 111.

\+ κατὰ τόνδε τὸν χρόνον, ὑπομείνας (Συμεὼν) κατηγορίαν,

Hujus rei testis est ille, cujus plura jam supra usurpavimus verba, Hegesippus, qui de quibusdam haereticis agens, subjungit, ab iis, circa haec tempora, adcusatum fuisse {Simeonem}, hunc autem vario tormentorum genere per dies plurimos, utpote Christianum, excruciatum, judicem ipsum, et satellites, atque ministros admiratione maxima perculisse, supplicioque, quod Dominus tulit adfectum, simili fine vitam clausisse. Sed ipsa Scriptoris illius verba, hoc modo rem enarrantis satius erit adferre. " Ex horum, inquit haereticorum numero, Simeonem nonnulli adcusarunt, quod e stirpe Davidis esset, atque Christianus. Et sic ille martyrium passus est, annos natus centum, ac viginti, sub Trajano Caesare, legato autem Syriae Attico." Idem auctor scribit, Simeonis adcusatores, qui tunc de omnibus inquirebant, e regia tribu Judaeorum oriundis, et ipsos fuisse convictos, quod ex illorum numero forent.

Paucis interjectis subjungit

Idem loco citato.

Ὁ δὲ αὐτὸς συγγραφεὺς, καὶ ἑτέρους ἀπὸ γένους ἑνὸς τῶν φερομένων ἀδελφῶν τοῦ Σωτῆρος, ᾧ ὄνομα etc. V. Euseb. edit. Taurin 1746. pag. 111. 112.

Idem autem scriptor alios quosque posteros unius ex illis, qui Servatoris fratres dicebantur, nomine Judae, usque ad hoc ipsum Trajani imperium vitam perduxisse testatur, post exhibitum sub Domitiano, illud, quod supra narravimus, Christianae Fidei testimonium. Sic autem scribit: " Adsunt igitur, et omni Ecclesiae praesunt, utpote Domini martyres simul, et consanguinei; ac profunda Ecclesiae universae pace restituta, ad Trajani usque Caesaris tempora superstites fuerunt; donec supra dictus Simeon Cleopae, qui patruus erat Domini, filius, injuria ab haereticis adcusatus, et ob eamdem caussam coram Attico Consulari in jus vocatus fuit, multosque per dies excruciatus, martyrium appetiit: adeo ut omnes magnopere mirarentur adstantes, et Consularis ipse, quod vir, cen annos natus centum, atque viginti, potuisset tanta perferre. Jussusque est Simeon crucifigi. " Praeterea scriptor ille, res eo tempore gestas exponens, addit ad hanc usque aetatem, instar purae, et incorruptae virginis Ecclesiam permansisse; cum laterent adhuc obscuris in tenebris illi, si quis tunc erat hujusmodi, qui res salutaris praedicationis nitebantur sanam corrumpere regulam. Sed postquam sacer Apostolorum chorus vitae terminos adtigisset, illaque effluxisset hominum aetas, qui divinam propriis auribus sapientiam audire meruerant, conspiratio tunc impii surrexit erroris, falsorum fraude doctorum: qui cum nullus amplius ex Apostolis superesset, nudo jam capite, veritatis praedicationi, falsam adgressi sunt doctrinam opponere. Et haec quidem Hegesippus res hasce pertractans, ita fere scribit.

Quaedam de epistola prima Clementis Romani ad Corinthios, ab Hegesippo narrari dat

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5578. Christi 78.

Τούτου (Κλήμεντος) ἐπιστολὴ μία γνησία Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως ἐν Κορίνθῳ συμβάντος τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἥτις καὶ ἀναγινώσκεται [ἐκκλησιάζεται].

Hujus (Clementis) unica extat germana ad Corinthios epistola, velut ab Ecclesia Romanorum scripta, tumultu inter Corinthios exorto, ut testatur Hegesippus: atque ac legitur etiam epistola illa in ecclesiis.

Quae sane apud Eusebium non leguntur, ideoque videtur Hegesippi opus, adhuc Syncelli aetate extitisse. (Till. 94.) Meminisse tamen Hegesippum primae Clementis ad Corinthios epistolae, testatur etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 22.

Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπομνήμασι, τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν· ἐν οἷς, etc. V. Euseb. edit. Taurin. 1746. p. 155. 156. 157.

Hegesippus quidem in quinque Commentariorum libris, qui ad nos pervenerunt, luculentissima nobis Fidei suae testimonia reliquit. Scribit in iis, plurimos se Episcopos convenisse, cum Romam versus iter profectus esset, atque eamdem ab omnibus accepisse doctrinam. Audiamus vero si lubet, quae ipse ait, postquam de Epistola Clementis ad Corinthios quaedam commemoraverit. " Et Corinthiorum, inquit, in recta Fide perseveravit Ecclesia, usque ad Primum, qui ejusdem loci Episcopatum gessit. Quibuscum colloquutus sum Romam navigans, ac multosque cum Corinthiis dies versatus sum, mutuam cum illis ex recta Fide consolationem accipiens. Romam cum venissem successionem composui usque ad Anicetum, cujus diaconus erat Eleutherus. Successit Aniceto Soter, Soteri Eleutherus. In Episcoporum autem successionibus singulis, atque in singulis urbibus, res ita se habent, quomodo praedicata lex, et Prophetae jubent, ac Dominus. " Idem auctor haereseon, quae suo tempore exortae sunt, ini obtinebant, initia his verbis exponit: " Postquam Jacobus cognomento Justus, perinde ac Dominus, ob eamdem

doctrinam, martyrium oppetierit, rursus Simeon Cleopae patrui Domini filius, Episcopus constituitur: quem omnes secundum Episcopum statuunt, utpote qui Domini et consobrinum esset. Ideo virginem vocabant Ecclesiam, quod nondum vanis foret corrupta sermonibus. Occulte eam vitiare coepit Thebutis, eo quod creatus non fuisset Episcopus. Fuit hic e septem Sectis in populo Judaeorum oriundus. E quibus fuerunt itidem Simon, unde Simoniani fluxerunt; Cleobius, unde Cleobiani; Dositheus, unde Dositheani; Gorthaeus, unde Gortheni, et Masbothaei. Ex his Masbothaeus, unde Masbothei. Ex his Menandriani, Marcionitae, Carpocratiani, Valentiniani, Basilidiani, Saturniliani manarunt, qui seorsum singuli, atque aliter a caeteris, sententias suas induxerunt. Hinc Pseudo-Christi, Pseudo-Prophetae, Pseudo-Apostoli duxerunt originem, qui Ecclesiae unitatem foedis discidere doctrinis adversus Deum, et adversus Christum ejus." Idem praeterea scriptor, sectas, quae apud Judaeos olim obtinuerunt recenset his verbis: "Diversae erant sententiae in circumcisione inter filios Israel, adversus tribum Judae, et adversus Christum: Essaeorum scilicet, Galilaeorum, Hemerobaptistarum, Masbothaeorum, Samaritarum, Sadducaeorum, Pharisaeorum." Alia etiam plurima scribit, quae nos ex parte supra jam memoravimus, historias suis locis opportune adponentes. Quaedam ille ex Evangelio secundum Hebraeos, et Syriaco, ac proprie ex Hebraica lingua producit, indicans se ex Hebraeis credidisse. Alia quoque ex Judaica traditione non scripta commemorat. Non solus autem iste, sed et Irenaeus, atque omnis universus veterum coetus Proverbia Salomonis vocant, sapientiam omni virtute exornatam. De libris, qui apocryphi dicuntur disserens Hegesippus, quosdam ex istis narrat ab haereticis nonnullis sua aetate fuisse compositos. +

Διὰ τοῦτο scribatur, in graecis describendis

in exscribendo greco textu ponatur: καὶ Μασβωθαῖος, ὅθεν Μασβωθαῖοι:

\+ Hegesippum Aniceti tempore Romam petiisse, ab eo ipso referri testatur

Idem loco citato Capite 11.

Καθ' ὃν (Ἀνικήτου) Ἡγήσιππος ἱστορεῖ ἑαυτὸν ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεῖναί τε αὐτόθι μέχρι τῆς Ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου.

Cujus (Aniceti) temporibus, narrat Hegesippus Romam se profectum esse, ibique permansisse usque ad Eleutheri Episcopatum.

Sub Hegesippi nomine latine libri quinque extant Historiarum, de Bello Judaico, et Hierosolymitanae urbis excidio, quos Hegesippo nostro tribuendos non esse, omnes jam norunt, post ea quae hac de re doctissime disseruerunt Gronovius, (Gronovius, Observ. in Scriptor. Eccles. Till. 1. 341.) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' His. Eccl. Not. sur Saint Pierre not. 49. Sur la fausse hist. de S. Pierre par Marcel, et sur l' abregé de la ruine des Juifs par Hegesip.) Fabricius, (Fabricius, Bibliot. Lat. med. et inf. aetat. Lib. 4.) aliique. Seculo quarto, vel quinto, libri illi scripti putantur, licet eos ad saeculi decimi finem rejiciat Vossius, (Vossius, De Historic. Graec. Lib. 2. Cap. 14.) quem refutant Tillemont, ac Foggini in exercitatione secunda de Romano Divi Petri itinere et Episcopatu. (Cortes. 354. not.) Libros illos ipsos nil aliud esse, quam liberiorem translationem Historiae Josephi de bello Judaico, atque hanc, Ambrosium Mediolanensem auctorem agnoscere, satis probabile videtur, cum in Codice antiquissimo Ambrosianae Bibliothecae, Pseudo-Hegesippi Historiae haec adscripta legantur: = Ambrosius Episcopus de Graeco transtulit in latinum. = (Cortes.) In Codice Cantabrigiensi, teste Daubuz, (Daubuz, pro testimon. Flav. Josephi de Jesu Chr. Lib. 1. Par. 1. § 11.) haec de eadem Historia adnotantur: = Beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho. Liber primus explicit: = et in Codice Mona-

sterii Cremifanensis Ordinis S. Benedicti, Historia illa inscribitur: = Tractatus Ambrosii Episcopi de historia Josephi Captivi, translati ab ipso de Greco in Latinum. = (Cortes. Fab. lat. 2. 316.) Angelus Decembrius (Decembrius, De politia literar. Lib. 7. Cortes. Fab.) ait, = Aegisippum esse vocabulum historici Graeci, ex capra, et equo compositum, qui de bello Titi cum Judaeis scripsit, a Doctore Ambrosio latine translatum. = Haec circa annum 1460. scribebat Decembrius, frater Petri Candidi Decembrii, admodum suo tempore doctrina clari, qui plura conscripsit, et praeter alia, Peregrinae historiae libros tres, cum Epilogo = de Imperatoribus illustribus, et poetis Romanorum; = itemque Grammaticon Libros duos; quae omnia penes me extant in Codice, vivente auctore exarato. Hegesippi nomen, Historiae, de qua agitur praefixum, ex illo Josephi, vel Josippi corruptum censet Isaacus Vossius. (Vossius, de append. de 70. Interpr. Fab. 3. 231.) Attamen verisimile puto, libros illos quinque de bello Judaico Hegesippo nostro, vulgo quondam fuisse tributos, quippe qui libros pariter Commentariorum quinque scripsisse ferebatur, atq. ad Christianos a Judaeis transiisse. Sane Trithemius (Trithemius, Ca. De Scriptor. Eccl. B. P. 7. 385.) de Hegesippo nostro loquens, = scripsit, inquit, nonnulla excellentis ingenii opuscula, de quibus ego tantum reperi, a tempore dominicae passionis usque ad suam aetatem, opus insigne Historiam Ecclesiasticorum actuum, lib. V. cujus initium: "Bello Parthico" etc. = Quod, librorum de Judaico excidio initium est. Itaque non hic omittam quae habet

Guilelmus Archiepiscopus Tyri Historiae + Libro VIII.

\+ Belli sacri

Hanc vero, ut referunt egregii Scriptores, et illustres Historiographi, Hegesippus, et Josephus, Judaeorum id exigentibus meritis, XLII. post passionem Domini anno, Titus Vespasiani filius, Romanorum princeps, obsedit, obsessam expugnavit, et expugnatam dejecit funditus. (Joseph. Testimon.)

Ad libros de bello Judaico Pseudo-Hegesippi de bello Judaico, perinde ac Guilelmus, respexit, ut puto, (Fab. latin. 3. 90.)

Godfridus Viterbiensis in Praefatione ad Chronicon.

Super historias vero gentilium, habemus etiam Josephum, Dionem, Strabonem, Orosium, Hegesippum, Suetonium, Solinum, Julium Africanum, qui prima Chronica conscripsit sub Marco Crasso.

Ita et

Notkerus in Notatione de illustribus viris, qui ex intentione sacras Scripturas exponebant, aut ex occasione quasdam sententias Divinae auctoritatis explanabant [illegible]

Josephi vero Judaici historias, et [illegible] ... [illegible] libello impono.

Heracliti memo Inter τα secundi seculi virorum ἐν Ecclesiasticorum, ἐναρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα = piae diligentiae monumenta =, refert.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 27.

Τὰ Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ἀπόστολον.	Heracliti in Apostolum Commentaria.

Heraclius legitur apud Hieronymum: (S. Hieronymus, Catal. Scr. Eccl. Cap. 46.) = Heraclius, sub Commodi, Severique imperio, in Apostolum Commentarios composuit. = Heraclii similiter nomen occurrit in Rufino, et Graeco Hieronymi interprete, Sophronio. (Fab. 5. 198.) Sed Heraclitum scribunt Freculphus, Honorius Augustodunensis, et Nicephorus, qui Heraclitum ipsum, θεῖον ἄνδρα = divinum virum = adpellat, addens ipsum in Apostolum primum scripsisse: ὃς καὶ εἰς Ἀπόστολον πρῶτος σπουδάζειν ἐπέβαλλε. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 35. Fab. l. c.)

S. Hyginus.
Papa.

Hyginum quemdam, Romanum, ut puto, hujus nominis Pontificem intelligens, de haeresibus scripsisse dicit auctor operis, cui titulus: quod inscribitur:

Praedestinatus Libro I. C in Titulo.

+ Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Africanus, Hesiodus, Epiphanius, Philaster, hi diversis temporibus diversas haereses pertexuerunt.

+ Epitome Ediceseos Hygini contra Haeresiarchas, et categoricorum Epiphanii contra Sectas, et Expositionum Philastri, qui hos transferens in latinum sermonem de Graeco, cum Arriani damnarentur edidit.

Hyginum ipsum a Romano Pontifice hujus nominis distinxisse videtur Hincmarus, (Hincmarus, de Praedestinat. Dei et libero arbitr. Cap. 18.) siquidem Praedestinati opus illi perperam adscripsit. = Sed et Hyginus, ait, Catalogum describens haereseon, octogesimam, et nonam haeresim, Nestorianam ponit, et nonagesimam, istam Praedestinatianam, cum libello ab ejusdem Praedestinatianis composito, ita dicens. =

Irenaeus, Galliae decus, haereticorum malleus, Ecclesiae propugnaculum; = floruit maxime, inquit Hieronymus, (S. Hieronymus, Cat. Scr. Eccl. Cap. 35.) sub Commodo Principe, qui M. Antonino Vero in imperium successerat. = Quo anno lucem primum adspexerit, certo non constat. Eum anno 97. sub Nerva, vel 98. sub Trajano natum contendit Dodwell, (Dodwell, Diss. 3. in S. Irenaeum § 10. Massuet append. 13.) sed perperam, ut Grabe, (Grabe, Prolegom. ad Iren. Sect. 1. § 2. 3.) Massuet, (Du Massuet, Dissert. 2. Praev. in Iren. Libr. art. 1. § 2.) Basnage, (Fab. 66. not.) pluribus ostendunt. Sub Commodo Irenaeum claruisse ait etiam

Eusebius in Chronico anno Domini 184. Olympiade 240.

Irenaeus Episcopus Lugdunensis insignis habetur.

Quae verba exscripsit Beda in libro Chronico de sex mundi aetatibus. Sic et

S. Tiro Prosper in Chronico.

Irenaeus Lugdunensis Episcopus insignis habetur.

Similiter scribit (B. P. 7. 343. c. Massuet CLXVI.)

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta anno Christi 181.

Irenaeus Episcopus Lugdunensis habetur.

Sub Commodo Irenaeum floruisse, testatur etiam

S. Isidorus Hispalensis in Chronico anno ab Orbe Condito 5388.

Sub hoc (Commodo) Theodotion Ephesius interpres tertius apparuit, atque Irenaeus Episcopus Lugdunensis doctrina habetur insignis.

Consonat e Graecis

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5672. Christi 182.

Εἰρηναῖος ἐπίσκοπος Λουγδούνων πόλεως Γαλλίας, θείοις λόγοις καὶ πράξεσι διέλαμπεν.	Irenaeus Episcopus Lugduni urbis Galliae, divinis litteris, et operibus elucebat.

Similia habet

Chronicon Paschale 240. Olympiade.

Εἰρηναῖος ἐπίσκοπος Λουγδουπόλεως Λουγδούνου τῆς Γαλλίας, διέπρεπεν.	Irenaeus Episcopus Lugduni urbis Galliae, ~~clarebat~~ habebatur illustris.

Eadem denique tradit

Hermannus Contractus in Chronico aetate sexta, anno Christi 182.

Hyreneus Lugdunensis Episcopus insignis habetur.

Ecclesiasticos Doctores recensens, qui temporibus inter Christi adventum, usque ad Constantini imperium vi interjecti, vitam egerunt, Irenaeum post statim post Ignatium nominat

Leontius de Sectis Actione III.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, διδάσκαλοι, καὶ πατέρες οἵδε· Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος, καὶ μάρτυς, Κλήμης, καὶ Ἱππόλυτος ἐπίσκοποι Ῥώμης, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ θαυματουργός, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς.

~~In temp~~ Temporibus autem, qui a Christi nativitate, usque ad imperium Constantini fluxerunt, doctores isti fuerunt, et Patres: Ignatius Theophorus, Irenaeus, Justinus philosophus, et martyr, Clemens, et Hippolytus Romae Episcopi, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius Thaumaturgus, Petrus Alexandriae Episcopus, et martyr.

Joannis Apostoli, et Evangelistae Irenaeum fuisse discipulum contendunt Paradinus, (Paradinus, Hist. Lugd. Lib. 2. Cap. 30.) et Severtius, (Severtius, De Lugd. Archiep. Par. 1. Cap. 2.) Diplomati cujusdam auctoritate fulti, cui Gregorius Papa V. Henricus Bourgundiae Rex, et Hugo Lugdunensis Archiepiscopus subscripsisse dicuntur. Irenaeum Joannis discipulum vocat etiam S. Maximus, (S. Maximus, ex Quaest. a Theodoro Monacho illi proposit.) sed perperam, temporis enim ratio repugnat, ut probe notant Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Saint Irenée Evesq. de Lion, Doct. de l' Eglise, et Mart. art. 2.) et Massuet. (Massuet, Diss. 2. praev. in Iren. Libros art. 1. §. 2.) Rectius Irenaeus Polycarpi discipulus fuisse dicitur, id enim testantur Irenaeus ipse, (S. Irenaeus, Contra Haeres. Lib. 3. Cap. 3. num. 4.+) et Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Scr. Eccl. Cap. 35.) atque

+ et Epist. ad Florin. ap. Euseb. Lib. His. Eccl. Lib. 5. Cap. 20.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 5.

Ποθεινοῦ δὴ ἐπ' ὅλοις τῆς ζωῆς ἔτεσιν ἐννενήκοντα, σὺν τοῖς ἐπὶ Γαλλίας μαρτυρήσασι τελειωθέντος, Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λούγδουνον, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἡγεῖτο παροικίας, τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Πολυκάρπου δὲ τοῦτον ἀκουστὴν γενέσθαι κατὰ τὴν νέαν ἐμανθάνομεν ἡλικίαν.

Cum Pothinus nonaginta jam aetatis annis impletis, una cum Galliae martyribus necem oppetiisset, Ireneus Lugdunensis, quam Pothinus regebat Ecclesiae, episcopatum suscepit. Hunc, Polycarpi auditorem in adolescentia fuisse comperimus.

Idem ait

Theodoretus in Dialogo I.

Εἰρηναῖος τῆς Πολυκάρπου διδασκαλίας ἀπήλαυσεν· ἐγεγόνει δὲ φωστὴρ Γαλατῶν τῶν ἑσπερίων.

Ireneus Polycarpi doctrinam excepit; Gallorumque occidentalium luminare fuit.

Irenaeum Polycarpi discipulum vocat et

Socrates ad calcem epistolae Ecclesiae Smyrnensis de martyrio S. Polycarpi.

Ita Fab. 267. not. v. Iren. CLXIV. Vales. 147. b. Ruinart.

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

Haec ex Irenaei codice descripsit quidem Cajus ex Irenaei, discipuli Polycarpi codice, descripsit quidem Cajus, qui etiam cum Ireneo versatus est. Ego vero Socrates Corinthi e Caji exemplari transcripsi. Gratia sit cum omnibus.

Usuardus de Irenaeo loquens, eum, inquit, = constat B. Polycarpi Sacerdotis, et Martyris fuisse discipulum, ut scribit Hieronymus, et Apostolorum temporibus vicinum. = In martyrologio Romano, die Junii duodetrigesima similiter legitur: = Lugduni in Gallia S. Irenaei episcopi, et martyris, qui ut scribit S. Hieronymus, B. Polycarpi Smyrnensis episcopi, discipulus fuit, et Apostolicorum temporum vicinus.+ = Papiam quoque ab Irenaeo auditum testatur

+ Sic et Photius (Photius, Biblioth. Cod. 120.) de Irenaeo: τοῦτόν φασι γενέσθαι Πολυκάρπου μὲν τοῦ ἱερομάρτυρος, Σμύρνης ἐπισκόπου μαθητήν. = Hunc ferunt Polycarpi Sancti Martyris, Smyrnensium Episcopi, fuisse discipulum. =

S. Hieronymus in Epistola 29. ad Theodoram.

Refert Hierenaeus, vir Apostolicorum temporum, et Papiae, auditoris Evangelistae Joannis, discipulus, Episcopus Ecclesiae Lugdunensis, quod Marcus quidam, de Basilidis Gnostici stirpe descendens, primum ad Gallias venerit, et per eas partes, per quas Rhodanus, et Garumna fluunt, sua doctrina maculaverit, maximeque nobiles foeminas, quaedam in occulto mysteria repromittens, hoc errore seduxerit, magicis artibus, et secreta corporum voluptate, amorem sui concilians: inde Pyrenaeum transiens, Hispaniam occuparit; et hoc studii habuerit, ut divitum domos, et in ipsis foeminas maxime appeteret, quae ducuntur variis desideriis, semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Hoc ille scripsit ante annos circiter trecentos, et scripsit in iis libris, quos adversus omnes haereses doctissimo, et eloquentissimo sermone composuit.

Et sane Irenaeus falsis deceptus argumentis ad millenariorum Papiae sententiam accessit. (S. Irenaeus, Contra haeres. Lib. 5. Cap. 31. seqq. Massuet CLXII.) Papiam Irenaeo errandi occasionem praebuisse, te post Eusebium, cujus verba de Papia loquens adducam, testatur S. Hieronymus. Ita enim loquitur.

Idem in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 18.

Quem (Papiam) secuti sunt Irenaeus, et Apollinarius, et ceteri, qui post resurrectionem ajunt in carne cum Sanctis Dominum regnaturum. ⁑

Huc spectant quae habet

⁑ Millenariorum sententiae adsertores enumerans haec ait Idem Commentariorum in Ezechielem Libro XI. ad Caput 36. versiculum 1.

Et ut Graecos nominem, et primum, extremumque conjungam, Irenaeus, et Apollinarius.

Auctor incertus Libri de Ecclesiasticis domgmatibus Capite 55. aliter 25.

v. Isidor. 7. append. 332. Aug. 8. append. 78. e. margin.

In divinis repromissionibus nihil terrenum, vel transitorium expectemus, sicut Meletiani sperant; non nuptiarum copulam, sicut Cerinthus, et Marcion delirant; non quod ad cibum, vel ad potum pertinet, sicut Papia au=

ctore, Irenaeus, Tertullianus, et Lactantius adquiescunt.

Ita editio Maurinorum, qui librum illum de ecclesiasticis dogmatibus in appendice ad octavum operum Augustini tomum, sub Gennadii nomine exhibuerunt. Alibi vero legitur: = sicut Papię, auctore Irenęo, et Tertullianus, et Lactantius acquiescunt. = (Isidor. 7. append. 332.) Contra Irenaeum de mille annorum fabula, scripsisse Dionysium Alexandrinum perperam refert

S. Hieronymus in Prooemio ad Librum XVIII. Commentariorum in Esaiam.

Graecorum, ut ceteros praetermittam, Hirenaei tantum Lugdunensis Episcopi faciam mentionem: adversum quem Dionysius Alexandrinae ecclesiae pontifex, elegantem scribit librum, irridens mille annorum fabulam, et auream, atque gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium sabbati, circuncisionis injuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, et cunctarum gentium servitutem; rursusque bella, exercitus, ac triumphos, et superatorum neces, mortemque centenarii peccatoris. ~~Porro~~

Porro Dionysium Alexandrini librum, de quo hic loquitur Hieronymus, non contra Irenaeum; sed contra Nepotem scriptum fuisse, Eusebius, (Eusebius, Hist. Ecl. Lib. 7. Cap. 24.) et Hieronymus ipse in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum recte testantur. (Fab. 74.) Doctrinam quam Irenęus ab illis, quos memoravi Sanctis viris acceperat, ab Irenaeo hausit Hippolytus, qui in syntagmate κατὰ αἱρέσεων λβ'. = adversus haereses duas, et triginta =, in compendium misit quae ab Irenaeo ipso audiverat, ut ex ejus testimonio refert (Fab. 2 413.)

Photius in Bibliotheca Codice 121.

Ταύτας δέ ~~ἔ...~~ φησιν (αἱρέσεις) ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου, ὧν σύνοψιν ὁ Ἱππόλυτος ποιούμενος τόδε τὸ βιβλίον φησὶ συντεταχέναι. +	Hasce (haereses) argumentis ab Irenęo secum colloquente auditis, inquit se confutasse, quorum compendium, hunc librum cum scriberet, composuisse se ait.

+ Hippolytum Irenaei Discipulum vocat

Georgius Metropolita Corcyrensis Contra Latinos.

Ὁ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν ὡς ὁ Ἀλεξανδρεὺς Διονύσιος, καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρων, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεύς, καὶ Πιέριος, καὶ Πάμφιλος, καὶ Θεόγνωστος, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος ὁ αὐτοῦ μαθητής· τινὰς γὰρ αὐτῶν ῥήσεις οὐδὲ ἀποδεχόμεθα, καίτοι τἆλλα σφόδρα θαυμάζοντες.	Quod multi ex praecipuis in nonnullis passi sunt, quemadmodum Dionysius Alexandrinus, et Methodius Patarensis, et Clemens Stromateus, et Pierius, et Pamphilus, et Theognotus, et Irenaeus, et Hippolytus ejus discipulus. Quaedam enim ipsorum dicta non recipimus, etsi alia vehementer miremur.

Hunc locum edidit Allacci in Diatriba de Methodiorum scriptis.

Sanctos quoque Ferreolum, et Ferrutionem, itemque Felicem, Fortunatum, et Achilleum, Irenęi fuisse discipulos, innuere videtur auctor Anonymus, cujus edidit Surius

Martyrium S. Ferreoli, Presbyteri, et Ferrucionis Diaconi, ac Sociorum eorum.

Eodem tempore, quo summus Sacerdos, et Martyr Ecclesiae Lugdunensis, Sanctus Irenaeus Episcopus Christi, lumen aeternum, et splendor justitiae, publice suam praedicationem in Galliis dederat, et assidue verbum Domini nostri Jesu Christi gentibus declarat; Sanctum Ferreolum presbyterum, et Ferrucionem diaconum ad Vesuncensem civitatem, vere ut fundamentum fortissimum, ad fundandam supra petram Christi Ecclesiam misit, et sicut angularis lapis sponsi caelestis, et ut margaritae resplendentes fulgebant, per quos nomen aeternum, et splendor gloria gentibus, ~~coruscaret~~ quae in tenebris jacebant, coruscaret, ut eorum praedicatione ad baptismatis gratiam convolarent, in quibus erat mira virtus Christi. In verbo enim, et sapientia strenui, vultum angelicum, et Domini servitutibus aptum manifeste populis demonstrabant. Augebatur Catholica fides, laetabantur de confuso, et victo diabolo quotidie Christiani, qui derelinquentes idola, sequebantur Christi vestigia. Similiter Sanctus Irenaeus, Felicem presbyterum, Fortunatum, et Achilleum diaconos, ex suo latere, ante gloriosum martyrium suum Valentiam dirigit in urbem.

Sanctos viros supra memoratos, discipulos Irenęi fuisse, testatur itidem Ado in Martyrologio. ~~De~~ De Ferreolo, et Ferrutione id adserit etiam Usuardus. (Till. 97.) In Martyrologio Romano die Junii decima sexta, Ferreolus ipse, et Ferrutio dicuntur, = a B. Irenaeo Episcopo ad praedicandum verbũ Dei missi. = Eadem ibi leguntur ver de Felice, Fortunato, et Achilleo, die vigesima secunda Aprilis. Cum nondum Episcopatu fungeretur Irenaeus legationem, ut videtur, ad Eleutherum Romanum Pontificem obiit, pro Martyribus Lugdunensibus. Ita sane loquitur

Eusebius Historiae Ecclesiasticę Libro V. Capite 4.

Οἱ δὲ αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον πρεσβύτερον τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην Ἐπισκόπῳ (Ἐλευθέρῳ) συνίστων, πλεῖστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αἱ τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσι φωναί: „Χαίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα, καὶ ἀεί, πατὴρ Ἐλεύθερε, ταῦτά τοι τὰ γράμματα προτρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ κοινωνὸν, Εἰρηναῖον διακομίσαι· καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ᾔδειμεν τόπον τινὶ δικαιοσύνην περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον Ἐκκλησίας, ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, ἐν πρώτοις ἂν παρεθέμεθα."	Iidem autem martyres, Irenaeum qui tunc presbyter erat Lugdunensis Ecclesię, dicto Romanorum Episcopo (Eleuthero) commendarunt, insigne de illo testimonium perhibentes, ut patet ex his ipsorum verbis: „In Deo te valere in omnibus, ac perpetuo, pater Eleuthere, precamur. Hasce ad te litteras ut perferret, fratrem, et collegam nostrum, Irenaeum hortati sumus; eumque ut commendatum habeas rogamus, quippe qui aemulator est Testamenti Christi. Quod si nossemus, justitiam alicui locum conferre, eum tibi, tamquam Ecclesiae presbyterum, hunc enim gradum obtinet, in primis commendassemus."

Equidem censet Valesius, post conscriptas martyrum litteras Eusebio memoratas, Irenaeum ~~in~~ in locum Pothini Episcopi subrogatum, non amplius legationem obiisse; alium vero quempiam ejus vices gessisse arbitratur. Sed Irenęum revera impositum sibi munus implevisse, testatur Hieronymus, (S. Hieronymus, Cat. Scr. Eccl. Cap. 35.) = cui eo major, inquit Massuet, (Massuet. Diss. 2. praev. a in Irenaei Libr. art. 1. §. 11.) hac in parte fides tribuenda, quod Romae diutissime commoratus, ut probe notat doctissimus editor, scriniorumque Apostolicorum particeps factus, hoc partim ex traditione urbis, partim ex monumentis adhuc superstitibus potuit educere. Nec dissentit Eusebius: immo demandatam legationem expletam fuisse satis silentio suo significat; si effectum sortita non fuisset, id procul dubio non omissurus. = Irenaeum martyrio vitam clausis-

se; idem Massuet (Idem l. c. §. 31. seqq.) pluribus disputat contra Dodwell (Dodwell, Diss. 3. in S. Iren. §. 31. seqq.) qui acceptam ab omnibus hac de re traditionem evertere adgressus erat. Martyrem sane vocant Irenaeum plures e veteribus, atque in his magnae auctoritatis scriptor,

S. Hieronymus Commentariorum in Esaiam Libro XVIII. ad Caput 64. versiculum 4.

De quibus (variis priscorum haereticorum portentis) diligentissime vir Apostolicus scribit Hirenaeus, Episcopus Lugdunensis, et martyr, multarum origines explicans haereseon, et maxime Gnosticorum, qui per Marcum Aegyptium, Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles foeminas deceperunt, miscentes fabulis voluptatem, et imperitiae suae nomen scientiae suae vindicantes.

Irenaeum, martyrium subiisse diserte testatur

S. Gregorius Turonensis Historiae Francorum Libro I. Capite 29.

Beatissimus Irenaeus, hujus successor Martyris (Pothini,) qui a beato Polycarpo ad hanc urbem (Lugdunum) directus est, admirabili virtute enituit: qui in modici temporis spatio, praedicatione sua, maxime in integro ~~civitatis civitatem~~ civitatem reddidit Christianam. Sed veniente persequutione, talia ibidem diabolus bella per tyrannum exercuit, et tanta ibi multitudo Christianorum, ob confessionem divini nominis est jugulata, ut per plateas flumina currerent de sanguine Christiano; quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitae conscripsit. Beatum Irenaeum, diversis in sua carnifex praesentia poenis affectum, Christo Domino per martyrium dedicavit.

Rursus Irenaei martyrium memorat

Idem De Gloria Martyrum Libro I. Capite 5.

Cui (Pothino) et merito, et sanctitate condignus Irenaeus successit Episcopus, per martyrium et ipse finitus. Hic in crypta Basilicae B. Joannis sub altari est sepultus, et ab uno quidem latere Epipodius, ab alio ~~tero~~ vero Alexander est Martyr est tumulatus.

Ita et ~~A~~

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta anno Christi 195.

Tunc temporis et Irenaeus Lugdunensis cum maxima multitudine martyrium suum perfecit.

Martyrio vitam Irenaeum consummasse, testantur itidem Adonis ipsius, Usuardi, Notkeri, aliorumque Martyrologia, (Massu. xc. clxv.–vi.) Graecorum Menaeum, et Menologium Basilianum, atque illud, quod vulgavit D'Achery, Chronicon Monasterii Sancti Benigni Divionensis. (Vales. Socrat. 248. Fab. latin. 1. 207. Dachery 1. 353. edit. nov. t. 2. 387. ita Fab.) Irenaeum martyrem vocat etiam

Synodicon Vetus Capite 2

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ τοπική, δύο, καὶ δέκα ἐπισκόπων συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ μητροπόλει τῆς Γαλλίας, παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμόν, ὑπὸ Εἰρηναίου ἱερομάρτυρος, ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως, κατὰ τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν.

Synodus Divina, et ~~Sancta~~ sacra, provincialis, ~~Lugduni Galliae~~ duorum, et decem episcoporum, Lugduni Galliae metropoli, collecta ad Rhodanum fluvium collecta ab Irenaeo Sancto martyre, ejusdemque urbis episcopo, contra supra scriptos haereticos.

Dudum esse quod antiqua, et sincera Irenaei acta interciderunt, colligit Massuet, ~~ex his, quae hab~~ (Massuet, Diss. 2. praev. in Iren. Libr. art. 1. §. 30.) ex his quae habet

S. Gregorius Magnus Registri Epistolarum Libro XI. Epistola 56. aliter 50. ad Aetherium Episcopum Lugdunensem.

Gesta vero, vel scripta B. Irenaei jam diu est quod sollicite quaesivimus, sed hactenus ex eis inveniri aliquid non valuit.

Irenaeum certatim veteres laudibus cumularunt, ac praeter caeteros Irenaeo ipsi aetate suppar

Tertullianus Adversus Valentinianos Capite V.

Nec undique dicemur ipsi nobis finxisse materias, quos tot jam viri, sanctitate, et praestantia insignes, nec solum nostri antecessores, sed ipsorum haeresiarcharum contemporales, instructissimis voluminibus et prodiderunt, et retuderunt; ut Justinus Philosophus, et Martyr, ut Miltiades Ecclesiarum Sophista, ut Irenaeus omnium doctrinarum curiosissimus explorator, ut Proculus nostrae virginis senectae, et Christianae eloquentiae dignitas; quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optaverim assequi.

Sanctos Doctores, qui veram fidem tradiderunt recensentes, e Scriptoribus secundi, et tertii saeculi, Irenaeum tantummodo, et Gregorium Neocaesariensem Episcopum nominant, Basilius diaconus, aliique monachi apud (Till. 74. Lab. 3. 425.)

Concilium Ephesinum Parte I. Capite 30. §. 1.

Εἰρηναίου, Γρηγορίου τοῦ μεγάλου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας.

Ab Irenaeo, Gregorio magno Episcopo Neocaesariensi.

Ex Irenaei scriptis superest nunc opus eximium adversus haereses, quinque in libros distributum, quod respiciat, dum Irenaeum τῶν αἱρέσεων πέλυκα vocat, Anastasius Sinaita in Hodego. (Fab. 9. 320.) Operi idem titulum ab Ireneo prefixum: Ἔλεγχος, καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως = Detectio, et eversio falso cognominatae agnitionis =; ex Irenaeo ipso, Eusebio, Andrea Caesariensi, Damasceno, Photio, Oecumenio, ostendit Massuet, (Idem, l. c. art. 2. §. 46.) + Graece illud opus ab Irenaeo fuisse exaratum certissimum est, ut contra Erasmi dubitationes ostendunt Dodwell, (Dodwell, Diss. 5. in S. Iren. §. 1. seqq. Iren. append. 15 col. 1.) et Massuet (Massuet, Diss. 2. praev. in Iren. Libr. art. 2. §. 51. 52.) Graeci tamen textus nonnisi fragmenta nunc habentur, licet textum ipsum in Graeciae Bibliothecis manuscriptum delitescere, Fabricio olim adfirmaverit Seraphinus quidam Hieromonachus Mitylenaeus. Porro hoc, inquit Fabricius, = vix ac ne

+ post Grabe. (Grabe, Proleg. ad Iren. Sect. 2. §. 4.)

vix quidem mihi persuadeo. = Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5 Cap. 1. §. 17. p. 67.) Latine superest Irenaei opus, ex veteri Latina versione, quam exeunte saeculo secundo compositam censent Grabe, (Grabe, Proleg. ad Iren. Sect. 2. §. 3.) et Massuet; (Massuet, Diss. 2. prev. in Iren. Libr. Art. 2. § 53.) non tamen ab Irenaeo ipso, ut Possevinus, aliique existimarunt. (Fab. 67. Massu. cj. med. append. 13. 21. 2.) Graeci Irenaei textus fragmenta, quae supersunt, post Gallasium, Grynaeum, Feuardent. Feu-ardent, et Grabe, accuratissime conquisita collegit D. D. Renatus Massuet Benedictinus Monachus, qui anno 1710. praestantissimam Irenaei editionem Parisiis confici curavit. Eadem hic denuo fragmenta proferre inutile prorsus existimo, cum in Irenaei libris, suis locis inserta, cuivis obvia sint, et quodammodo pro ipso Irenaei opere habeantur. Verba igitur hic tantum adducam, quibus auctores, unde fragmenta illa petita sunt, in adferenda loca praefantur, + loca ipsa omittam, exceptis quibusdam a me notatis. Primi igitur Libri magnam partem recitat, verbis hisce praemissis

+ vel quae adlatis locis subjiciunt;

S. Epiphanius Adversus Haereses Libro I. adversus haeresim 31.
Capite 8.

Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς αὐτοῦ (Βαλεντίνου) λεπτολογίας οὐκ ἠβουλήθην ἀπ' ἐμαυτοῦ συντάξαι, εὑρὼν παρὰ τῷ ἁγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ τῷ ἀρχαίῳ τὴν κατ' αὐτοῦ πραγματείαν γεγενημένην. Ἕως δὲ τούτου τὰ ὀλίγα ταῦτα διεξελθὼν, τὰ ἑξῆς ἀπὸ ~~τοῦ~~ τῶν τοῦ προειρημένου ~~Εἰρηναίου~~ ἀνδρὸς δούλου Θεοῦ, Εἰρηναίου δέ φημι, τὴν παράθεσιν ὁλοσχερῶς ποιήσομαι. Ἔχει δὲ οὕτως.

~~Vanitatis~~ Inutilitatis ejus (Valentini) nolo caetera hic ipse referre, cum apud sanctissimum, et veterem Irenaeum, eadem pertractata reperiam. Hactenusque igitur paucis hisce memoratis, reliqua e scriptis illius servi Dei, Irenaei scilicet, integre adponam. Sic autem ista se habent.

Post adlata Irenaei verba ab initio operis usque ad ~~Capitis decep~~ Libri primi Caput decimumprimum editionis Massuet, §. primum haud exclusum, haec subjungit

Idem loco citato Capite 33.

Καὶ ταῦτα μὲν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ προειρημένος ἀνὴρ πρεσβύτης Εἰρηναῖος, ὁ κατὰ πάντα ἐκ πνεύματος κεκοσμημένος, ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ὑπὸ τοῦ Κυρίου προβεβλημένος, καὶ ἐπαλειφθεὶς τοῖς ἐπουρανίοις χαρίσμασι τοῖς κατὰ τὴν ἀληθινὴν πίστιν, καὶ γνῶσιν, καταπαλαίσας τε, καὶ καταγωνισάμενος τὴν πᾶσαν αὐτῶν ληρώδη ὑπόθεσιν, διεξῆλθε κατὰ λόγον τὰ ὑπ' αὐτῶν κενοφωνούμενα. Ἀκρότατα δὲ αὐτοὺς ἐν τῷ ἑξῆς δευτέρῳ αὐτοῦ λόγῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις διήλεγξε περιττοτέρως, βουλόμενός τέ πως τὸν χαμαὶ ῥιφέντα, καὶ εἰς ἧτταν τραφέντα σῦραι, καὶ ἐνώπιον πάντων θριαμβεῦσαί τε, καὶ φωρᾶσαι τὴν ἐν αὐτῷ τῷ ῥιφέντι ἀναίσχυντόν τε, καὶ ἀσθενῆ πρόκλησιν ματαιοφροσύνης.

Et haec quidem, atque his similia, ~~adv~~ de ipsorum vaniloquiis disserit supra dictus ille senex Irenaeus, vir in omnibus Spiritu exornatus, ac tamquam strenuus athleta a Domino productus, gratiisque perunctus coelestibus verae fidei, atque scientiae, contra omnes eorum nugas concertans, et dimicans. Potissimum vero in sequenti libro secundo, aliisque, fusius illos refutat, prostratumque humi, ac superatum victoria hostem, trahere quodammodo vult, ac triumphare, dejectique impudentem, ac debilem in provocando stultitiam, palam cunctis retegere.

Paucis interjectis haec addit

Idem loco citato.

Ἄλλοι πεπονήκασι, φημὶ δὲ Κλήμης, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ἄλλοι πλείους, οἳ καὶ θαυμαστῶς τὴν κατ' αὐτῶν πεποίηνται ἀνατροπήν.

Alii de re ista scripserunt, Clemens nimirum, et Irenaeus, et Hippolytus, aliique complures, qui eos mirabiliter refutarunt.

E Capite Libri primi undecimo, juxta laudatam editionem, §. ~~4.~~ quarto, locum item profert

Idem adversus haeresim ~~32.~~ 12. sive 32.
Capite 6.

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἱερὸς Εἰρηναῖος καταγελῶν αὐτῶν, τὸ τραγικὸν ἐκεῖνον, ὃ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις εἰς μέσον φέρων ἦκεν.

Sed et sacer Irenaeus, postquam illos deriserit, tragicam illam, ob ea, quae supra dixerat, exclamationem subjicit.

Deinde subjungit

Idem loco citato.

Εἶτα λοιπὸν εἰς ταῦτα αὐτὸς ὁ μακάριος ἐπίσκοπος Εἰρηναῖος, ὥς γε προείπαμεν, γελοιώδη ῥήματα καὶ αὐτὸς προεῖπεν.

Caeterum deinceps beatus episcopus Irenaeus, ut supra diximus, ridicula de his et ipse adjicit verba.

Prolixiori ~~Iren~~ loco, quem ex Libro ~~Eidem~~ Irenaei primo producit, haec verba praeponit

Idem loco citato adversus haeresim 14. sive 34. Capite 1.

Ἐγὼ τοίνυν, ἵνα μὴ εἰς δεύτερον κάματον ἑαυτὸν ἐκδῶ, ἀρκεσθῆναι δεῖν ἡγησάμην, τοῖς ἀπὸ τοῦ μακαριωτάτου, καὶ ἁγιωτάτου Εἰρηναίου, κατ' αὐτοῦ τοῦ Μάρκου, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ ὁρμωμένων πραγματευθεῖσιν· ἅτινα ἐνταῦθα πρὸς ἔπος ἐκθέσθαι ἐσπούδασα, καὶ ἔστι τάδε. Φάσκει γὰρ αὐτοῖς Εἰρηναῖος ὁ ἅγιος ἐν τῷ ὑποφαίνειν τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, λέγων οὕτως.

in marg. forte αὐτός.

Ego igitur ne susceptum laborem, secundus susciperem, satis esse debere arbitratus, quae beatissimus, et sanctissimus Irenaeus, contra Marcum ejusque adseclas disputat; ea hic ad verbum adponere curavi: sunt autem hujusmodi. Ipse enim Sanctus Irenaeus, dum eorundicta declarat, ita loquitur.

Adlato Irenaei loco ab initio §. 2 secundi Capitis decime tertii, ~~usque~~ juxta Massuet editionem, usque ad totum Capitis vigesimi primi ~~Cap~~ §. quartum, haec subjicit

Idem loco citato Capite 21.

Ταύτην τὴν πᾶσαν ἀκριβῆ ἔρευναν ὁ μακάριος πρεσβύτης Εἰρηναῖος ἐποιήσατο, καθ' εἱρμὸν μὲν πάντα ἐνθέμενος τῆς αὐτῶν ~~πάσης~~ πάσης παραπεποιημένης διδασκαλίας. Διόπερ δὴ, ὡς καὶ ἤδη μοι προδεδήλωται, ὅτι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἐσπουδασμένοις ἀρκεσθέντες, πάντα πρὸς ἔπος, ὡς παρ' αὐτῷ ἐμφέρεται, παρεθή=

al. pro πάντα: ταῦτα.

Omnem hanc adcuratam inquisitionem Irenaeus beatus senex instituit, totam ordine seriem commentitii dogmatis inserens. Idcirco, ut supra jam dixi, iis contenti, quae ab illo elucubrata sunt, omnia ad verbum, prout apud ipsum leguntur adscripsimus. Ex iis enim, quae

καμεν. Ἀνατραπήσονται γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς εἰς ἀντίθεσιν τῆς αὐτῶν μοχθηρίας εἰρημένων.

a sancto illo viro contra eorum improbitatem dicta sunt, omnes illi evertentur.

Apostolorum successorem, Irenaeum vocat

Idem loco citato adversus haeresim 4. sive 24. Capite 6.

Θαυμαστῶς δὲ ὁ μακάριος Εἰρηναῖος ὁ τῶν Ἀποστόλων διάδοχος, περὶ τούτου ~~Βασιλείδου~~ λεπτολογῶν, διήλεγξε τούτου + τὴν ~~ἀβελ~~ ἀβελτηρίαν, καὶ ἀδράνειαν.

\+ (Βασιλείδου)

Mire autem Irenaeus Apostolorum successor, hac de re subtiliter disserens, Basilidis amentiam, debilitatemque convicit.

Rursus Irenaeum ~~citat~~ laudat ...

Idem loco citato adversus haeresim 31. Capite 1.

Δίκην μυκήτων τῇ ἀμορφίᾳ ὑπὸ μίαν θέξιν πεφήνασιν, ὡς καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ Εἰρηναίῳ ἤδη περὶ αὐτῶν προείρηται.

Fungorum instar, uno eodem momento, foeditate adparuerunt, quemadmodum jam a Sanctissimo Irenaeo de illis dictum est.

Ad Libri primi Irenaei operis Caput ~~20.~~ vigesimum septimum, juxta veterem ~~memoratam~~ editionem; + §. secundum respexisse videtur (Thomas. 76. not. Iren. 32. 2 lin. (39.)

\+ juxta illam autem Massuet, vigesimum; §. secundum; Antonio Francisco Vezzosi (Vezzosi ad Thomas. Institut. Theolog. antiq. Patr. Part. 2.) Petau, (Petau, ad S. Epiph. Ancorat. Cap. 31.) et Grotio, (Grotius, ad Luc. Cap. 19.)

Idem in Ancorato Capite 31.

Ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσε (Χριστὸς.) κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις ἀντιγράφοις, καὶ κέχρηται τῇ μαρτυρίᾳ ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων, πρὸς τοὺς δοκήσει τὸν Χριστὸν πεφηνέναι λέγοντας. Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλαντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον) „ Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἵδρωσε, καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡς θρόμβοι αἵματος, καὶ ὤφθη Ἄγγελος ἐνισχύων αὐτόν. „

Sed et flevit (Christus) et In Evangelii secundum Lucam non correctis exemplaribus legitur, eoque testimonio in opere contra haereses utitur, sanctus Irenaeus, ad eos refellendos, qui Christum specie tenus adparuisse dicebant. Orthodoxi vero vocem abstulerunt, timentes, nec finem illius, et validitatem maximam intelligentes) „ Et factus in agonia constitutus sudavit; & et factus est sudor ejus, sicut guttae sanguinis; et adparuit Angelus confortans eum. „

Grabe, (Grabe, ad S. Iren. Contra haeres. Lib. 3. Cap. 32.) vero, et Massuet (Massuet, ad S. Iren. Contra haeres. Lib. 3. Cap. 22. §. 2) rectius putant respexisse Epiphanium ad Libri tertii Caput trigesimum secundum; juxta editionem Massuet ~~vigesimum secundum~~, atque vigesimum, §. secundum; ac Epiphanii locum ita scribendum putant, quemadmodum illum adduxi. Qui contraria sentiunt, eum ita describunt: Ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσε, κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις ἀντιγράφοις, καὶ κέχρηται τῇ μαρτυρίᾳ ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων, πρὸς τοὺς δοκήσει τὸν Χριστὸν πεφηνέναι λέγοντας. ** = Sed et flevit ut in Evangelii secundum Lucam non correctis exemplaribus legitur, eoque testimonio, in opere contra haereses utitur sanctus Irenaeus, ad eos refellendos, qui Christum specie tenus adparuisse dicebant. Orthodoxi vero vocem abstulerunt, timentes, nec finem illius, et validitatem maximam intelligentes. = Quae sequuntur, tamquam a superioribus prorsus distincta subjiciunt.

** Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλαντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον

Ex octavo Irenaei libri primi capite, quod Epiphanii beneficio Graece extat, locum profert etiam

S. Ephraimus De Virtute Capite VIII.

Πρὸς οὓς (αἱρετικοὺς) καλῶς, καὶ μεγάλως ἀπεφήνατό τις τῶν ἁγίων, οὕτω διδάξας, καί φησιν.

Ita Assem. Testimon. Ephr. 1. 224. d. οὕτως, et καὶ φησί.

Adversus quos (haereticos) pulchre, et magnifice Sanctorum quidam enuntiavit, haec docens, atque ita scribens.

Graeci textus Capitis vigesimi quinti ejusdem Libri fragmentum adfert

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 5.

Εἰρηναίου τοῦ τὴν ἑσπέραν φωτίσαντος ἀνδρὸς ἀποστολικοῦ, παραθήσομαι μαρτυρίαν. Λέγει δὲ οὗτος ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις συγγραφέντων αὐτῷ.

Irenaei, apostolici viri, qui Occidentem illustravit, testimonium adscribam. Ita autem loquitur in primo librorum quos adversus haereses composuit.

Adlato loco subjungit

Idem loco citato.

Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θαυμάσιος Εἰρηναῖος περὶ αὐτῶν ἔφη.

Haec igitur de illis ait admirandus Irenaeus

Vigesimi septimi Libri primi capitis quaedam adfert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 11.

Ταῦτα δέ φησιν (Εἰρηναῖος) ἐν τρίτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις· ἐν γε μὴν τῷ πρώτῳ αὖθις περὶ τοῦ Κέρδωνος ταῦτα διέξεισι.

Haec autem scribit Irenaeus in tertio contra haereses libro. In primo vero ~~rursus haec~~ de Cerdone rursus haec ait.

Deinde subjungit

Idem loco citato.

Ὁ δὲ αὐτὸς Εἰρηναῖος τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς Οὐαλεντίνου πολυπλανοῦς ὕλης εὐτονώτατα διαπλώσας, ἑρπετοῦ δίκην φωλεύοντος, ἀπόκρυφον οὖσαν αὐτοῦ, καὶ λεληθυῖαν, ἀπογυμνοῖ τὴν κακίαν. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλον τινὰ (Μάρκος αὐτῷ ὄνομα) κατ' αὐτοὺς γενέσθαι λέγει, μαγικῆς κυβείας ἐμπειρότατον. Γράφει δὲ καὶ τὰς ἀτελέστους αὐτῶν τελετὰς, μυσαράς τε μυσταγωγίας ἐμφαίνων, αὐτοῖς δὴ τούτοις τοῖς γράμμασιν.

Irenaeus ipse postquam immensam materiae illius Valentini, variis involutae erroribus voraginem enarrasset, anguis instar latentis, abditam fraudem, occultamque declarat. Alium praeterea virum quemdam, Marcum nomine, iisdem temporibus extitisse scribit, magicae nequitiae peritissimum. Profanas item eorum initiationes, et execranda mysteria prodit his verbis.

Sequitur locus Irenaei ex Libri primi Capite vigesimo primo, §. tertio. Ex ejusdem libri Capite duodetrigesimo §. primo nonnulla profert

Idem loco citato Capite XXIX.

Δηλοῖ δὲ τοῦτο Εἰρηναῖος ἐν τῷ πρώ=

Hoc docet Irenaeus in primo libro

τῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὁμοῦ τά τε περὶ αὐτοῦ (Τατιανοῦ) καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως οὕτω γράφων.

contra haereses primo, de illo simul (Tatiano,) ejusque haeresi scribens hunc in modum.

Adlata fragmento subdit

Idem loco citato.

Ταῦτα μὲν ὁ Εἰρηναῖος τότε.

Haec quidem eo tempore scribebat Irenaeus. +

+ Quaedam hic addenda vide pag. 216. num. 1.

E secundo Irenaei libro, Capite vigesimo secundo, § quinto breve fragmentum de Joanne Apostolo, quem usque ad Trajani tempora vitam produxisse ait Irenaeus, exhibet

Idem loco citato Libro III. Capite 23.

Ὅτι δὲ εἰς τούτους ἔτι τῷ βίῳ περιῆν (Ἰωάννης) ἀπόχρη διὰ δύο πιστώσασθαι τὸν λόγον μαρτύρων. Πιστοὶ δ' ἂν εἶεν οὗτοι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς πρεσβεύσαντες ὀρθοδοξίας. Εἰ δὴ τοιοῦτοι Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεύς· ὧν ὁ μὲν πρότερος ἐν δευτέρῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὧδέ πως γράφει κατὰ λέξιν.

Quod autem Joannes vitam ad haec usque tempora perduxerit, duobus testibus comprobare sufficiet. Fide porro digni sunt isti, quippe qui rectam Ecclesiasticam doctrinam propugnarunt. Irenaeum dico, et Clementem Alexandrinum, quorum primus in secundo adversus haereses ita ad verbum scribit.

Statim deinde locum alterum Irenaei, ex tertio ejus libro, et Capite tertio, § ultimo recitat

Idem loco citato.

Καὶ ἐν τρίτῳ δὲ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ταυτὸ τοῦτο δηλοῖ διὰ τούτων.

In tertio quoque ejusdem operis libro, idem testatur his verbis.

Ad alterutrum fragmentorum, quae laudato loco producit, respicit etiam

Idem in Chronico anno Domini 101. Olympiade 219.

Joannem Apostolum usque ad Trajani tempora Irenaeus Episcopus permansisse scribit.

Eadem verba occurrunt in Prosperi Chronico, et similia habet

Chronicon Paschale 220. Olympiade.

Ἰωάννην τὸν Ἀπόστολον, καὶ Εὐαγγελιστὴν, μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων παραμεῖναι τῷ βίῳ Εἰρηναῖος ἱστορεῖ.

Joannem Apostolum, et Evangelistam, usque ad Trajani tempora vitam produxisse narrat Irenaeus.

Secundum potius e locis ab Eusebio adlatis respexisse videtur

Joannes Malalas Chronographiae Libro XI.

Καθὼς Ἀφρικανὸς, καὶ Εἰρηναῖος, οἱ σοφώτατοι συνεγράψαντο.

Quemadmodum Irenaeus Africanus, et Irenaeus, sapientissimi viri tradiderunt.

Primum e laudatis locis integrum profert, ac rursus ad illum ipsum, sive illum, quod deinceps exscribit Eusebius, vel utrumque innuit

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5597. Christi 97.

Ἰωάννην τὸν Θεολόγον, καὶ Ἀπόστολον, Εἰρηναῖος, καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ.

Joannem Theologum, et Apostolum, usque ad Trajani tempora, in vita permansisse narrant Irenaeus, aliique.

Post relata Irenaei verba, statim Eusebium Clementem Alexandrinum adlegat, et prolixam satis narrationem de Joanne Apostolo, ac juvene quodam perdito, deinde vero poenitentia in rectum tramitem ducto, Clementis ipsius verbis exponit. Eusebii loco oscitanter nimis lecto, narrationem illam Irenaeo tribuit, eamque sub hujus nomine retulit

Antiochus Monachus Homilia CXXII.

Τοιοῦτόν τι εὑρίσκομεν παρὰ τῷ Εἰρηναίῳ· φησὶν γὰρ περὶ τοῦ Θεολόγου Ἰωάννου.

Tale aliquid apud Irenaeum reperimus: ait enim ita de Joanne Theologo.

Porro si eadem cum Clemente Irenaeus retulisset, id monere non omisisset Eusebius, cum amborum testimonia ad unam rem demonstrandam adduceret: ideoque nullus est dubitandi locus, cum Tilmanno, et Combefis, (Combefis, ad Auctar. nov. Biblioth. Patr. Can. 1. 496) quin erraverit Antiochus, Irenaeo, quae Clementis erant adscribens. Ex Irenaei Libro primo secundo, Capite vigesimo sexto, § primo; Capite item sequenti, § primo; Capite vigesimo octavo, § tertio; Capite undetrigesimo, § secundo; + Graeca quaedam exhibet Damascenus in Parallelis. E Capitis trigesimi primi § secundo locum producit

+ et Capite trigesimo quarto, § ultimo,

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 7.

Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος, ἀκολούθως ταῖς προδιεξοδευθείσαις ἡμῖν ὑπογράψας ἱστορίαις, ἐν οἷς ἐπέγραψε πέντε οὖσι τὸν ἀριθμὸν ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Ἐν δευτέρῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ὅτι δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ὑποδείγματα τῆς θείας, καὶ παραδόξου δυνάμεως ἐν Ἐκκλησίαις τισὶν ὑπολέλειπτο διὰ τούτων ἐπισημαίνεται λέγων.

Haec Irenaeus adumbravit iis qui consentanea, quae supra persequuti sumus historiis, adumbravit in libris quinque, quibus detectionis, et eversionis falso cognominatae scientiae, titulum praefixit. In eorum autem secundo, divinae, et admirandae virtutis indicia, in Ecclesiis quibusdam adhuc suo tempore superfuisse ostendit his verbis.

Mox Capitis trigesimi secundi § quartum adfert

Idem loco citato.

Καὶ αὖθις φησι μεθ' ἕτερα.

Et rursus aliquanto post, inquit.

Alium deinceps Irenaei locum e Libri tertii Capite primo, et § primo exhibet

Idem loco citato Capite 8.

Τούτων δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἦν. Φέρε δὲ καὶ τὰς αὐτοῦ παραθώμεθα λέξεις, καὶ πρώτας γε τὰς περὶ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων, οὕτως ἐχούσας.

Ex his horum numero Irenaeus quoque fuit: Age ejus etiam verba adponamus, et primum quidem, ea quae de sacris Evangeliis scribit, ita se habentia.

Post adlata verba subjungit

Idem loco citato.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τρίτῳ τῆς εἰρημένης ὑποθέσεως τῷ προδηλωθέντι εἴρηται.

Haec igitur ait ille in tertio supra dicti operis libro, quem memoravimus.

Ubi respexit Eusebius, ut puto, ad haec verba, quae scripserat

Idem loco citato Capite 5.

Οὗτος (Εἰρηναῖος) τῶν ἐπὶ Ῥώμης τὴν διαδοχὴν Ἐπισκόπων ἐν τρίτῃ συντάξει τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις παραθέμενος, εἰς Ἐλεύθερον, οὗ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἡμῖν ἐξετάζεται, ὡς ἂν δὴ κατ᾽ αὐτὸν σπουδαζομένης αὐτῷ τῆς γραφῆς, τὸν κατάλογον ἵστησι, γράφων ὧδε.

Hic (Irenaeus) in tertio librorum adversus haereses, Romanorum Episcoporum successionem exponens, in Eleuthero desinit, de cujus nunc temporibus inquirimus, quippe qui tunc Romanam regebat Ecclesiam, cum Irenaeus opus illud componeret. Sic autem scribit.

Sequitur tertii Libri, Capitis, et §. tertii Irenaei operis fragmentum. Hoc excipit alius ejusdem Libri, Capitis, ac §. locus, quem exhibet

Idem loco citato

Καὶ μετὰ βραχέα φησί.

Et paulo post ait.

Laudati Capitis §. quartum integrum adfert

Idem loco citato Libro IV. Capite 14.

Καὶ ἄλλην δὲ ὁ αὐτὸς (Εἰρηναῖος) περὶ τοῦ Πολυκάρπου παραδίδωσι διήγησιν, ἣν ἀναγκαῖον τοῖς περὶ αὐτοῦ δηλουμένοις ἐπισυνάψαι οὕτως ἔχουσαν.

Aliam quoque de Polycarpo historiam idem auctor (Irenaeus) tradit, quam caeteris de Polycarpo dictis addere oportet. Ita vero se habet.

Irenaei loco haec subdit

Idem loco citato.

Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

Haec Irenaeus.

Fragmentum Capitis quarti, §. tertii ejusdem libri recitat item Eusebius post haec verba, quae profert

Idem loco citato Capite 10.

Ἱστορεῖ γε μὴν ὁ Εἰρηναῖος τὸν Τελεσφόρον μαρτυρίῳ τὴν τελευτὴν διαπρέψαι· δηλῶν ἐν ταυτῷ κατὰ τὸν δηλούμενον Ῥωμαίων Ἐπίσκοπον Ὑγῖνον, Οὐαλεντῖνον ἰδίας αἱρέσεως εἰσηγητὴν, καὶ Κέρδωνα τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἀρχηγὸν, ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἄμφω γνωρίζεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως. +

Refert sane Irenaeus, Telesphorum martyrio vitam illustrasse, docens simul supra dicti Hygini Romanorum Episcopi tempore, Valentinum propriae haeresis introductorem, ac Cerdonem Marcionitarum erroris auctorem, Romae ambos innotuisse. Scribit autem in hunc modum.

+ Quaedam hic addenda vide pag. 218. num. 2.

Ex memorati libri Capite decimo, §. quarto; Capite decimo sexto, §. octavo; Capite decimo septimo, §. quarto; Capite duodevigesimo, §. tertio; ~~Capite~~ atque septimo;

Capite undevigesimo, §. primo, ac tertio; Capite vigesimo primo, §. quinto, ac decimo; Capite vigesimo secundo, §. primo, plura Grece profert Theodoretus in Dialogis, integrum preterea Capitis vigesimi secundi §. tertium exscribens. Quaedam ex his quae refert Theodoretus, Graece occurrunt ~~in~~ etiam in Catena manuscripta in Lucam, quam continet Regius Parisiensis Codex 2440. (Massu. 146. not. aa. 218. not l. 219. not. b.) Capitis undecimi §. octavum, integrum fere cum secundi parte descripserant, tacito licet Irenaei nomine, Anastasius Sinaita Quaestione 144. et Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Theoria Rerum Ecclesiasticarum. Ejusdem §. octavi partem exhibet etiam Argumentum in S. Marci Evangelium quod ex Commentario in Evangelium ipsum Cyrilli Alexandrini, sive Victoris Antiocheni edidit Combefis in Auctario novissimo Bibliothecae Patrum. (Fab. 8. 589. Massu. 191. not. c.) Tum ea, quae Irenaei loco in argumento illo premittuntur, tum locum ipsum + edidit etiam Mingarelli, (Mingarelli, Graec. Cod. Manuscr. ap. Nan. Patric. Venet. asserv Cod. 27. num. 9.) e Commentario Manuscripto in Marci Evangelium. Et quoniam ibi locus, ibi ex Irenaeo prolatus si cum illo conferatur, qui in Massuet editione legitur, plurima scatet lectionum exhibet varietate, ideo non inutile prorsus erit locum ipsum hic exscribere, qualis occurrit apud laudatum

+ initio mancum

Commentarium in Evangelium secundum Marcum.

[Ex Cod. Naniano fol. 218.]

v. Massu. 191. not. c.

Καὶ Εἰρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου Ἐπίσκοπος, μαθητὴς τῶν Ἀποστόλων γενόμενος, ἐν τῷ κατ τρίτῳ κατὰ αἱρέσεων λόγῳ φησὶν, ἑκάστου εὐαγγελίου τὸν χαρακτῆρα ἐκτιθέμενος·

Sed et Irenaeus Lugdunensis Episcopus, qui Apostolorum discipulus fuit, in tertio contra haereses libro, ~~uni~~ singulorum Evangeliorum characterem exponens, ait:

Interpretatio vetus.

„Hominibus initium fecit: Initium, dicens, Evangelii, quemadmodum scriptum est in Isaia propheta; volatilem, et pennatam imaginem Evangelii monstrans: propter hoc et compendiosam, et precurrentem annuntiationem fecit: Propheticus enim character est hic.„

„Τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, ἀρχὴ, λέγων, τοῦ Εὐαγγελίου, καθὼς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ· τὴν πτερωτικὴν εἰκόνα τοῦ Εὐαγγελίου δεικνύων· διὰ τοῦτο καὶ σύντομον, καὶ παρατρέχουσαν τὴν καταγγελίαν πεποίηται· προφητικὸς γὰρ ὁ χαρακτὴρ οὗτος.„

Interpretatio nova.

„Hominibus initium fecit, Initium, dicens, Evangelii, sicut scriptum est in Isaia propheta; volatilem Evangelii ostendens imaginem: propterea brevem, et praecurrentem enunciationem fecit: Propheticus enim est character iste.„

Capitis duodecimi libri tertii plura fragmenta edidit Grabe e Catena Patrum Manuscripta, quae habe in Actus Apostolorum, quae habetur in Codice 58. Collegii novi Oxoniensis. (Massu. 193. not. e. Fab. 7. 790.) Capitis vigesimi primi, §. primi locum recitat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 8.

Καὶ περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα ἑρμηνείας τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, ἄκουε οἷα κατὰ λέξιν γράφει (Εἰρηναῖος)

Et de septuaginta interpretum versione divinarum scripturarum, quae scribit (Irenaeus) ad verbum audi.

Deinceps ejusdem Capitis §. secundum exhibet

Idem loco citato.

Τούτοις ἐπιφέρει μετὰ βραχέα λέγων.

Istis, paucis interjectis, haec addit.

Caput his verbis claudit

Idem loco citato.

Τοσαῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

Haec Irenaeus.

Capitis tertio, et vigesimo Libri tertii locum quaedam adlegat Procopius Gazaeus in Commentario ad Genesim. (Masu. CIV. append. 15. col. 2.) Irenaei tertium contra haereses citat etiam

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam VII. §. 1.

Ὁ ἅγιος οὗτος Πολύκαρπος Σμύρνης τῆς ἐν Ἀσίᾳ γέγονεν Ἐπίσκοπος, ἀκροάτης τῶν Α γενόμενος τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, ὥς φησιν Εἰρηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν κατὰ τῆς Ψευδωνύμου γνώσεως.

Iste Sanctus Polycarpus Smyrnae in Asia Episcopus fuit, et Sancti Joannis Evangelistae auditor, ut ait Irenaeus in tertio libro adversus Falsi nominis scientiam.

Libri, et Capitis quarti, §. primi; Capitis trigesimi tertii, §. quarti, et undecimi, fragmenta servavit Theodoretus in Dialogis. Joannes autem Damascenus in Parallelis loca produxit Capitis quarti, §. secundi; Capitis sexti, §. quarti; Capitis octavi, §. tertii; + Capitis trigesimi tertii, §. octavi; Capitis trigesimi septimi, §. primi, tertii, et septimi; ac praeterea Capitis duodevigesimi §. quintum, Capitis ~~vigesimi~~ §. trigesimi tertii §. septimum, Capitis trigesimi septimi §. secundum, atque integrum fere Caput trigesimum octavum. E Capitis trioctavi §. tertio, et Capitis vigesimi §. quinto, quaedam a Damasceno etiam exhibita adfert Antonius Melissa. (Melissa, Loc. Commun. Lib. 1. ~~Cap.~~ Serm. 1. Lib. 2. ~~Cap.~~ Serm. 2.) ✠ Capitis quinti, §. tertii, et quarti; Capitis vigesimi, §. decimi secundi; ✠ Capitis vigesimi, septimi, § quarti, et quinti, e Catenis quibusdam manuscriptis fragmenta vulgavit ~~Ces~~ Combefis in Auctarii novissimi Bibliothecae Patrum Parte prima. ~~Unum~~ Quoddam ex his legitur etiam in tribus Bibliothecae Regiae Parisiensis Catenis manuscriptis in Numeros, quas consuluit Massuet. Nonnulla etiam Capitis vigesimi sexti, §. primi; Capitis trigesimi primi, §. primi; Capitis trigesimi sexti, §. septimi; ~~Capitis quadragesimi, § tertii~~ loca, et praeterea Capitis quadragesimi §. tertium fere integrum, Graece habentur, e ~~Nicetae~~ deprompta Nicetae Catena in Matthaeum, et illa, quam P. edidit Possin, itemque e duabus Bibliothecae Regiae Parisiensis Catenis manuscriptis, altera quidem in Genesim, altera vero in Matthaeum. Ad Irenaei Libri quarti Caput secundum, §. septimum, et Libri quinti Caput undevigesimum, §. primum respicit

+ Capitis vigesimi, §. quinti;

✠ Similiter sententia, quam e Capitis quarti §. secundo producit Damascenus, occurrit etiam in Codice Coisliniano 276. ut notat Maurinus editor operum S. Justini in notis ad Sancti hujusce Scriptoris fragmenta. (336)

✠ Capitis trigesimi ~~p~~ primi, §. primi;

S. Augustinus Contra Julianum Haeresis Pelagianae defensorem Libro I. Capite 3.

v. Iren. 230. 2. m. Irenaeus Lugdunensis Episcopus non longe a temporibus Apostolorum fuit. Iste ait; „ non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati, in ligno martyrii exaltatus in terra, omnia traxit ad se, et vivificavit mortuos. „ Item idem

v. Iren. 316. col. 1. f. ipse; „ Quemadmodum adstrictum est, inquit, morti genus humanum per virginem, solvatur per virginem, aequa lance disposita virginalis inobedientia per virginalem obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccato per correptionem primogeniti emendationem accipiente, serpentis prudentia devicta per simplicitatem columbae, vinculis illis resoluti sumus, per quae alligati eramus mortui. „ Videsne antiquum hominem Dei, quid de antiqua serpentis plaga sentiat? quid de similitudine peccati, per quam sanatur plaga serpentis in carne peccati? quid de protoplasti peccato, per quod alligati fueramus.

Rursus Irenaeum adlegat, ea quae supra retulerat loca designans

Idem loco citato Capite 7.

Sanctus Irenaeus dicit, antiquam serpentis plagam, Fide Christi, et cruce sanari, et quod protoplasti peccato fuimus tanquam vinculis alligati.

Capitis ~~duodevigesimi~~ sexti libri, de quo nunc agitur, §. secundi locum adfert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 18.

Οὗτωσὶ δὲ σπουδῆς εἶναι ἄξιοι καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐδόκουν οἱ τἀνδρὸς (Ἰουστίνου) λόγοι, ὡς τὸν Εἰρηναῖον ἀπομνημονεύειν αὐτοῦ φωνάς· τοῦτο μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ πρὸς τὰς αἱρέσεις αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιλέγοντα.

Tanti autem pretii veteribus quoque scripta ejus (Justini) aestimata sunt, ut Irenaeus ~~quaedam~~ ipsius verba commemoret; et tum cum in quarto adversus haereses haec scribat.

Statim post ea relata Irenaei verba subjungit

Idem loco citato.

Τοῦτο δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διὰ τούτων.

Tum cum in quinto ejusdem operis libro his verbis utatur.

Sequitur Libri quinti, Capitis vigesimi sexti, §. secundi fragmentum, + Quaedam e Libro quarto, Capite vigesimo, §. secundo, verba producit

+ quod respicit S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 23. Sed et contra Marcionem insignia volumina, quorum Irenaeus quoque in quinto adversus haereses libro meminit.

Eusebius ~~Idem loco citato~~ Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 8.

Ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως ἱστόρηται τῷ δεδηλωμένῳ. ~~Μεμ~~ (Εἰρηναίῳ) Μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἰωάννου πρώτης ἐπιστολῆς, μαρτύρια ἐξ αὐτῆς πλεῖστα εἰσφέρων. οὐ ὁμοίως δὲ καὶ τῆς Πέτρου προτέρας. οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ ποιμένος γραφὴν, λέγων.

Haec et de Apocalypsi refert laudatus vir (Irenaeus.) Meminit etiam primae Joannis epistolae, plurima ex illa proferens testimonia; itemque primae Petri. Non solum autem novit, sed verum etiam admittit Pastoris librum, dicens.

Postea subjungit

Idem loco citato.

Καὶ ῥητοῖς δέ τισιν ἐκ τῆς Σολομῶντος σοφίας κέχρηται, μόνονουχὶ φάσκων.

Sed et quibusdam nonnullis utitur verbis, e Salomonis Sapientia desumptis, ita fere dicens.

Tum profert ~~Capitis~~ §. tri tertii Capitis trigesimi octavi postrema verba, quae graece habentur a Damasceno etiam laudata, sed ab Eusebio quoque referri non monuit

Massuet. E Capite duodevigesimo, §. quarto, et quinto nonnulla profert Meletius Syrigus in Confutatione Confessionis Cyrilli Lucaris anno 1640. absoluta; ita tamen ut ea non e Graeco Irenaei textu descripsisse videatur, sed e latina potius versione in Graecum transtulisse. Sane secundum locorum quos ipse profert, ita discrepat ab illo, quem nobis Damascenus servaverat, ut vix possibile sit discrepantiam ~~illam~~ istam e Codicum varietate Codicum ortam esse. Capitis trigesimi noni, §. tertii, itemque sequentis Capitis §. primi fragmenta primus edidit Massuet, ex Joannis Presbyteri, et Monachi Eclogis Manuscriptis, quas evolverat in Bibliotheca Coisliniana. Libri quinti, Capitis primi, §. item primi fragmentum, atque integrum fere §. secundum exhibet Theodoretus in Dialogis. Capitis autem, et §. secundi; Capitis tertii, §. primi, et secundi; Capitis quarti, §. primi, et secundi; Capitis noni, §. tertii, et quarti; Capitis duodecimi, §. secundi, et tertii; Capitis decimi tertii, §. tertii; Capitis decimi sexti, §. secundi, et tertii; Capitis decimi septimi, §. primi; Capitis septimi, atque vigesimi, §. secundi; Capitis vigesimi ~~octavi~~, §. primi; noni, §. ~~primi~~ unici; Capitis trigesimi, §. primi, et tertii; Capitis trigesimi primi, §. secundi; Capitis trigesimi sexti, §. primi loca; et praeterea Capitis secundi §. tertium; Capitis tertii §. itidem tertium, Capitis decimi tertii §. secundum; Capitis vigesimi septimi, §. secundum, Capitis duodetrigesimi §. primum, et integrum fere Capitis duodecimi §. primum, Graece adfert Damascenus. Quaedam ex Capitis quinti §. primo, et secundo a Damasceno ipso, ut dixi, prolata, leguntur etiam, teste Grabe, in Codice 26. Baroccian. Capitis sexti, §. primi fragmentum producit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 7.

Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τόπῳ ὁ αὐτὸς (Εἰρηναῖος) γράφει.

Sed et alibi idem (Irenaeus) haec scribit.

Capitis octavi, §. secundi breve fragmentum servavit

S. Basilius De Spiritu Sancto Capite 29.

Εἰρηναῖος δὲ ἐκεῖνος, ὁ ἐγγὺς τῶν Ἀποστόλων γενόμενος, πῶς ἐμνήσθη τοῦ πνεύματος ἐν τῷ πρὸς τὰς αἱρέσεις λόγῳ, ἀκούσωμεν.

Quomodo autem Irenaeus ille, Apostolorum temporibus proximus, in opere adversus haereses, Spiritus Sancti meminerit, audiamus.

Irenei verba ~~ex~~ ~~Ire~~ e Basilio transcripsit Euthymius Zigabenus, (Euthymius Zigabenus, Panopl. dogmat. Orthodox. Fid. Par. II. Cap. 9. Massu. 301. not. q.) + Capitis decimi septimi, §. quarti locus, e manuscripta Bibliothecae Coislinianae Catena in Libros Regum, editus item habetur + Capitis praeterea duo et trigesimi, §. tertium e Regio Parisiensi Codice 3443. vulgavit Cotelier in notis ad epistolam, quae Barnabae dicitur. Ex ejusdem capitis §. quarto verba quaedam, in Actis etiam S. Ignatii Manuscriptis Bibliothecae Bodlyanae, ut testatur Grabe, adlegata, exhibet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 36.

Οἶδε δὲ αὐτοῦ (Ιγνατίου) τὸν μαρτύριον καὶ ὁ Εἰρηναῖος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μνημονεύει, λέγων οὕτως.

Ejus autem (Ignatii) martyrium novit etiam ~~Ign~~ Irenaeus, et epistolarum ipsius meminit, ita scribens.

+ ex Basilio. Mox addit

Idem loco citato.

Καὶ ἐν ἄλλοις ὁ αὐτός φησιν.

Et alibi idem ait.

Locum deinde profert ex Capite nono, §. tertio. ~~Nonnulla ex~~ ⸗ Nonnulla ex Catena in Genesim a Sirmondo descripta, et alia Bibliothecae Regiae Parisiensis Catena in Isaiam Graece edita habemus Capitis duodecimi, §. secundi verba.

⸗ Hunc locum ipsum ex Codice Bibliothecae S. Marci cum versione sua, tamquam ineditum deperditi Irenaei operis fragmentum vulgavit Mingarelli in notis ad Didymi de Trinitate Librum secundum, Caput decimum quartum. Miror sane virum [illegible] cum ex scriberet [illegible]pius prae manibus habebat, tam vehementer hallucinatum esse.

Capitis trigesimi, §. primi fragmentum exscribit

Idem loco citato Libro V. Capite 8.

Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, καὶ τῆς ψήφου τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου προσηγορίας οὕτω διαλαμβάνει (Εἰρηναῖος.)

In quinto autem libro de Joannis Apocalypsi, et computatione nominis Antichristi ita in hunc modum disserit (Irenaeus.)

~~Postea~~ Deinceps alterum e Irenaei locum adlaturus inquit

Idem loco citato.

Καὶ ὑποκαταβὰς περὶ τοῦ αὐτοῦ (Ἰωάννου) φάσκει.

Et aliquanto post de eodem (Joanne) ait.

Sequitur Capitis trigesimi §. ~~q~~ tertii fragmentum, ad quem respi quod innuere puto

Chronicon Paschale 217. Olympiade.

Ἐπ' αὐτοῦ δὲ (Δομετιανοῦ) καὶ ὁ Ἀπόστολος Ἰωάννης εἰς Πάτμον ἐξορίζεται τὴν νῆσον, ἔνθα τὴν Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι λέγεται, ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος.

Illo autem (Domitiano) imperante, Joannes Apostolus in Patmum insulam relegatus est, ubi Apocalypsim vidisse dicitur, ut refert Irenaeus.

Huc pertinent quae habet

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam X.

Μέμνηται δὲ τῆς ἐπὶ Δομετιανοῦ ἐξορίας τοῦ ἀξιωτάτου Ἰωάννου καὶ Εἰρηναῖος ἐν τρίτῳ, καὶ πέμπτῳ τῶν κατὰ αἱρέσεων, ἔνθα καὶ τὸν χρόνον ἐσημειώσατο.

Relegationis autem Sanctissimi Joannis sub Domitiano, meminit etiam Irenaeus in tertio, et quinto adversus haereses, ut ubi tempus quoque relegationis ipsius indicavit.

Capitis trigesimi sexti, §. quarti locum exhibet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 39.

Τούτων (συγγραμμάτων) καὶ Εἰρηναῖος, ὡς μόνων αὐτῷ (Παπίᾳ) γραφέντων, μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων.

Horum (librorum) tamquam ii duntaxat a Papia scripti fuissent, meminit etiam Irenaeus, ita scribens

Post recitata Irenaei verba, subjungit

Idem loco citato.

Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα.

Et haec quidem Irenaeus. +

Quaedam ex Capitis ultimi §. primo ~~refert~~ adlegat, Andreas Caesariensis, (Andreas Caesariensis, Commentar. in Apocalyps. Cap. 18. 64.) qui nonnulla etiam ex Capitis duodetrigesimi §. secundo, sed quoad sensum tantummodo, refert,

Andreas Caesariensis Commentarii in Apocalypsin ~~Sermone~~ Capite 37. XIII.

Φησὶν ὁ Εἰρηναῖος ἐπὶ λέξεως οὕτως.

Irenaeus ad verbum haec ait.

+ Ad haec ipsa respicit S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Ecclesiastica Hierarchia Caput VII. Contemplationem Sectionem 1. §. 2.

Καὶ Εἰρηναῖος δὲ Λουγδούνου, ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ, τὸ αὐτό φησι, καὶ παράγει μάρτυρα τῶν αὐτῷ εἰρημένων τὸν λέξαντα Παπίαν.

Sed et Irenaeus Lugdunensis Episcopus, in quinto adversus haereses libro, idem ait, et memoratum Papiam, dictorum ab ipso testem adducit.

Primi tandem § atque secundi. ultimi operis Irenaei capitis quaedam servavit Anastasius Sinaita Quaestione 74. Irenaei προστάγματα πρὸς τὰς αἱρέσεις citat

S. Cyrillus Hierosolymitanus Cathecheseos XVI. Capite 6.

Οἱ γὰρ περὶ πάντα ἀνοσιώτατοι αἱρετικοὶ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὤξυναν γλῶσσαν, καὶ ἐτόλμησαν + τὰ ἀθέμιτα, καθὼς Εἰρηναῖος ὁ ἐξηγητὴς ἐν τοῖς προστάγμασι τοῖς πρὸς τὰς αἱρέσεις ἔγραψεν.

+ εἰπεῖν

Hi scelestissimi enim in omnibus haeretici etiam contra Spiritum Sanctum linguam acuerunt, et ausi sunt infanda dicere, quemadmodum scriptosit Irenaeus in Institutionibus adversus haereses.

Irenaeum e ἐν τοῖς καθ' αἱρέσεων adlegat

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii De Divinis Nominibus Caput IX. §. 6.

Καὶ αὖθις „ ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ χερσὶ τῶν προφητῶν ὡμοιώθην „ τουτέστιν, αὐτὸς ἐγὼ ἐμαυτῷ, ὡς Εἰρηναῖος λέγει ἐν τοῖς καθ' αἱρέσεων.

Et rursus: „ Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum: „ idest, ipse ego mihi ipsi, ut ait Irenaeus in scriptis contra haereses.

Antea jam, de Simone haeretico loquens, Irenaeum adlegavero laudavera:

Idem loco citato ad Caput VI. §. 2.

Οἱ δὲ εἰρηκότες κατὰ Σίμωνος, καὶ περὶ τούτων αὐτὸν ἐλέγχουσιν, Εἰρηναῖος, καὶ Ὠριγένης, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ Ἐπιφάνιος.

Qui autem contra Simonem disputant, cum in his quoque refutant, Irenaeus nimirum, et Origenes, Hippolytusq. et Epiphanius.

De Simone item agens, Irenaeum pariter memorat

Idem in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam VIII. §. 1.

+ Irenaeum adlegat, de Gnosticis agens autor ille, qui vulgo dicitur S. Hieronymus in Indiculo hereseon numero §. 14.

Ἦσαν δὲ τότε αἱρετικοὶ οἱ κατὰ ἀπὸ Σίμωνος, ὡς δηλοῦσιν Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος.

Tunc autem in isthoc errore isto erant haeretici a Simone orti, quemadmodum Irenaeus, Hippolytusque testantur. +

Haec sunt, quae Irenaeus ita exposuit.

Paucis interpositis, rursus Irenaeum citat

Idem loco citato numero §. 16.

Nam ex his aliqui, ut Irenaeus Apostolorum vicinus refert, dicunt contra duodecim signa duodecim patriarchas esse dispositos.

In Praefatione ad operis de haereticis fabulis, loco, quem referam de Rhodone loquens, Irenaeo usum se profitetur, ac deinceps de Menandro loquens agens, eum laudat

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 2.

Καὶ Εἰρηναῖος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν, ἀποστολικὸς δὲ καὶ οὗτος ἀνήρ.

Atque Irenaeus, cujus et antea meminimus, vir et iste Apostolicus.

Rursus de Valentino loquens Irenaeum memorat

Idem loco citato Capite 19.

Κατὰ δὲ Βαλεντίνου, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου, + Εἰρηναῖος, καὶ Κλήμης, καὶ Ὠ=

+ καὶ

Contra Valentinum autem ejusque sectatores, Irenaeus, et Clemens,

I, 5.
p. 197–244.
244.

ριγένης. (συνέγραψαν.) … et Origenes (scripserunt.)

Irenaeum denique iterum laudat

Idem loco citato Libro II. Capite 2.

Κατὰ ταύτων + συνέγραψεν Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυς, καὶ Εἰρηναῖος ὁ τῶν ἀποστόλων διάδοχος, καὶ Ὠριγένης.

+(αἱρέσεων)

~~Cur~~ Contra has (haereses) scripserunt Justinus philosophus, et martyr, Irenaeus Apostolorum successor, et Origenes.

~~Irenaeum~~ In eodem opere tribus adhuc in locis Irenaeum commemorat Theodoretus; quorum ~~&~~ alterum retuli de Agrippa Castore loquens, alterum vero de Clemente Alexandrino verba faciens, alterum vero, de Modesto agens adducam. Irenaei testimonium contra Theophilum Imperatorem adhibuerunt Abrahamitae Monachi, qui ut testatur Anonymus auctor in

Chronicon Constantini Porphyrogennetae jussu conscriptum Libro III. Capite II.

Ἔκ τε τῶν εἰρημένων τοῖς πατράσιν ἡμῶν Διονυσίῳ τε τῷ θείῳ, καὶ Ἱεροθέῳ, καὶ Εἰρηναίῳ ἀπεδείκνυον, ὡς οὐ χθὲς, καὶ πρώην ἡ τῶν μοναχῶν πολιτεία τε, καὶ κατάστασις ἐπινενόηται· παλαιὰ δέ τις, καὶ ἀρχέγονος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπέραστος.

Ex dictis Sanctorum Patrum nostrorum Dionysii divini, et Hierothei, atque Irenaei demonstrarunt, non heri, aut nudius tertius monachorum disciplinam, et vivendi institutum fuisse adinventum; sed antiqua, et primitivae originis haec esse, atque hominibus perjucunda.

Praeter opus contra haereses de quo hactenus dictum est, Massuet, aliique (p. cvj. Tab. 74.) Irenaeo tribuendam suspicantur epistolam, Ecclesiarum Lugdunensis, et Viennensis Ecclesiarum nomine, de illarum martyribus scriptam, cujus partem servavit Eusebius. (Eusebius, His Eccl. Lib. 5. Cap. 1. 199.) Ex ea sane petita videntur quae περὶ Σάγκτου, καὶ Βλανδίνης sub Irenaei nomine refert Oecumenius. (Mass. l. c.) Deperditorum Irenaei operum fragmenta singulari studio collegit saepius laudatus Massuet, atque operi contra haereses illa subjecit. Nonnulla jam Irenaei fragmenta a se congesta simul ediderat Feu-ardent, quem se subsequutus est Grabe. Plura tamen quam hi omnes me daturum confido. Contra Valentini, ut videtur, (p. cv.) Ogdoadem, sive Octonarium, librum ‡ περὶ ὀγδοάδος Florini gratia conscripsit Irenaeus. Cujus Clausulam, sive adjurationem scripto additam servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 20.

Δι' ὃν (Φλωρῖνον) αὖθις ὑποσυρόμενον τῇ κατὰ Οὐαλεντῖνον πλάνῃ, καὶ τὸ περὶ ὀγδοάδος συντάττεται τῷ Εἰρηναίῳ σπούδασμα· ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν Ἀποστόλων κατειληφέναι ἑαυτὸν διαδοχήν. Ἔνθα πρὸς τῷ τοῦ συγγράμματος τέλει, χαριεστάτην αὐτοῦ σημείωσιν εὑρόντες, ἀναγκαίως καὶ ταύτην τῇδε καταλέξομεν τῇ γραφῇ, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον: „Ὁρκίζω σε,

Cujus (Florini) gratia, cum a Valentinorum errore fuisset abreptus, librum etiam de ogdoade composuit Irenaeus, in quo primam Apostolorum successionem se ipsum excepisse significat. In fine ejusdem libri repertam a nobis adnotationem utilissimam, necessario historiae huic inseremus. Sic autem se habet: „Adjuro te,

τὸν μεταγραφόμενοι τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ." Καὶ ταῦτα ὠφελίμως πρὸς ἐκείνου λελέχθω, ὑφ' ἡμῶν τε ἱστορείσθω, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἄριστον σπουδαιοτάτης ἐπιμελείας τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους, καὶ ὄντως ἱεροὺς ἄνδρας ὑπόδειγμα.

qui hunc librum transcripseris, per Dominum nostrum Jesum Christum, et gloriosum ejus adventum, quo veniet judicare vivos, et mortuos, ut conferas quod trascripseris, et ~~mund~~ adcurate emendes ad exemplar, ex quo transcripsisti; atque adjurationem istam pariter describas, et in Codice adponas." Et haec uti ab illo utiliter dicta, a nobis commemorata sint, ut adcuratissime diligentiae exemplum optimum, antiquos illos viros, ac vere sacros habeamus.

Irenaei adjurationem ad verbum fere, ut videtur, exscriptam, libro suo Chronico adtexit Eusebius; cui haec ex Hieronymi versione praefixa leguntur: (Fab. 79) = Adjuro te, quicumque hos descripseris libros, per Dominum nostrum Jesum Christum, et gloriosum ejus adventum, in quo veniet judicare vivos, et mortuos, ut conferas quod scripseris, et emendes ad exemplaria ea, de quibus scripseris, diligenter: et hoc adjurationis genus transcribas, et transferas in eum Codicem, quem descripseris. = Ad librum de Ogdoade, Florini gratia conscriptum, potius quam ad opus Contra haereses respexit fortasse.

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 23.

Τούτων (Φλωρίνου, καὶ Βλάστου) φασὶ τὴν νόσον τὸν τρισμακάριον Εἰρηναῖον ὀλοφυρόμενον, τὴν κατὰ Βαλεντίνου ποιήσασθαι συγγραφήν.

Horum (Florini, et Blasti) infirmitatem cum deploraret, ajunt beatissimum Irenaeum, contra Valentinum opus composuisse.

Epistolam etiam ad Florinum, itemque aliam ad Blastum scripsit Irenaeus, ut testatur ...

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 20.

Ἐξελαυνόντων δὲ τῶν ἐπὶ Ῥώμης τὸν ὑγιῆ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν παραχαραττόντων, Εἰρηναῖος διαφόρους ἐπιστολὰς συντάττει, τὴν μὲν ἐπιγράψας πρὸς Βλάστον περὶ σχίσματος· τὴν δὲ πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας, ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. Ταύτης γάρ τοι τῆς γνώμης οὗτος ἐδόκει προασπίζειν.

Adversus illos autem, qui sanam Ecclesiae legem Romae conturbabant, Irenaeus varias composuit epistolas; alteram quidem ad Blastum, quam inscripsit de schismate, alteram vero ad Florinum, de monarchia, sive de eo, quod Deus non sit auctor malorum. Eam enim sententiam Florinus tueri videbatur.

Epistolae ad Florinum insigne fragmentum mox adfert

Idem loco citato.

Ἐν ᾗ γε μὴν προειρήκαμεν πρὸς τὸν Φλωρῖνον Εἰρηναῖος ἐπιστολῇ, αὖθις τῆς ἅμα Πολυκάρπῳ συνουσίας αὐτοῦ μνημονεύει λέγων· "Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρῖνε, ἵνα πεφεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης. Ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι etc. V. Euseb. edit. Taurin. 1746. pag. 206.

In supra dicta igitur ad Florinum epistola, consuetudinis, quam cum Polycarpo habuit, Irenaeus mentionem facit his verbis: " Haec dogmata, Florine, ut leve quid dicam, non sanae doctrinae sunt. Haec dogmata ab Ecclesia dissonant, atque in maximam eos, qui illis adsentiunt impietatem inducunt. Haec dogmata ne haeretici quidem extra Ecclesiam positi, proferre unquam ausi sunt. Haec dogmata seniores illi, qui ante nos vitam egerunt, atque Apostolos habuere magistros, non tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum puer adhuc essem in inferiore Asia, apud Polycarpum, dum in Imperatoria aula splendide agebas, et probatum te illi facere conabaris. Quae enim tunc acciderant melius memoria teneo, quam quae nuper facta sunt: ~~eq~~ ea siquidem, quae pueri didicimus, animo, quo cum coalescunt, inhaerent. Adeo ut et locum dicere valeam, ubi sedens beatus Polycarpus verba faciebat; processus ~~item~~ et ejus, ~~atq.~~ ingressus; tum vitae rationem, et corporis speciem; ac sermones ad multitudinem habitos; familiaritatemque illam, quae ipsum inter, et Joannem, ac caeteros, qui Dominum viderant intercessit, ut ipse narrabat; et quae ab illis dicta memorabat; tum ea, quae ab iisdem de Domino audiverat, ejusque miraculis, et doctrina, quae omnia Polycarpus ab iis qui verbum vitae conspexerant accepta narrabat, cuncta Scripturis consentanea. Haec eo tempore propter misericordiam Dei Divina donante clementia ~~diligenter~~ intentus audiebam, ea non in charta sed in corde meo recensens, et semper ~~exacte~~ p eadem, per Dei gratiam, mente exacte recolo. Atque in conspectu Dei testari possum, beatum illum, Apostolicumque presbyterum, si quid hujusmodi audivisset, exclamaturum, et obturatis auribus, ut solebat fuisse dicturum: * O Deus bone, ad qualia me tempora reservasti, ut ista sustineam! atque ex loco effugiturum, ubi sedens, aut stans, ejusmodi sermones audivisset. Sed et ex epistolis ejus, quas misit vel ad vicinas, ut eas confirmaret, Ecclesias, vel ad fratrum quosdam, admonens eos, et exhortans; id comprobari potest." Haec Irenaeus.

* Cum graeca describentur, sic p[...] na [...] ἀναφαρυκτῶ[...]μαι [...]

Exorta de Paschate Controversia, Irenaeus nomine fratrum, ut videtur, quibus praeerat in Gallia, (Massu. lxxxvi.) ad Victorem Papam litteras misit, Hieronymo, (S. Hieronymus, Cat. scr. Eccl. Cap. 35.) Photio, (Photius, Biblioth. Cod. 120.) aliisque infra laudandis memoratas, ut eum ad pacem hortaretur, acrioremque ejus impetum compesceret. Neque irritum fuit Sancti conciliatoris officium. Haec porro scribit auctor fide dignus (Massu. xc. Coustant 100. d.)

. . S. Anatolius in Canone Paschali.

Quae (Contentio) Irenaeo tunc Galliae partis praesule rectissime pacata est, utrisque partibus in sua regula perseverantibus, nec a coepto antiquitatis more declinantibus.

Irenaeum de Paschate litteras edidisse testatur item Eusebius, tum alibi, tum in Chronico, loco quem de Narcisso agens adlaturus sum. Ejus verba exscripsit Prosper. Irenaei ~~lib.~~ scriptum de Pascha adlegat auctor, qui vulgo audit

S. Justinus in Responsione ad Quaestionem 115. ad Orthodoxos.

Τὸ δὲ ἐν Κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι'

Die autem Dominica genu non flectere, resurrectionis significatio est,

ἧς, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τοῦ ἐκ ἐπ' αὐτῷ τεθανατωμένου ἠλευθερώθημεν. Ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος, ὁ μάρτυρ, καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς Πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς, κατὰ τὴν ῥηθεῖσαν περὶ αὐτῆς αἰτίαν.

per quam, Christi gratia, a peccatis, et morte ab illo interfecta liberati sumus. Porro ab Apostolicis temporibus mos iste sumpsit exordium, ut ait Irenaeus in scripto Martyr, et Lugdunensis episcopus in scripto de Pascha, ubi Pentecostes etiam meminit, in qua genu non flectimus eo quod diei Dominicae aequivaleat, ob caussam, quã de illa diximus.

litteras memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 23.

Καὶ τῶν τῶν κατὰ Γαλλίαν δὲ παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει.

Ecclesiarum quoque Galliarum, quibus praeerat Irenaeus.

Irenaei ad Victorem Epistolae breve fragmentum, Damasceno quoque prolatum; (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parallel. Litt. Ε. Tit. ɤ.) + exhibet

+ atque in Codice item Barocciano 143. et Caesareo 238. extantem,

S. Maximus in Capitibus Theologicis Sermone 7.

v. Damasc. 2. 480.

Ἐν ᾧ ἄν τις δύναιτο εὖ ποιεῖν τοῖς πλησίον, καὶ οὐ ποιεῖ, ἀλλότριος τῆς ἀγάπης τοῦ Κυρίου νομισθήσεται.

Cum aliquis benefacere proximis potuerit, nec fecerit, alienus a Domini dilectione censebitur.

Prolixiora ejusdem Epistolae fragmenta servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 24.

Ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας, παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον. τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ, ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ· καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων· „ Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται ὁ μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα. Ὥρας ἡμερινάς τε, καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγο-

v. Massu. p. lxxxvj. Constant. Justin. 490. not.

E quorum numero Irenaeus nomine fratrum, quibus praeerat in Gallia scribens Epistolam, adserit quidem sola Dominica die, resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem vero pluribus decenter admonet, ne integras Ecclesias Dei, veterem consuetudinem sibi traditam servantes, a communione rescindat. Haec autem deinceps addit, sic ad verbum loquens: „ Non enim de die tantum controversia est, sed et de ipsa jejunii specie. Alii enim unico die sibi jejunandum esse arbitrantur; alii duobus; alii pluribus; alii quadraginta. Diurnas horas, atque nocturnas computantes, diem suum commetiuntur. Et haec in ter eos qui jejunia servant varietas, non nostra ortum habuit aetate, sed

νυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα, etc. v. Euseb. Edit Taurin. p. 275.

sed longe jam antea apud majores nostros obtinuit, qui sine diligentia, ut verisimile est, jejunii formam retinentes, consuetudinem simplicitate, et imperitia receptam, ad posteros transmiserunt. Nihilo tamen minus, pacem ii omnes retinuerunt, nosque invicem retinemus: et jejuniorum discrepantia, concordiam fidei commendat.„ His narrationem subjicit, quam opportune hic adponam, ita se habentem: „ Seniores etiam illi, qui ante Soterem, Ecclesiae, quã nunc moderaris, praefuerunt, Anicetus nimirum, et Pius, Hyginusque, et Telesphorus, ac Sixtus, neque ipsi haec observarunt, neque posteris observare permiserunt. Et nihilominus cum ipsi non observarent, pace devincti fuerint, iis, qui ad se venissent ex Ecclesiis, in quibus id observabatur; (licet magis repugnaret id observare, quod alii non observabant) neque hunc ob morem ullum unquam rejecerunt. Sed ipsi, qui te praecessere, seniores, cum id non observarent, Ecclesiarum Presbyteris, qui observabant, Eucharistiam transmiserunt. Et cum beatus Anicetus Polycarpus, Aniceti tempore Romam venisset, ac modica inter illos de rebus quibusdam aliis controversia esset, statim pace obstricti sunt, de hoc capite non magnopere disceptantes. Neque enim Anicetus persuadere Polycarpo poterat ut non observaret, quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, caeterisque Apostolis, quibus cum versatus fuerat semper observaverat; neque Aniceto Polycarpus observare persuasit, cum ille presbyterorum, qui ante se fuerant, retinendam esse consuetudinem diceret. Et cum haec ita se haberent, simul communicarunt, et Anicetus in Ecclesia consecrandi munus Polo honoris caussa Polycarpo concessit, et atque alter cum pace discessit ab altero, totiusque Ecclesiae pacem habuerunt, et tum qui observabant, tum qui haud observabant.„ Ac Irenaeus quidem nomini respondens, nec nomine tantum, sed et a opere pacificus haec pro Ecclesiae pace + veluti legatione functus admonuit. Neque ad Victorem solum, verum etiam ad alios plurimos Ecclesiastrum Antistites de quaestione proposita consentaneas litteras misit.

cum graeca describenter, posteri γένοιτο τε forte ὑπ' αὐτοὺς ὤν. v. Coustant. ec.

Ad secundum ex Irenaei fragmentis, quosce adlato loco producit, respexisse videtur.

Idem loco citato Libro IV. Capite 14.

Ἐπὶ δὲ τῶν δηλουμένων, Ἀνικήτου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγουμένου, Πολύκαρπον ἔτι περιόντα τῷ βίῳ γενέσθαι τε ἐπὶ Ῥώμης, καὶ εἰς εἰς ὁμιλίαν τῷ Ἀνικήτῳ ἐλθεῖν διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ Πάσχα ἡμέρας, Εἰρηναῖος ἱστορεῖ.

Iisdem temporibus, Aniceto Romanorum Ecclesiam moderante, Polycarpum adhuc superstitem, Romam venisse, et cum Aniceto ob quaestionem quamdam de die Paschatis colloquium habuisse, refert Irenaeus.

Ex Eusebio, quem et adlegat, ea, quae sequuntur desumpsit

Socrates Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 22.

Ἐφ' ᾧ γενομένῳ, Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνου τῆς ἐν Γαλλίᾳ Ἐπίσκοπος, τοῦ Βίκτορος δι' ἐπιστολῆς γεν-

Quo facto, Irenaeus Lugduni Galliarum civitatis Episcopus, Victorem per epistolam strenue perstrinxit,

ναίως κατέδραμεν, μεμψάμενος μὲν αὐτοῦ τὴν θερμότητα, διδάξας δὲ ὡς καὶ οἱ πάλαι διαπεφωνημένως ἐπιτελοῦντες τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, τῆς κοινωνίας οὐδαμῶς ἐχωρίζοντο· καὶ ὅτι Πολύκαρπος ὁ τῆς Σμύρνης ἐπίσκοπος ὃς ὕστερον ἐπὶ Γορδιανοῦ μαρτυρήσας, Ἀνικήτῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥώμης ἐκοινώνει, μηδὲν διακρινόμενος περὶ ἑορτῆς πρὸς αὐτὸν; καίτοι καὶ αὐτὸς ἐξεγχωρίου τῆς ἐν Σμύρνῃ συνηθείας, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ Πάσχα ἐπιτελῶν, ὡς ἐν τῇ πέμπτῃ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐσέβιος λέγει.

ejus impetum reprehendens, ac docens, veteres, qui Paschae festum varia ratione celebrabant, a communione separatos non fuisse: et Polycarpum Smyrnensem Episcopum, qui deinde sub Gordiano martyrium passus est, cum Aniceto Romanorum episcopo communicasse, nihil de festivitate illa unquam ab eo dissidentem, licet ipse juxta patrium Smyrnensium morem, decima quarta die Pascha celebraret; ut scribit Eusebius in quinto Historiae Ecclesiasticae libro.

Synodum etiam ob quaestionem de Pascha Irenaeum celebrasse narrat

Synodicon vetus Capite 12.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας, ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα, καὶ τριῶν ἐπισκόπων· ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου, καὶ μυστικοῦ Πάσχα ὁμοίως.

Synodus, divina, et sacra provincialis, Lugduni Galliae celebrata ab Irenaeo sanctissimo hujus episcopo, aliisque Episcopis tredecim, quae de divino, et mystico Pascha similiter statuit.

Ex Irenei opere de Fide ad Demetrium Diaconum, quod non noverant Eusebius, ac Hieronymus fragmentum profert

S. Maximus Ex Quaestionibus a Theodoro Monacho illi propositis.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου Ἐπισκόπου Λουγδούνων, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου, καὶ εὐαγγελιστοῦ, ἐκ τῶν πρὸς Δημήτριον διάκονον Βιαίνης, περὶ πίστεως λόγων, οὗ ἡ ἀρχή· „Ζητῶν τὸν Θεὸν, ἄκουε τοῦ Δαυὶδ λέγοντος." forte ὢν

Sancti Irenaei Lugdunensis Episcopi, Sancti discipuli Sancti Joannis Apostoli, et evangelistae, ex Sermonibus de Fide ad Demetrium diaconum Viennensem, quorum initium: „Qui Deum quaeris, aud Davidem audi dicentem."

Θέλησις, καὶ ἐνέργεια Θεοῦ ἐστιν ἡ παντὸς χρόνου, καὶ τόπου, καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης φύσεως ποιητική τε, καὶ προνοητικὴ αἰτία. Θέλησίς ἐστι τῆς νοερᾶς ψυχῆς ὁ ἐφ' ἡμῖν λόγος, ὡς αὐτεξούσιος αὐτῆς ὑπάρχουσα δύναμις. Θέλησίς ἐστι νοῦς ὀρεκτικὸς, καὶ διανοητικὴ ὄρεξις πρὸς τὸ θεληθὲν ἐπινεύουσα.

Voluntas, et operatio Dei, effectrix, et providens caussa est, omnis temporis, et loci, ac saeculi, omnisque naturae. Voluntas est intellectualis animi ratio in nobis posita, quippe, quae libera est ejus facultas. Voluntas est mens appetendi potestate praedita, et mentis adpetitus, in id, quod expetitur tendens.

Ad primam hujus loci partem respicit

S. Joannes Damascenus de duabus in Christo voluntatibus Capite 28.

Θέλησις μὲν γὰρ, καὶ ἐνέργεια Θεοῦ ἐστι, κατὰ τὸν μακάριον Εἰρηναῖον, παντὸς χρόνου, καὶ τόπου, καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης φύσεως ποιητική τε, καὶ προνοητικὴ αἰτία.

Voluntas siquidem, et operatio Dei, justa beatum Irenaeum, effectrix, et providens est caussa est omnis temporis, et loci, ac saeculi, omnisque naturae.

Latine tantum edidit Feu-ardent, quod a Nicolao le Fevre acceperat

Fragmentum oper S. Irenaei ex opere de Fide ad Demetrium Diaconum.

Immensus cum sit Deus, et mundi opifex, atque omnipotens, immensa, et mundi opifice, atque omnipotenti voluntate, et affectu novo, potenter, et efficaciter fecit: ut omnis plenitudo eorum, quae nata sunt, in ortum venirent, cum antea non essent, quidquid scilicet sub aspectum non cadit, et quidquid oculis subjicitur. Atque adeo continet singula, et ad proprium perducit exitum, ob quem excitata sunt, et nata, nullo modo in aliud, quam prius natura fuerat, transmutatum. Nam proprium hoc est operationis Dei, non in infinitatem sensus tantum progredi, aut mentem etiam transgredi, rationem, et orationem, tempus, et locum, et omne aevum; verum etiam excedere substantiam, et plenitudinem, seu perfectionem.

Auctorem, qui fragmentum istud adduxit, non indicavit Feu-ardent: = quòd si fecisset, inquit Grabe, Graeca forte alicubi invenire, et meliorem versionem, ac sensum genuinum dare potuissem. Sed, ut verum fatear, haec mihi valde suspecta, nec ipsius Irenaei esse videtur. = Contra Marcionem singulare opus pollicetur Irenaeus, (S. Irenaeus, Contra haeres. Lib. 1. Cap. 27. §. 4. Lib. 3. Cap. 12. §. 12.) quod notavit etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 8.

Ἔτι καὶ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, καὶ Ἰγνατίου μνήμην πεποίηται (Εἰρηναῖος) μαρτυρίαις αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν τούτοις γραφέντων κεχρημένος. Ἐπήγγελται δὲ ὁ αὐτὸς ἐκ τῶν Μαρκίωνος συγγραμμάτων ἀντιλέξειν αὐτῷ ἐν ἰδίῳ σπουδάσματι.

Praeterea Justini martyris, et Ignatii mentionem facit (Irenaeus) ex eorum scriptis testimonia producens. Pollicetur etiam se peculiari opere Marcioni responsurum, sumptis ex ejusdem libris, ad eum refutandum argumentis.

Antea jam Eusebius ipse, iis, qui Marcionem scriptis impugnaverant, Irenaeum adcensuerat. Ejus verba referam cum de Modesto ver sermonem habuerim. Irenaei volumen contra gentes

Petrus Abbas Cluniacensis in Prologo Librorum contra nefandam sectam Saracenorum §. 14.

Edidit et Lugdunensis Ireneus contra gentes volumen.

Id comperit Cluniacensis ex Rufino, aut Hieronymo, qui duo Irenaei scripta, alterum contra gentes, alterum vero de disciplina, perperam memorat, male intepretatus quae habet.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 26.

Ἀλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Εἰρηναίου συγγράμμασι, καὶ ταῖς ἐ=

Sed preter supra dicta Irenaei scripta, et epistolas, extat brevissimus,

πιστολαῖς. φέρεταί τις αὐτοῦ πρὸς ἕλληνας λόγος συντομώτατος, καὶ ταμάλιστα ἀναγκαιότατος, περὶ ἐπιστήμης ἐπιγεγραμμένος· καὶ ἄλλος ὃν ἀνατέθεικεν ἀδελφῷ Μαρκιανῷ τοὔνομα, εἰς ἐπίδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος· καὶ βιβλίον τι διαλέξεων διαφόρων, ἐν ᾧ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, καὶ τῆς λεγομένης σοφίας Σολομῶντος μνημονεύει, ῥητά τινα ἐξ αὐτῶν παραθέμενος. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἡμετέραν ἐλθόντα γνῶσιν τῶν Εἰρηναίου τοσαῦτα.

et maxime necessarius liber ejus contra Gentes, qui de scientia inscribitur; item alius fratri Marciano nuncupatus, qui Apostolicae praedicationis demonstrationem continet; ac preterea variarum disputationum liber quidam, in quo Epistolae ad Haebreos, et Sapientiae Salomonis meminit, nonnulla ex ipsis dicta proferens. Et haec sunt quae ex Irenaei libris ad nostram notitiam pervenerunt.

Ex Irenaei Διαλέξεσι διαφόροις petita videntur haec verba, quae sub ejus nomine refert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera X. Titulo 4.

Τὸ ἔργον τοῦ Χριστιανοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μελετᾶν ἀποθνήσκειν.

Christiani munus nullum aliud est, quam mortem meditari.

Porro Huic loco in Vaticano Parallelorum Damasceni Codice, itemque in Rupepicaldino, sive Claromontano, haec ‡ verba prefiguntur: τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου, ἐκ τῶν Δλέξεων, id est, Διαλέξεων; ut testatur Massuet, (Massuet, ad S. Iren. fragm. deperdit. oper. S. Iren.) licet Halloix in Claromontano Codice legisse se ~~dicat~~ dicat: τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου, ἐκ τοῦ δ' ἐλέγχου = Sancti Irenaei, ex quarto Detectionis libro =, in quo nil tale extat. Epistolam ad Haebraeos, quam in διαλέξεσι memorasse Irenaeum refert Eusebius, ab Irenaeo ipso fuisse Paulo abjudicatam, scripserat Stephanus Gobarus, ut testatur

Photius in Bibliotheca Codice 232.

Ὅτι Ἱππόλυτος, καὶ Εἰρηναῖος, τὴν πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴν Παύλου, οὐκ ἐκείνου εἶναί φασι.

Quod Hippolytus, et Irenaeus, Epistolam Pauli ad Hebraeos, illius non esse dicant.

Irenaeum ~~Hier~~ Joannis Apocalypsim interpretatum esse ait

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 9.

Quam (Apocalypsim) interpretantur Justinus martyr, et Irenaeus

Ita et

Eusebius in Chronico Anno Domini 96. Olympiade 218.

Apostolus Joannes in Patmos insulam relegatus, Apocalypsin vidit, quam Irenaeus interpretatur.

Existimat tamen Massuet, (Idem, Diss. 2. praev. in Iren. libros art. 3. § 61.) Hieronymum affirmare non voluisse, = integros ab Irenaeo editos fuisse Commentarios in Apocalypsin.... Respiciebat Hieronymus ad varia Apocalypseos loca, quae in suis quinque libris explicat Irenaeus, et praesertim in quinto, sub cujus finem de millenario Christi regno, et de Antichristo disserens, plura sacri hujusmodi libri testimonia interpretatur, et ad institu-

tum accommodat. = Porro aliquam recensendis, et emendandis Sanctae Scripturae libris peculiarem operam Irenaeum impendisse, merito colligi posse videtur, tum ex Photii verbis nuper adlatis, tum ex his, quae habet (p. 1466. ?)

S. Anastasius Sinaita Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro 7.

[Ex Cod. Colbert. 2253.]

Καθὰ καὶ εἰς τὰ ἀκριβῆ, καὶ ἀνόθευτα, καὶ ἀρχαῖα τῶν ἀντιγράφων ἐρευνήσαντες μετὰ πολλῆς ἀκριβείας εὑρήκαμεν, εἰς τὰ Κλήμεντος, καὶ Εἰρηναίου, καὶ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου, καὶ τοῦ τὰ ἑξαπλᾶ συστησαμένου στιχθέντα.

forte ὑπὸ Κλήμ.

Quemadmodum in adcuratis et incorruptis exemplaribus, quae a Clemente, Ireneo, Philone philosopho, et illo, qui hexapla composuit, stigmatis notata fuerunt, perquirentes multa cum diligentia, reperimus

Grecum hujus loci textum edidit Massuet. De epistolis Catholicis agens haec scribit

Cosmas Indopleustes Topographiae Christianae Libro VII.

Ἀλλὰ καὶ οἱ κανονίσαντες τοὺς ἐνδιαθέτους βίβλους τῆς θείας γραφῆς, πάντες ὡς ἀμφιβόλους αὐτὰς (ἐπιστολὰς) ἔθηκαν. Λέγω δὲ δὴ Εἰρηναῖος ὁ Λουγδούνων ἐπίσκοπος, ἀνὴρ ἐπίσημος, καὶ λαμπροῦ βίου, μετ' οὐ πολὺ τῶν Ἀποστόλων γενόμενος, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ Ἀθανάσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος; ~~καὶ Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος γενόμενος τοῦ Ἰκονίου~~

Sed et ii, qui Divinae Scripturae libros inter Canonicos retulerunt, omnes epistolas illas cuncti, incertae fidei scriptis connumerarunt; Irenaeum dico Lugdunensem episcopum, virum illustrem, et vita splendidum, qui non multo post Apostolos vixit, et Eusebium Pamphili, atque Athanasium episcopum Alexandriae.

Paucis interjectis haec addit

Idem loco citato.

Εἰ μὴ γὰρ τὴν πρώτην Πέτρου* καὶ τὴν πρώτην Ἰωάννου οὐ λέγει αὐτὸς καὶ Εἰρηναῖος εἶναι τῶν Ἀποστόλων, ἕτεροι δὲ οὔτε αὐτὰς λέγουσιν εἶναι τῶν Ἀποστόλων, ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων.

+ presbyteris

Quod si ~~non~~ tum ille, tum dicit Irenaeus ipse, primam Petri* epistolam, et primam Joannis, Apostolorum esse minime negat, alii tamen neque illas quidem Apostolorum esse ajunt, sed a +senioribus aliis scriptas volunt.

Librum de universo, cujus fragmentum sub Josephi nomine ediderunt Hoeschelius, Ittigius, et Havercamps; et sub Hyppolyti Portuensis Episcopi nomine Le Moyne, et Fabricius; (Joseph. 2. append. 64. 95.) Irenaeo etiam tributum fuisse narrari ait

Photius in Bibliotheca Codice 48.

Ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ λόγου, φασὶ τοὺς Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, ἄλλους δὲ Εἰρηναίου.

Cum autem sine titulo relictum fuisset opus, ajunt quosdam Josephi illud inscripsisse, alios vero Justini martyris, alios item Irenaei.

Attamen Cajum presbyterum illud opus auctorem habuisse, verisimilius est; et, quemadmodum Dodwell (Dodwell, Diss. 6. in S. Iren.) suspicatur, ex variis auctoribus, ut Irenaeo, Justino, et Josepho; et quidem ipsis eorum verbis, a Cajo fuisse concinnatum. (Josep. ll. cc.) Incertum e quonam Irenaei opere petita sint haec, quae refert

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro I.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου Ἐπισκόπου Λουγδούνων.	Sancti Irenęi Episcopi Lugdunensis.
Ὥσπερ καὶ ἡ κιβωτὸς κεχρυσωμένη ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ ἦν ἦν· οὕτω καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν, καὶ διαυγὲς, ἔσωθεν μὲν τῷ Λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρούμενον, ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῆς ψυχῆς τῶν φύσεων παραδειχθῇ.	Sicut arca intus aurata erat, foris autem puro auro constabat; ita et Christi corpus purum erat, ac splendidum, intus quidem Verbo exornatum, foris vero Spiritu munitum, ut ex ambobus naturarum splendor demonstraretur.

Hunc locum Graece primus edidit Halloix. Extat ille etiam in Codice Bibliothecę Regię Parisiensis 2951. cum hac inscriptione: Εἰρηναίου Ἐπισκόπου Λουγδούνων τῆς Γαλλίας, κατὰ Βαλεντίνου = S. Irenaei Episcopi Lougduni Galliae, Contra Valentinum. = Sed nisi sumptus fuerit, inquit Massuet, (Massuet, ad fragm. deperdit. oper. S. Iren.) ex libro de Ogdoade, quem ad impugnandam, ut videtur, famosam illam Valentini ogdoada scripsit Irenaeus, nullum aliud adversus Valentinum opus ab eodem editum novimus, pręter illud „Detectionis et eversionis, etc. „ in quo nihil simile jam occurrit. = Fragmentum hoc ipsum sub Irenaei nomine profert etiam; quod Massuet, aliosque praeteriit;

S. Joannes Damascenus Contra Acephalos, seu Jacobitas.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου Ἐπισκόπου Λουγδούνων, ἐκ τοῦ κατὰ Οὐαλεντίνου.	Sancti Irenaei Episcopi Lugdunensis, ex opere contra Valentinum.
Ὥσπερ γὰρ ἡ κιβωτὸς κεχρυσωμένη ἦν ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ· οὕτως καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν, διαυγὲς, ἔσωθεν μὲν τῷ Λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τὸ τῷ πνεύματι φρουρούμενον, ἵν' ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων ἀναδειχθῇ.	Sicut enim arca inaurata erat intrinsecus, extrinsecus autem puro auro constabat; ita et Christi corpus purum erat, splendidum, Verbo intus ornatum, munitum Spiritu foris, ut naturarum splendor fieret ex utroque conspicuus.

Lege τῷ

Grece primum vulgavit Massuet insigne Irenaei fragmentum, quod in Opere Contra Haereses, ex quo decerptum putari potuisset, nullatenus extat. Illud exhibet

S. Anastasius Sinaita Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro X.

[Ex Cod. Colbert. 2253.]

| Ἣν (λέξιν) οἱ ἱστορικῶς, καὶ μὴ μᾶλλον πνευματικῶς ἐκλαμβάνοντες, ἀλλὰ λεξιτηροῦντες, οὐκ οἶδα ὅπως τὰς ὑπὸ Εἰρηναίου πρὸς αὐτοὺς προτάσεις ἐπιλύονται. Φάσκει γὰρ κατὰ τῆς τὰ τῆς τῶν μιαρῶν ὀφιτῶν αἱρεσιαρχίας ὁπλιζόμενος: „Πῶς δυνατὸν etc. V. S. Iren. Edit. Paris. 1710. pag. 344. init. | Quam (sententiam) qui historice, potius quam spiritaliter, verbis inherentes accipiunt, nescio quo pacto Irenaei adversus eos argumenta dissolvant. Ait enim ille contra impurorum Ophitarum haeresiarchiam dimicans: „Quomodo possibile est, ut serpens natura mutus, et ratione carens creatus a Deo, rationabilis dici potest ac loquens? Si loquendi, discernendi, intelligendi, ac respondendi iis, quę a muliere dicebantur, a se ipso vim habuit; omnis ergo serpens id praestare haud prohibebitur. |

Quod si responderint, divina voluntate, ac dispensatione, hunc humana voce Evam fuisse adloquutum, jam Deum peccati constituunt auctorem. Sed neque malo daemoni loquelam illi, qui naturam mutus erat, impertiri licebat, adeo ut id esset, quod antea non fuerat: non enim alioqui desiisset, ad fraudem per serpentes, et belluas, et volucres, ~~hom~~ adloqui homines, atque decipere. Unde autem qui fera erat, Dei praeceptum, homini soli, et secreto datum audivit, cum nec ipsa id nosceret mulier? Cur non hominem potius, quam mulierem adortus est? Nec dicas utpote imbecilliorem fuisse oppugnatam; e contrario, enim fortior adparuit in transgressione praecepti, quippe quę hominis fuit auxiliatrix. Ipsa enim sola serpenti restitit, et cum aliquanto decertasset, ac contendisset, calliditate circumventa de ligno comedit. Adam vero cum nil prorsus decertasset, aut contradixisset, porrectum a muliere fructum accepit: quod imbecillitatis maximae, atque imbellis animi argumentum est. Sane mulier a daemone superata, venia digna est; nullam vero indulgentiam merebitur Adam, quippe qui fuit a muliere subactus, et ipsemet a Deo praeceptum accepit: dum mulier quę ab ipso Adam pręceptum audiverat, contempsit quidem, sed vel ideo quod digna non fuisset habita ut secum Deus loqueretur, vel eo quod dubitaret, immo forte existimaret, Adam sibi praeceptum proprio motu imposuisse. Cum sola igitur ageret ei serpens occurrit, ut privatim ipsam adloqui posset. Ac vel e lignorum fructibus comedentem cum cerneret, ligni e vetito ligno cibum illi obtulit, vel non comedentem ipsam invenit. Et si comedentem adspexit, manifestum est, quod etiam corruptili corpore eam vidit indutam: Omne enim quod in os ingreditur, in secessum vadit. Si ergo corruptioni vidit obnoxiam, manifestum est quod et morti. Si morti autem obnoxiam invenit, jam non execratio, neque sententia erat vox illa Dei, quę homini dixit: Terra es, et in terram reverteris; ut fert veritas rerum. Quod si rursus non comedentem serpens mulierem adspexit, quomodo eam ad comedendum induxit, quae numquam comederat. Quis autem homicidae huic scelesto serpenti, non habituram effectum indicavit quam contra illos Deus sententiam mortis protulerat, dicens: Quocumque die comederitis morte moriemini? Neque id tantummodo, verum etiam quod immortalitate donandi essent, atque aperiendi eorum oculi forent, qui antea caecutiebant; Hac vero oculorum apertione, aditum morti dederunt porrigentes dederunt. „

forte καὶ μὴ

Incerti Irenaei operis fragmentum exhibet

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera O. Titulo 9. 𝔇

Εὖ μὲν λέγοντες ἀεὶ τοὺς ἀξίους, κακῶς δὲ οὐδέποτε τοὺς ἀναξίους, τευξόμεθα καὶ ἡμεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, καὶ βασιλείας.

Semper quidem benedicentes iis, qui digni sunt, nunquam vero indignis maledicentes, nos quoque gloriam Dei, regnumque consequemur.

Aliud ex incerto Irenaei opere locum adfert

Idem loco citato Littera Π. Titulo 4.

Ἴδιον, καὶ πρεπῶδες ὡς ἀληθῶς τῷ Θεῷ, τὸ ἱλάσκεσθαι, τὸ ἐλεεῖν, τὸ τὰ ἔργα σώζειν ἑαυτοῦ, κἂν εἰς ~~καὶ~~ κίνδυνον διαφθορᾶς καταφέρηται. „Παρ' αὐτῷ γάρ, φησιν, ὁ ἱλασμός ἐστιν."

Deo revera proprium, et congruens est, propitiari, et misereri, atque sua ~~magque~~ servare creaturas opera, etsi ad periculum ferantur interitus. „Apud eum enim, inquit, propitiatio est."

Prolixius Irenaei fragmentum servavit pariter

Idem in Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera A. Titulo 74.

Ἡμεῖς οὖν καὶ σώματα πεπιστεύκαμεν. Εἰ γὰρ καὶ φθείρεται, ἀλλ' οὐκ ἀπόλλυται· τούτων γὰρ τὰ λείψανα γῆ ὑποδεξαμένη τηρεῖ, δίκην σπόρου πιαινομένου, καὶ τῷ γῆς λιπαρωτέρῳ συμπλεκομένου. Αὖθις ὥσπερ κόκκος γυμνὸς σπείρεται, καὶ κελεύσματι τοῦ δημιουργήσαντος Θεοῦ θάλλων, ἠμφιεσμένος, καὶ ἔνδοξος ἐγείρεται, οὐ πρότερον εἰ μὴ ἀποθανὼν λυθῇ, καὶ γῇ συμμιγῇ· ὥστε τὴν ἀνάστασιν τοῦ σώματος οὐ μάτην πεπιστεύκαμεν. Ἀλλ' εἰ καὶ λύεται πρὸς καιρὸν, διὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην παρακοὴν, ὡς εἰς χωνευτήριον τῆς γῆς καθίσταται, πάλιν ἀναπλασθησόμενον, οὐ τοιοῦτον φθειρόμενον, ἀλλὰ καθαρὸν, καὶ μηκέτι φθειρόμενον· ὡς ἑκάστῳ σώματι ἡ ἰδία ψυχὴ ἀποδοθήσεται, καὶ τοῦτο ἐνδυσαμένη οὐκ ἀνιαθήσεται, ἀλλὰ χαρήσεται, καθαρὰ παραμείνασα, νυμφίῳ δικαίῳ συνοδεύσασα, καὶ μὴ ἐπιβούλῳ, ἐν πᾶσιν ἔχουσα μετὰ πάσης πάσης.. Ἀπολήψεται οὐκ ἀλλοιωθέντα, οὐδὲ πάθους, ἢ νόσου ~~π~~ μεταστάντα, οὐδὲ ἔνδοξα ἀπολήψεται τὰ σώματα, ἀλλ' ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν, ἢ κατορθώμασιν ἐτελεύτων, καὶ ὁποῖα ἦν, τοιαῦτα ἀναβιώσαντα ἐπενδύσονται, καὶ ὁποῖα ἐν ἀπιστίᾳ γίνωνται, τοιαῦτα πιστῶς κριθήσονται.

Nos igitur et corpora resurgere credidimus. Licet enim corrumpantur, non pereunt, corū quippe reliquias exceptas terra reservat, instar opimi seminis, cum opimiore terra commixti. Rursus ~~tanquam~~ sicut nudum granum seritur, et creatoris Dei jussu pullulans, vestitum surgit, ac nobile, sed non ita prius quam mortuum resolutumque fuerit, ac terrę commixtum: adeo ut resurrectionem corporis non temere crediderimus. Sed etsi ad tempus dissolvatur, propter illam, quae ab initio fuit inobedientiam; in terrae tamen quasi conflatorio collocatur, denuo formandum, non tunc corruptibile, sed purum, nec amplius corruptioni obnoxius. Ita et sua unicuique anima restituetur, nec lugebit corpore induta, sed lętabitur cum pura permanens, justo sponso, non insidiatori congressa, in omnibus habens cum omni... Neque immutata, neque a passione, et morbo liberata, neque gloriosa corpora recipiet, sed quemadmodum in peccatis, rectisve operibus interierunt; et qualia fuerunt, talia cum resurrexerint induent, ac sicut in infidelitate fuerunt, fideliter judicabuntur.

Quatuor e manuscriptis Catenis a Sirmondo collecta Irenaei fragmenta dedit edidit Halloix. Horum primum exhibet incerti auctoris

Catena in Numeros.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 429. et 1888. fol. 378.]

Ταῦτα πάλαι διὰ παραβολῶν λαλῶν ὁ Βαλαὰμ οὐκ ἐγινώσκετο· καὶ νῦν ὁ Χριστὸς παρὼν, καὶ ταῦτα πληρῶν, οὐκ ἐπιστεύετο. Ὅθεν προβλέπων, καὶ θαυμάζων λέγει „ὦ, ὦ, τίς ζήσεται ~~ὅταν~~ ὅταν θῇ ταῦτα Θεός;"

Haec olim per parabolas loquens Balaam haud agnoscebatur, et nunc Christus praesens, atque ista adimplens, fidem non obtinuit. Quod cum prevideat, ac miretur, ait: „Heu, heu, quis vivet, quando haec posuerit Deus?"

Secundum fragmentum petitum est ex

Catena in Deuteronomium.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 451. et 1872. fol. 246. et 1888. fol. 409.]

Ἄνωθεν τὸν νόμον τῇ μετὰ τοὺς ἠρημένους ἐν τῇ ἐρήμῳ γενεᾷ ἐπεξηγούμενος, ἐκδιδάσκει τὸ Δευτερονόμιον· οὐχ ὡς ἕτερον νόμον διδοὺς, παρὰ τὸν πάλαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν ὡρισμένον· ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον ἀνακεφαλαιούμενος· ἵνα ἀκούσαντες τὰ συμβάντα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ἐξ ὅλης καρδίας φοβηθῶσι τὸν Θεόν.

A capite legem exponens generationi illi, quae gentes in deserto necatas consequuta est, Deuteronomium edit: non alteram legem ferens, praeter illam, quę olim eorum patribus constituta fuerat, sed hanc ipsam recapitulans, ut audientes illi, quae patribus suis addiderunt, ex toto corde Deum pertimescant.

Tertium fragmentum occurrit

Ibidem.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 502. et 1872. fol. 304. et 1888. fol. 451.]

Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς προετυπώθη, καὶ ~~ἐπεγνώσθη~~ ἐπεγνώσθη, καὶ ἐγεννήθη· ἐν μὲν τῷ Ἰωσὴφ προετυπώθη· ἐκ δὲ τοῦ Λευὶ, καὶ τοῦ Ἰούδα τὸ κατὰ σάρκα, ὡς βασιλεὺς, καὶ ἱερεὺς ἐγεννήθη· διὰ δὲ τοῦ Συμεὼν ἐν τῷ ναῷ ἐπεγνώσθη· διὰ τοῦ Ζαβουλὼν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπιστεύθη, ὡς φησὶν ὁ προφήτης· „γῆ Ζαβουλών·" διὰ δὲ τοῦ Βενιαμὶν, τοῦ Παύλου, εἰς πάντα τὸν κόσμον κηρυχθεὶς ἐδοξάσθη.

A quibus praefiguratur est Christus, et agnitus, et genitus; in Joseph quidem praefiguratus; in Levi autem, ac Juda, ut rex, et sacerdos, secundum carnem genitus est; per Simeonem in templo est agnitus; per Zabulon in gentibus fides ei comparata est, ut ait propheta: „terra Zabulon:" per Beniamin autem, idest Paulum, toto orbe praedicatus, et glorificatus est.

Quartum denique fragmentum legitur in

Catena in Judices.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 577. et 1872. fol. 385. et 1888. fol. 516.]

Καὶ τοῦτο οὐκ ἀργῶς, ἀλλ' ἵνα διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δέκα ἀνδρῶν, Ἰησοῦν μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων φανῇ βοηθόν.

Et hoc non frustra sed ut e decem virorum, pateat, Jesum secum habere adjutorem.

Praeter haec omnia, plura e manuscriptis Catenis, Combefis in Auctarii novissimi Bibliothecae Patrum Parte prima, plura vulgavit, quae hic ~~adscribam, S. Irenaei Fragmenta, quae pro~~ S. Irenaeo tributa fragmenta, quae habet

Fragmenta S. Irenaei.

~~Λαβ~~

Catena in Numeros.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 435. 1888. fol. 382.]

„Λάβε πρὸς σεαυτὸν τὸν Ἰησοῦν υἱὸν ~~Ναυὴ~~ Ναυῆ." Ἔδει γὰρ ἐξ Αἰγύπτου etc. V. S. Iren. edit Paris. 1710. p. 345.

„Sume tecum Jesum filium Nave:" Decebat enim ut Moyses ex Aegypto populum educeret, Jesus vero introduceret ad haereditatem; ac Moyses quidem, ut Lex, cessaret, Jesus vero, ut Verbum, ac vera subsistentis Verbi figura, ad populum concionem haberet; et Moyses quidem manna patribus daret in cibum, Jesus vero frumentum, vitae primitias, corporis Christi figuram; quemadmodum et Scriptura dicit, tum Domini manna cessasse, cum populus de frumento terrae comedisset.

„Et imposuit manus suas super eum:" Per impositionem manuum Moysis glorificata est facies Jesu, haud pari tamen gloria honore. Et quoniam gratiae partem aliquam consequuta erat, inquit: „et dabis de gloria tua super ipsum. Non enim a datore id, quod datur abscedit.

Dat autem non insufflatione, sicut Christus, ~~ex~~ eo quod non sit fons Spiritus.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 421. et 1872. fol. 212. et 1888. fol. 388.*]

* et ex Cod. Graeco 15. Biblioth. S. Marci

„Non ibis cum eis, neque maledices populo:" Non de populo injungatur, intelligitur, omnes enim prostrati sunt, sed dicitur propter supra memo designatum Christi mysterium. Quoniam enim Christus ex patribus secundum carnem nasciturus erat, virum praemonet spiritus, ne per ignorantiam vadens, populum devoveat.+

+ οὐχ ὡς τῆς ἀρᾶς ἰσχυούσης παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν, ἀλλ' εἰς ἔνδειξιν τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, ἣν εἶχε διὰ τοὺς προπάτορας εἰς αὐτούς

non quod Dei maledictio suam posset adversus Dei voluntatem, sed ut providentia ostendatur, quã Dei propter progenitores in illos induebatur

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 425. et 1872. fol. 217. et 1888. fol. 391.]

„Et hic sedit super asinam suam:" Asina figura erat corporis Christi, in quo omnes homines quiescentes ab aestibus, veluti curru feruntur. Nostrorum enim peccatorum onus Salvator suscepit. Angelus vero, quem Balaam aspexit, Verbum erat ipsum. Gladium autem manu gestabat, id est potestatem quam ~~ex~~ coelitus ~~accepit~~ habebat.

„Non est Deus sicut homo:" Ostendit omnes homines, mendacio ab alio in aliud transire; non ita vero autem Deum, qui semper enim verus ille manet, quae velit ~~ex~~ cuncta perficiens.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1825. p. 440. et 1872. fol. ~~393~~ 395.]

„Reddere ultionem a Domino Madian:" ~~Quae~~ Qui enim non in Dei Spiritu loquitur, sed contra legem Dei, alteram scortationis legem constituens, hic non ut Propheta, sed ut hariolus habebitur. Cum Dei praecepto parens haud perseverasset, pravi consilii sui mercedem dignam accepit.

Horum fragmentorum secundum in Codice Regio Parisiensi 1888. primum immediate consequitur, cum hac inscriptione: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό. In antiquiore vero membranaceo codice 1825. inter unum alterumque fragmentum quaedam leguntur Ἀπολλιναρίου verba, quae in altero, cujus memini, Codice desunt. = Quare vereor, inquit Massuet, ut auctor posterioris Catenae, omissa per oscitantiam brevi illa Apollinarii pericope, alteram imprudens subjunxerit illi Irenaei, servata tamen veteri ~~epig~~ epigraphe, τοῦ αὐτοῦ, quam in suo codice legebat, quaeque ad Apollinarii, non Irenaei, verba pertinebat. Unde suspectum mihi est fragmentum istud, nec Irenaei esse videtur. Idem à fortiori dixerim de sequenti, Δίδωσι δὲ, quod in priori Catena ad marginem exscribitur, è regione illius, Διὰ τῆς ἐπιθέσεως, in posteriori verò proxime sequitur, nullibi adscripto Irenaei nomine. Eodem jure potuisset Combefisius longius aliud fragmentum, quod hoc, Δίδωσι δὲ, nullo novo apposito nomine immediate sequitur in utraque Catena, et Irenaeo tribuere. = + Aliud ex incerto Codice Combefis ipse vulgavit

+ Quartum ex adlatis fragmentis modo ~~fragm~~ auctius exhibui, quam a Combefis, et Massuet editum erat. Postremam nempe partem addidi a verbis: οὐχ ὡς τῆς ἀρᾶς ἰσχυούσης, usque ad finem. Hanc ex manuscripta Catena in Numeros Bibliothecae S. Marci primus vulgavit Pizzarelli in notis ad Didymi secundum de Trinitate Librum, Caput decimum quartum.

Fragmentum S. Irenaei.

Ἴσθι ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ἢ κενός ἐστιν, ἢ πλήρης. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔχει ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἔχει γνῶσιν τοῦ κτίσαντος, οὐ παρεδέξατο τὴν ζωὴν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὐκ οἶδε τὸν Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· εἰ οὐ βιοῖ κατὰ τὸν λόγον, κατὰ νόμον τὸν οὐράνιον, οὐ σωφρονεῖ, οὐ δικαιοπραγεῖ· ὁ τοιοῦτος κενός ἐστιν. Εἰ δὲ κεχώρηκε τὸν εἰπόντα Θεὸν, „ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς Θεός" οὗτος οὐκ ἔστι κενὸς, ἀλλὰ πλήρης.

Scito, omnem hominem, vel vacuum esse, vel plenum. Si sanctum enim Spiritum non habeat, Creatoris agnitione caret, non recepit Jesum Christum vitam, non novit Patrem, qui in coelis est: Si justa rationem, legemque coelestem haud vivat, non temperantiam colit, non recte agit: talis homo vacuus est. Sin Deo locum praebuerit, qui dixit: „Inhabitabo in eis, et inambulabo, et ero illis Deus:" non vacuus est ipse, sed plenus.

Fragmentum alterum Irenaei primus edidit Massuet e Manuscripta

Catena in Judices.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1888. fol. 528.]

Τὸ μὲν οὖν παιδάριον χειραγωγοῦν τὸν Σαμψὼν, προτυποθήσεται εἰς Ἰωάννην τὸν τὸν Βαπτιστὴν, ἐπιδεικνύντα τῷ λαῷ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ὁ δὲ οἶκος, εἰς ὃν ἦσαν συνηγμένοι, σημαίνεται εἶναι ὁ κόσμος, ἐν ᾧ κατῴκει τὰ ἀλλόφυλα ἔθνη, καὶ ἄπιστα, θυσιάζοντα τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· οἱ δὲ δύο στύλοι, αἱ δύο διαθῆκαι. τὸ οὖν ἐπαναπαυθῆναι τὸν Σαμψὼν ἐπὶ τοὺς στύλους, τὸν διδαχθέντα λαὸν ἐπιγνῶναι τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον.

Puer itaque qui Sampsonem manu ducebat Sampsonem, Joannem Baptistam praefigurabit, qui populo Fidem in Christum ostendit. Domus autem, in qua congregati erant mundum designat, quem alienigenae, infidelesque gentes incolebant, idolis suis sacra facientes. A duobus columnis duo Testamenta indicantur. Sampsonem autem suisse columnis adnixum, edoctum populum, mysterium Christi cognovisse significat.

Huic aliud subjecit Massuet Irenaei fragmentum, quod exhibet manuscripta

Catena in libros Regum.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 2443. fol. 149.]

„Καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, Ποῦ ἔπεσε; καὶ ἔδειξεν αὐτῷ τὸν τόπον· καὶ ἀπέκνισε ξύλον, καὶ ἔρριψεν ἐκεῖ, καὶ +ἐπεπόλασε τὸ σιδήριον„ Ὅπερ ἦν σημεῖον ἀναγωγῆς ψυχῶν διὰ ξύλου, ἐφ' οὗ πέπονθεν ὁ ψυχὰς ἀναγεῖν δυνάμενος, ἀκολουθούσας ἀνόδῳ τῇ ἑαυτοῦ. Οὗ καὶ ἐκεῖνο γνώρισμα, τὸ ἀναβῆναι ψυχὰς πολλὰς, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν ὀφθῆναι, ἅμα τῇ καθόδῳ τῆς ἁγίας ψυχῆς Χριστοῦ. Ὡς γὰρ τὸ κουφότατον ξύλον ὑποβρύχιον γέγονεν, ὁ δὲ βαρύτατος ἐπεπόλασε σίδηρος· οὕτω τοῦ Θεοῦ Λόγου ἑνώσει, τῇ καθ' ὑπόστασιν φυσικῇ, ἑνωθέντος τῇ σαρκὶ, τὸ βαρὺ, καὶ γεῶδες ὑπὸ τῆς θείας φύσεως εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀφθαρισθέν.

+ ἐπεπόλασε

„Et dixit homo Dei, Ubi cecidit? At ille monstravit ei locū. Praecidit ergo lignum, et misit illuc, natavitque ferrum:„ Quod signum erat animas in sublime tollendas esse per lignum, super quod passus est ille, qui animas sursum potest efferre, ejus sequentes adscensum. Cujus rei illud quoque argumentum fuit, quod regrediente sancta Christi anima, plures animę simul adscenderint, et in corporibus visę sint. Quemadmodum enim levissimum submersum est lignum, gravissimumque ferrum adnatavit: ita pt hypostatica, et physica unione, qua Verbum Dei est carni conjunctum, quod grave, ac terrenum erat a divina natura in coelos adsumptum, post resurrectionem incorruptibilitatem obtinuit.

Praeterea fragmentum alterum Irenaei Graece primus edidit Massuet erutum ex

Catena in Lucam.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 1879. fol. 139.]

Ἴδε κόκκος σινάπεως διὰ παραβολῆς δεικνύμενος, καὶ λόγον ἐπουράνιον, σπέρματος δίκην ἐν κόσμῳ, ὡς ἐν ἀγρῷ σπειρόμενον, ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τὸ πυῤῥακὲς, καὶ αὐστηρὸν τῆς δυνάμεως. Κριτὴς γὰρ τοῦ παντὸς κόσμου ἐκηρύσσετο· οὗτος ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, ἐν χώματι κρυβεὶς, καὶ τριημέρῳ μέγιστον δένδρον γεννηθεὶς, ἐξέτεινε τοὺς ἑαυτοῦ κλάδους εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἐκ τούτου προκύψαντες οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, κα κλάδοι ὡραῖοι, καὶ εὐθαλεῖς γεννηθέντες, σκέπη ἐγεννήθησαν τοῖς ἔθνεσιν, ὡς πετεινοῖς οὐρανοῦ, ὑφ' ὧν κλάδων σκεπασθέντες οἱ πάντες, ὡς ὄρνεα ὑπὸ καλιὰν συνελθόντα, μετέβαλον τῆς ἐξ αὐτῶν προερχομένης ἐδωδίμου, καὶ ἐπουρανίου τροφῆς.

En granum sinapis in parabola coelestem quoque verbum significans, quod seminis instar in mundo satum, tamquam in agro, igneamque vim habens et austeram. Judex enim totius mundi praedicatus est; qui in corde terrae, in tumulo absconditus, ac tribus diebus maximae arbor factus, ac ramos suos ad terrae usque fines extendit. Ex illo duodecim pullulantes Apostoli, cum in speciosos, virentesque ramos evasissent, tegmen gentibus, quasi volatilibus coeli ~~facti sunt~~ praebuerunt. Quibus omnes contecti ramis, tamquam aves in nido congregati, ~~necessi~~ opimi, ac coelestis cibi, qui ex illis profluebat participes facti sunt.

Locum hunc Latine jam ediderat Cordier in Catena Graecorum Patrum in Lucam. (Catena LXV. Graecorum Patr. in Luc. Cap. 13. vers. 19. num. 13.) Alterum denique Irenaei fragmentum adcuratissimi Massuet diligentiae praebuit alia manuscripta

Catena in Lucam.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 2440. fol. 30.]

Νῦν δὲ ὥσπερ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, τοῦ πρώτως ἐκ γῆς ἀπεργάστου πεπλασμένου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, καὶ ἀπέβαλον τὴν ζωήν· οὕτως ἔδει καὶ δι' ὑπακοῆς ἑνὸς ἀνθρώπου, τοῦ πρώτως ἐκ παρθένου γεγεννημένου, δικαιωθῆναι πολλοὺς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν σωτηρίαν.

Jam vero sicut per inobedientiam unius hominis, qui primum ex rudi terra formatus est, peccatores multi facti sunt, et vitam amiserunt; sic oportebat et per obedientiam unius hominis, qui primus ex Virgine natus est, justificari multos, et salutem accipere.

Nonnulla etiam, quae in opere contra haereses non extant, sub Irenaei nomine leguntur in ea, quam ~~e~~ edidit Possin,

Catena in Matthaei Caput I.

Τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον πρὸς Ἰουδαίους ἐγράφη· οὗτοι γὰρ ἐπεθύμουν πάνυ σφόδρα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ Χριστόν. Ὁ δὲ Ματθαῖος καὶ ἔτι μᾶλλον σφοδροτέραν ἔχων τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν, παντοίως ἔσπευδε πληροφορίαν παρέχειν αὐτοῖς, ὡς εἴη ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὁ Χριστός. Διὸ καὶ ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἤρξατο.

Evangelium secundum Matthaeum ad Judaeos scriptum est. Isti enim maxime cupiebant, Christum e Davidis semine natum ostendi. Matthaeus autem qui adhuc amplius id ipsum cupiebat, omni ratione contendit, plenam ipsismis fidem facere, quod Christus e semine Davidis esset. Propterea a genealogia Christi sumpsit initium.

Hoc item Irenaei dictum occurrit

Ibidem ad Caput 3.

„Ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν„, φησὶ· διεγείρων πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ τῷ φόβῳ καθαίρων, καὶ παρασκευάζων καρπὸν ὥριμον φέρειν.

„Securis ad radicem„, inquit; excitans ad cognitionem veritatis, et metu purgans, ac parans ad maturum fructum ferendum.

E Bibliotheca Caesarea haec edita sunt

Fragmenta S. Irenaei.

[Ex Cod. Caesar. 64. Theolog.]

Ἰωσηπός φησιν, ὅτι ἡνίκα ἐν

Josephus ait, Moysem, quando

βασιλείοις ἐτρέφετο, etc. v. S. Iren. edit. Paris. 1710. pag. 347. fin. et pag. 348. init.

in regali aula educabatur, cum exercitus contra Aethiopes dux fuisset electus, victoriaque potitus esset, Regis illius filiam, uxorem duxisse; quoniam ob amorem erga ipsum, civitatem illi tradiderat.

Cum graeca describantur, ponatur: τῶν δύο (Ἀαρὼν καὶ Μαρίας) λοιδορησάντων (Μωϋσῆν)

Cur demum cum ambo (Aaron, et Maria) conviciati esset (Moysen) poenas haec sola persolvit? Primum, quia majus erat mulieris crimen, natura siquidem, et Lex foeminam mari subjiciunt. Vel congruentem quamdam veniam Aaron obtinuit, quod provectior esset aetate, et summi sacerdotii dignitate fungeretur. Praeterea cum leprosus juxta Legem censeretur immundus, Aaron autem sacerdotum radix, ac fundamentum esset; ne probrum istud in sacerdotum genus omne transiret, simili cum poena Deus non adfecit, sed per sororem terruit eum simul, atque emendavit. Tanto enim illum sororis malum moerore confecit, quippe quae prima id passa erat, ut adfectum injuria Moysem ipse de eo rogaret, quod mo sua morbum intercessione depelleret. Nec rem neglexit Moyses, sed preces continuo fudit. Unde homines diligens Dominus declaravit, non judicis sed patris instar, eam se castigasse. Ait enim: „Si pater ejus conspuens spuisset in faciem illius, nonne revereretur. Separetur septem diebus extra castra, et postea ingredietur.„

E Bibliotheca Bodlejana hoc item prodiit

Fragmentum S. Irenei.

Ἐξ ἑτέρου βιβλίου Εἰρηναίου συγγραφέως, περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγγέννητον τὴν ὕλην.

Ex altero libro Irenaei Scriptoris, de eo quod materia ingenita non sit.

Ἐπειδὴ τινὲς, οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν κινηθέντες, etc. v. S. Iren. edit. Paris. p. 348.

Quomodoriam aliqui nescio qua moti ratione, & dimidiam Deo opificem mundi facultatem adimunt, solius materiae qualitatis caussam ipsi esse dicentes, materiamque vocantes ingenitam, age percomentemur illos, qui unquam et……… immutabile. Immutabilis itaque materia est. Si immutabilis est materia, immutabile autem secundum qualitatem non alteratur, mundus ex illa eo non conditur. Quocirca superfluacaneum illis videtur, Deum materiae qualitates imprimere, cum materia nullimode mutationem admittat, eo quod per se ingenita sit. Ulterius si ingenita materia est, omnino cum qualitate aliqua, eaque immutabili facta est, ideoque non plures qualitates admittit, neque mundum condit. Mundum autem non condens, Deum a creatione mundi prorsus facit alienum.

In addendis, et emendandis ad calcem Irenaei editis, hoc Massuet fragmentum exhibuit, absoluto jam opere inventum in manuscripta

Catena in Libros Regum.

[Ex Cod. Coisliniano.]

„Καὶ ἐβαπτίσατο, φησὶν, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἑπτάκις.„ Οὐ μάτην πάλαι Ναιμὰν λεπρὸς ὢν βαπτισθεὶς ἐκαθαίρετο. ἀλλ᾽ εἰς ἔνδειξιν ἡμετέραν· οἱ λέπροι ὄντες ἐν ταῖς ἁμαρτίαις, διὰ τοῦ

ἁγίου ὕδατος, καὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐπικλήσεως καθαριζόμεθα τῶν παλαιῶν παραπτωμάτων, ὡς παιδία νεογόνα πνευματικῶς ἀναγεννώμενοι, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἔφη· „ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ δι᾽ ὕδατος καὶ πνεύματος, ἢ οὐ μὴ εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.„

„Et septies, ait, lotus est in Jordane:„ Non frustra leprosus olim Naaman cum esset, post lotionem purificatus est; sed ut signum nobis daretur, qui leprosi cum simus in peccatis, per sanctam aquam, et Domini vocationem, a delictis purgamur antiquis, tamquam recens nati infantes, „spiritaliter regenerati„, quemadmodum et Dominus inquit: „nisi quis regeneratus fuerit, ex aqua, et spiritu, non introibit in regnum coelorum.„

Hoc etiam Irenaei dictum laudato loco vulgavit Massuet, quod legerat

Ibidem.

[Ex Cod. Coislin.]

Εἰ τὸ Ἐλισσαίου σῶμα νεκρωθὲν, νεκρὸν ἤγειρεν πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς Θεὸς ὁ τὰ νεκρὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ζωοποιήσας, ἄξει ἐπὶ τὴν κρίσιν.

Si mortuum Elisaei corpus, mortuum suscitavit, quanto magis Deus, qui mortua hominum corpora vivificavit, id, imminente judicio, praestabit.

Incertum an ad Irenaeum pertineant haec verba, quae post fragmentum Libri quinti Capitis duodetrigesimi contra haereses, in manuscripto Codice leguntur: (Iren. 327. not. a.)

[Ex Cod. Reg. Parisien. 3443.]

„Καὶ τῇ ζ΄ κρίνει τὴν οἰκουμένην„ καὶ τῇ η΄. ἥτις ἐστὶν ὁ μέλλων αἰὼν, τοὺς μὲν παραδίδωσιν εἰς κόλασιν αἰώνιον, τοὺς δὲ εἰς ζωήν· διὰ τοῦτο εἴρηνται οἱ ψαλμοὶ „ὑπὲρ τὴν η΄.„

„Et septima die judicat terram:„ Et quarta die, quae est futurum saeculum, hos quidem in poenam aeternam, illos vero in tradit in vitam. Propterea Psalmi dicuntur: „pro octava.„ (ita Mattei Salm. 13. 79.)

Postquam obsidionis Hierosolymorum, et Judith Holopherni caput amputantis historiam retulisset, cujus nulla in libris Irenaei contra Haereses mentio, haec subjungit

Joannes Malalas Chronographiae Libro VI. (Histor. Byzantin. t. 23. 67.)

Ταῦτα δὲ ἐν ταῖς Ἑβραϊκαῖς ἐμφέρεται γραφαῖς· ταῦτα δὲ Εἰρηναῖος ὁ σοφὸς συνεγράψατο.

Haec autem in Hebraica Scriptura narrantur: atque etiam Sapiens Irenaeus scriptis tradidit.

Nullatenus pariter in Irenaei opere adversus haereses occurrit, quod ab eo dictum refert Anonymus auctor libri a Pettaeo secum e Graecia secum advecti, + Patricio autem Junio (Junius, ad S. Clement. Epist. 1. ad Corinth.) laudati,

+ a Surio autem latine tantum editi,

De certaminibus, peregrinationibus, vita, et morte S. Petri, et Pauli.

Λέγουσι δέ τινες προλαβεῖν τὸν Πέτρον ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ τὸ μακάριον ἐκεῖνο δέξασθαι, καὶ δεσποτικὸν πάθος, τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων προθέμενον· ἀκολουθῆσαι δὲ τούτῳ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον· ὡς

Nonnulli autem ajunt Petrum uno anno praecurrisse, et beatum illum, ac Dominicum tulisse supplicium, anima pro ovibus posita: hunc autem sequutum esse magnum Apostolum Paulum; quemadmodum

Ἰουστῖνος, καὶ Εἰρηναῖος φασὶν, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι πέντε. Κἄγε τούτοις ἐγὼ πείθομαι μᾶλλον.

Justinus, et Irenaeus scribunt; post annos quinque integros. Atque ego quidem his potius adsentior. ‡

‡ Graeca hujus periodi verba laudavit Patricius Junius. (Junius, ad S. Clem. Epist. 1. ad Corinth.)

Priusquam ab Irenaeo discedamus adferenda sunt celeberrima illa Fragmenta, quae sub Irenaei nomine e Taurinensi Codice prodierunt. Haec vir doctissimus Christophorus Matthaeus Pfaff ex quadam sive Catena, sive Collectione sententiarum ~~pia~~ Patrum, Taurini descripsit, (Maf. 17. 365.) et quoniam ‡ Catholicae de Eucharistia doctrinae adversari putabat, magno cum studio, + additis ~~notis~~ adnotationibus edidit. (356. fin.) Sed Scipio Maffei, cui fragmenta illa communicaverat Pfaff, ad P. D. Benedictum Bacchini eadem fragmenta transmittens, pluribus, iisque validissimis argumentis ostendit, ~~fragmenta~~ non immerito fragmenta ipsa vel prorsus Irenaeo supposita, vel ad Irenaeum aliquem a Lugdunensi diversum referenda putari posse. (356.) Non tulit id Pfaff, sed, cum fragmenta illa denuo vulgaret, Maffei objectiones infirmare conatus, disertissimo viro occasionem praebuit, quae scripserat retractandi, novisque observationibus confirmandi, in altera ad Bacchini epistola, Veronae anno 1716. data; cui et tertiam addidit, ut veterum Patrum de Eucharistia sententiam, nullatenus a Catholico dogmate discrepantem ostenderet, contra ipsius Pfaff Dissertationem Apologeticam, Tubingae anno 1718. tertio typis excusam. Maffejanae observationes, fragmenta Taurinensia doctis viris suspecta reddiderunt, et scribente adhuc Maffei, auctor Historiae Criticae Reipublicae Litterariae haec ait: (‡415.) = Je ne m' etonne nullement de ce que Scipio Maffejus les ait combattus, et rejettez. Franchement je trouve ses raisons touchant leur incertitude, et leur supposition très plausibles et très bien fondèes. = Vir doctus P. Franciscus Leoni, qui Massuetianam Irenaei editionem Venetiis ‡ recudi curavit, fragmenta Taurinensia ad calcem adjecit, et Maffei sententiam pluribus adseruit. Sed jam sequatur

‡ illorum secundum

+ propriis

‡ anno 1734.

Fragmentum I. S. Irenaeo adscriptum.

[Ex Cod. Reg. Taurinen.]

Ἔστι μὴν οὖν ἡ γνῶσις ἡ ἀληθινὴ, etc v. Maffei edit. Venet. 1790. tom. 17. pag. 348. 350. 352. vel S. Iren. edit. Venet. 1734. fin.

Vera igitur cognitio est intelligentia secundum Christum, quam Paulus vocat, Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam animalis homo non percipit; Verbum Crucis; quod si quis gustarit, non adcedet ad conflictationes, et verborum pugnas excaecatorum hominum, ac inflatorum, qui ambulant quae non viderunt. Figura enim veritas caret, et prope est verbum, in ore tuo, et in corde tuo, ut idem Apostolus ait.... credentibus: similes enim nos facit Christo, si virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius cognoverimus. Haec enim est Apostolicae doctrinae, complexio, et sanctissimae nobis traditae fidei delectus complexus, quam idiotae recipiunt, et paucarum litterarum homines idiae docuerunt, genealogiis interminatis non intendentes, sed corrigendae potius vitae studiosi, ne divino Spiritu privati, regnum coelorum amittant. Primum enim negotium est abnegare semetipsum, et Christum sequi, et qui

Cum graeca describentur ponatur: ἀκριβεστάτης.

haec faciunt, ad perfectionem feruntur, omnem Magistri voluntatem adimplentes, filii Dei per spiritualem regenerationem facti, ac regni coelorum heredes, quod qui primum quaerunt non repellentur.

Qui locus, totus pene e novi Testamenti verbis consutus contextus est. Et hoc sane argumento esse potest ut ad Irenaeum Lugdunensem minime pertinere dicatur, veteres enim Patres, ut notat Maffei, vix unquam tot simul novi Testamenti loca simul congesserunt. Secundas + Apostolorum constitutiones, eas scilicet, quae Irenaei tempore nondum editae, ab omnibus fere doctis existimantur, citat

+ Posteriores

Fragmentum II.

Posteriores Apostolorum Constitutiones sequuti norunt, Dominum in novo Testamento, oblationem novam constituisse, juxta illud Malachiae prophetae: „ Quapropter, ab ortu solis usque ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus, et in omni loco, nomini meo thymiama, et mundum sacrificium offertur: „ quemadmodum et Joannes in Apocalypsi ait: „ Odoramenta sunt Orationes Sanctorum: „ et Paulus obsecrat nos ut exhibeamus corpora nostra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum: Et rursus: „ offeramus hostiam laudis, idest, fructum labiorum. „ Porro haec oblationes istae non secundum legem sunt, cujus chirographum delens Dominus, e medio sustulit; sed secundum spiritum, in spiritu enim, et veritate Deum colere oportet. Quapropter Eucharistiae etiam oblatio, non carnalis est, sed spiritualis, et in hoc pura. Offerimus enim Deo panem, et calicem benedictionis, gratias agentes ipsi, quod terrae in alimentum nostrum, fructus producere jusserit; et ibi oblatione peracta, Spiritum Sanctum invocamus, ut sacrificium hocce perficiat, (ita 388. 389.) et panem Christi corpus, et calicem sanguinem Christi, ut qui antitypa ista suscipiunt, remissionem peccatorum, et vitam aeternam consequantur. Qui igitur oblationes istas in commemorationem Domini faciunt, ad Judaeorum dogmata non adcedunt, sed spiritualiter sacra facientes, Sapientiae filii vocabuntur.

Cum graeca describentur ponatur: πνευματικῶς. (ita 372.)

Ab Irenaei sensibus, qui in supra adlatis epistolae ad Victorem locis exprimuntur, discrepare notat Maffei; (395.) quae habet

Fragmentum III.

Statuerunt Apostoli, non oportere nos judicare quemquam in cibo, et in potu, et in parte diei ~~fef~~ festi, aut sabbatorum. Unde igitur hae contentiones? unde schismata? Epulamur, sed in fermento malitiae, et nequitiae, ecclesiam Dei scindentes, et exteriora servantesmus, ut meliora, fidem scilicet, charitatemque rejiciamus. Haec igitur festa, et jejunia, displicere Domino, ex propheticis dictis ad audivimus.

Pluribus novi Testamenti verbis ex parte constat etiam

Fragmentum IV.

Christus ante saecula filius Dei vocatus, in plenitudine temporis adparuit, ut nos peccati jugo suppositos, sanguine suo purgaret, mundos ~~castos~~ pa Patri filios exhibens, si obedientes nos Spiritus disciplinae praestemus. Et in fine

temporum venturus est, ut destruat omne malum, et reconciliet omnia, ut qui omnia scelera finem habeant.

Paralipomena.

Pro pag. 188. [1.] Primum contra haereses citat etiam

Idem loco citato Libro II. Capite 13.

Συνᾴδει δ' αὐτῷ (Ἰουστίνῳ) καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν ἄνδρα + καὶ τὴν ἀνοσίαν, καὶ μιαρὰν αὐτοῦ διδασκαλίαν ὑπογράφων· ἣ ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος περιττὸν ἂν εἴη καθαλέγειν, παρὸν τοῖς βουλομένοις καὶ τῶν μετ' αὐτὸν καταμέρος αἱρεσιαρχῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τοὺς βίους, καὶ τῶν ψευδῶν διδαγμάτων τὰς ὑποθέσεις, τά τε πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιτετηδευμένα διαγνῶναι, οὐ κατὰ πάρεργον τῇ δεδηλωμένῃ τοῦ Εἰρηναίου παραδεδομένα βίβλῳ.

+ (Σίμωνα)

Huic autem (Justino) consonat Irenaeus in primo librorum adversus haereses, tum quae ad hominem (Simonem) spectant, tum impietatem ejus, impuramque doctrinam exponens: quam in praesenti recensere superfluum esset, cum haeresiarcharum etiam, qui Simonem ex subsequuti sunt singillatim initia, et vitas, falsarumque dogmatum rationes, omniumque omnium instituta, volentibus cognoscere liceat, in supra dicto Irenaei opere non obiter pertractata.

Rursus librum ipsum adlegat Eusebius de Cerintho agens, loco quem de Polycarpo verba faciens in medium proferam. Ad eundem librum respicit

Idem loco citato Libro IV. Capite 7.

τούτοις συγχρονίσαι Γράφει δὲ καὶ Εἰρηναῖος συγχρονίσαι τούτοις Καρποκράτην, ἑτέρας αἱρέσεως, τῆς τῶν Γνωστικῶν ἐπικληθείσης πατέρα.

Sed et Carpocratem iisdem vixisse temporibus scribit Irenaeus, alterius Patrem haereseos, quae Gnosticorum appellatur.

Pro pag. 190. [2.] Huc spectant quae habet

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 1.

Μαρτυρίῳ ταινιωθεὶς (Τελεσφόρος,) ὡς Εἰρηναῖος ~~ἱστορεῖ~~, ἱστόρησε, τέλος μακάριον εὕρατο, καὶ ἀνθιδρύθη εἰς τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον Ὑγῖνος.

Martyrio coronatus (Telesphorus,) ut narrat Irenaeus, beatum sortitus est finem, atque Hyginus in Romana sede collocatus est.

Judas.

Judas = de septuaginta apud Danielem hebdomadibus, ut ait Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 52.) plenissime disputavit, et chronographiam superiorum temporum, usque ad decimum Severi perduxit annum. In qua erroris arguitur, quod adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit: sed hoc ideo, quia magnitudo persecutionum, praesentem mundi minabatur occasum. = Ita et

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 7.

Ἐν τούτῳ Ἰούδας συγγραφέων ἕτερος, εἰς τὰς παρὰ τῷ Δανιὴλ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας ἐγγράφως διαλεχθεὶς, ἐπὶ τὸ δέκατον δέκατον τῆς Σεβήρου βασιλείας ἵστησι τὴν χρονογραφίαν· ὃς καὶ τὴν θρυλλομένην τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν ἤδη τότε πλησιάζειν ᾤετο· οὕτω σφοδρῶς ἡ τοῦ καθ' ἡμῶν τότε διωγμοῦ κίνησις, τὰς τῶν πολλῶν ἀνατεταράχει διανοίας.

Hoc tempore Judas scriptor alter, de septuaginta apud Danielẽ hebdomadibus scriptis disserens, ad decimum usque Imperii Severi annum, supputationem temporum producit. Qui et decantatum Antichristi adventum, jam tunc implendum existimabat. Adeo commota vehementer, commota eo tempore adversus nos persequutio, multorum mentes perturbaverat.

Eadem habet Nicephorus. (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 35.)

Variae Lectiones,

In Veterum Auctorum locis, sive fragmentis, primo hoc Volumine exhibitis, observandae.

Anonymus.

Pag. ~~In~~ Pag. 5. in In loco ~~Euseb.~~ S. Irenaei ex Libro I. Contra Haereses Capite 15. §. 6.

Pag. 5. Ἐμμέτρως) Male in Gallasiana editione habetur ἔμμετρος. +

+ Quedam hic addenda vide pag. 244. num. 2.

S. Claudius Apollinaris.

~~Pag. 10.~~ In fragmento S. Claudii Apollinaris ex Chronici Paschalis Praefatione.

Pag. 10. Ἀσυμφών~~ω~~ως τε νόμῳ) Legendum fortasse: ἀσύμφωνος τῷ νόμῳ, (Petau in marg.) vel certe: ἀσύμφωνός τε νόμῳ.

Apollonius Ephesi Episcopus.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 18. et in Apollonii fragmentis, ibi adlatis.

Pag. 14. Πρίσκιλ ~~παρ~~) Ita Codices Mazarinus, Mediceus, et ~~Fu~~ Fuketianus; itemque Nicephorus. Legebatur olim: Πρισκίλλαν.

Ibid. Δοκεῖ σοι) Apud Nicephorum legitur: Οὐ δοκεῖ σοι.

Ibid. Ὧ ~~προσκυνοῦσι~~ + καὶ αὐτῷ πολλοί) Legendum videtur Valesio: καὶ αὐτῶν, idest, Montanistarum. Sed vulgatam lectionem servare nil prohibet.

+ προσκυνοῦσι

Pag. 15. Προφητεύειν ἤδη προσποιουμένης) Codices Mazarinus, ~~Ma~~ Mediceus, et Fuketianus, pro: ἤδη, habent: δή.

In loco S. Hieronymi ex Indiculo Haereseon numero 32.

Ibid. Et insanos ejus vates) Melius in Hieronymi Catalogo legitur: = insanas. =

Ibid. Crinem fucat propheta?) Male alii: = fugat. =

Ibid. Ad tabulas ludit, et tesseras propheta? foenus accipit?) Rectius fortasse scriberetur: = ad tabulas ludit, et tesseras? propheta foenus accipit? =

Bacchylus.

In loco Eusebii ex Chronico Anno Domini 197. Olympiade 243.

Pag. 36. Polycrates quoque, et Bacchylus Asianae provinciae Episcopi) Scaliger legendum existimat: = Polycrates quoque Asianae provinciae, et Bacchylus Corinthiorum Episcopus. =

Bardesanes.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 30.

Pag. 38. Πληθυουσῶν) Mazarinus, Mediceus, ac Fuketianus Codex habet: πληθουσῶν.

Ibidem Οἰκείᾳ παραδέδωκε γλώττῃ) Iidem Codices habent: ἰδίᾳ παρέδωκε γλώττῃ.

Ibid. Μετὰ καὶ πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων) Vocem ἑτέρων, ex Nicephoro, et Codicibus Mazarino, Mediceo, Fuketiano, et Saviliano, addidit Valesius.

Ibid. Καταγνοὺς δὲ) Ita recte Codices Mazarinus, Medicaeus, ac Fuketianus, pro καταγνοὺς τε.

In loco S. Epiphanii ex + Libro II. adversus haeresim 36. sive 56. Capite 1. et 2.

+ operis adversus haereses

Pag. 39. Ἀβειδὰν) Legendum suspicatur Petau: πρὸς Ἀβειδάν.

Ibid. Ἀντήρει παραινούμενος) Ἀντῆρε legit Petau: et παραινουμένῳ absque dubio scribendum est.

Pag. 40. Προσβολὰς) Προβολὰς emendat Petau. Φόρτον δὲ ἀσυνείκαστον) Malebat Casaubonus ἀνείκαστον, sed vulgatam lectionem magis probat Petau.

Ibid. Προσβολὰς) Προβολὰς emendat Petau.

In loco S. Joannis Damasceni ex Capite 56. de haeresibus.

Pag. 41. Βαρδησιάνης οὗτος) Codex Regius Parisiensis 2336. ex quo Damasceni opus de haeresibus edidit Cotelier, in tomo primo monumentorum Ecclesiae Graecae, habet: Βαρδησίανος.

Ibid. τῆς ἀληθινῆς πίστεως) Idem Codex habet, ἀληθοῦς.

Ibid. Ἐν φιλοσοφίᾳ) In Epiphanii Anacephalaeosi quam exscripsit Damascenus, legitur: ἐν σοφίᾳ.

In loco Eusebii ex Praeparationis Evangelicae Libro VI. Capite 9. et 10. et in Bardesanis fragmento, ibi adlato.

Pag. 45. Βαρδισάνης ὄνομα τῷ ἀνδρὶ) Viger rectius legit: Βαρδησάνης. Revera in manuscripto Codice, quem ipse laudat, paulo post pro: ἐκ τῶν Βαρδισάνου, habetur: ἐκ τῶν Βαρδησάνου.

Pag. 46. Οὐχ ἓν ἔχοντες σχῆμα φαρμάκων) Delenda fortasse est vox ἔχοντες, ut Viger suspicatur.

Ibid. Ἄρτου μὴ γευόμενα) Melius fortasse legeretur: γευόμενοι, quae laudati Viger sententia est.

Ibid. Καὶ ἐν τῇ τῶν λαχάνων, καὶ ὀπωρῶν βρώσει διαφερόμενοι) Jure mavult Viger: διαφερομένη.

In fragmento Bardesanis ex eodem opere Libro ~~Eusebii~~ loco citato Capite 10.

Pag. 47. Καὶ ὧν μέμνημαι) Male κἂν legitur in Oxoniensi Codice Collegii S. Joannis Baptistae,+ Codicem hunc in Spicilegio suo saepius adlegat Grabe, qui hoc Bardesanis fragmentum fere integrum adfert, eo quod ac a Pseudo-Clemente in Recognitionibus exscriptum fuerit.

+ qui Praeparationem Eusebii continet.

Ibid. Οὐ ναὸν ἔστιν ἰδεῖν. οὐ γυναῖκα πορνικὴν+ Μηδένα φονεύειν, μή τε πορνεύειν) Post φονεύειν, legisse videtur Auctor Recognitionum: μήτε μοιχεύειν; ita enim hunc locum vertit Rufinus, Recognitionum interpres: = neque homicidium, neque adulterium, neque scortum nosse. =

Ibid. Οὐ ναὸν ἔστιν ἰδεῖν) In Recognitionum textu additum fuisse videtur: οὐ ξόανον: nam Rufinus vertit: = neque templum invenitur, neque simulachrum. =

Ibid. Ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ μιγῆναί τινα) Vocem aliquam sic deesse notat Grabe, vel ἠνάγκασεν repetendum, ac subintelligendum esse.

Ibid. Γεννωμένων τῶν Σηρῶν) Supra laudatus Oxoniensis Codex habet: γινο γιγνομένων.

Ibid. Οὔτε φονεύουσιν) Οὔτε μοιχεύουσιν additum fuisse in Recognitionum textu, ex Rufini versione colligitur.

Ibid. Οὐκ ἐμψύχου γεύονται) Apud Caesarium, qui ex hoc Bardesanis fragmento plura petivit, atque ad verbum fere descripsit, (S. Caesarius, Dial. 2. respons. ad interrogat. 109.) male legitur: μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι = neque inanimata degustare =, quod novum plane abstinentiae genus est, inquit Viger, = Pythagoreae illi ἀντικειμένης. =

Ibid. Οἴνου, καὶ σίκερος μὴ γευόμενοι) Verba haec in Rufini versione repraesentata non leguntur.

Ibid. Καὶ πάντα σχεδὸν καθ' εἱμαρμένης φερομένων) Vox σχεδὸν deest in Codice Oxoniensi Collegii S. Joannis Baptistae.

Ibid. Καὶ τούτους θύοντες) Vox τούτους in eodem Codice omittitur.

Ibid. Καὶ μὴ ἀθεμιτογαμεῖν: οὔτε οἱ κακοποιοὶ) Legendum monet Grabe: ἀθεμιστογαμεῖν. οὔτ' οἱ κακοποιοί.

Pag. 48. Τὰς θυγατέρας, καὶ τὰς μητέρας) Post τὰς θυγατέρας, additum legitur in Codice Oxoniensi: καὶ τὰς ἀδελφάς: quam lectionem confirmat Rufinus, ita interpretatus: = matres accipere in conjugium, et sorores, et filias. =

Ibid. Ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κλίματι✝ Codex Oxoniensis habet: + χώρᾳ, καὶ τῷ κλίματι ἐκείνῳ, τοὺς ἀνοσίους γάμους.

✝ τούτους τοὺς ἀνοσίους γάμους)

+ ἐν τῇ

Ibid. Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ) Idem Codex habet: καὶ Αἰγύπτῳ, et mox: καὶ + Γαλατίᾳ.

Ibid. Ἐφομαρτοῦντος) Ἐπομαρτοῦντος habent Codex S. Joannis Oxoniensis, et duo Regii Codices Parisienses. Alter vero Regius Codex habet: ἐπιμαρτυροῦντες.

Τὰ ἐργατικὰ (Ibid. Τὰ ἐργατικὰ) Pseudo-Clementem, vel Rufinum ἔργα, ἀνδρικὰ legisse conjicit Grabe. Τὰ ἀνδρῶν habet Caesarius. (Idem, l. c.)

Ibid. Κοσμουμένων ἐν φορήμασι μαλακοῖς) Melius fortasse Codex Oxoniensis habet: σκοπουμένων. verbum aliquod, pectendi significationem habens, hic insertum reperisse videtur Rufinus, vertit enim: = Viri Selonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus, et variis induuntur. =

Ibid. Καὶ ἐν διαφόροις χρώμασι) Particula ἐν deest in Codice Oxoniensi.

Ibid. Εἰσὶ γὰρ ἀνδρεῖοι) Vocem ἀνδρεῖοι Rufinus reddere omisit.

Ibid. Ἔνθα τοὺς ἀνδρείους, καὶ σπατάλους) Pro ἀνδρείους, vocem ἀνδρογύνους, ut videtur, in versione sua Rufinus exprimere voluit, = ratus, inquit Grabe, ἀνδρείους cum σπατάλοις haud jungi posse, imo plane huc non quadrare. = Ἀνδρείους, καὶ σπατάλους habet etiam Caesarius.

Ibid. Παρὰ Βάκτροις) Παρὰ Σούσοις legit auctor Recognitionum, siquidem in omnibus latinae versionis Codicibus, legitur: = in Susis. = sed et Caesarius habet: ἐν δὲ Σούσοις τῆς Βαβυλῶνος.

Ibid. Τῶν ἐν Βακτρίᾳ γυναικῶν Καὶ οὐ πάντως) Oxoniensis Codex habet πάντων.

Ibid. Τῶν ἐν Βακτρίᾳ γυναικῶν) Rufinus vertit: = mulierum Susidarum. =

Ibid. Ἐν ἰδίοις ὅροις) Ἐν Διὸς ὅροις legit Rufinus.

Pag. 49. Καὶ ὁρίοις Ἄρεος δύνοντας) Vocem δύνοντας, quam = occidentes =, vel in Recognitionum textu non reperit, vel repertam fortasse non intellexit Rufinus, ideoque eam in versione sua non expressit.

Ibid. Ἐν Βρεττανίᾳ) Codex Oxoniensis habet: ἐν Βρετανίᾳ.

Ibid. Ἑορτήν τινα ταύτην ἡγουμένοις) Ἡγούμεναι scripsisse Pseudo-Clementem, ex Rufini interpretatione colligere licet.

Ibid. Ἐν ἑνὶ καιρῷ ἀποκυΐσκουσι) In Codice Oxoniensi legitur: κυΐσκουσι.

Ibid. Καὶ Ἀλβανίᾳ) Haec desunt in eodem Codice.

Ibid. Ἐφημερινῆς γενέσεως) Idem Codex rectius habet: ἐφ' ἡμερινῆς, atque hanc veram lectionem esse, jam divinaverat Viger.

Ibid. Ἐν Λέοντι) Haec in Recognitionum textu reperisse non videtur Rufinus.

Ibid. Παντὶ ἔθνει) Particulam ἐν hic ex Rufino addendam suspicatur Grabe.

Ibid. Καὶ παντὶ τόπῳ τῆς γενέσεως) Recte Viger pro: τόπῳ, reponit: τρόπῳ.

Ibid. Γυμνοῖς τοῖς σώμασιν) Codex Oxoniensis habet: γυμνούς.

Pag. 50. Ἀπεκρίνατο Φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα) Male Rufinus vertit: = Genesin in septem partes dirimi, quas illi climata appellant: = sive quod in Recognitionum textu γένεσιν,

legerit, pro: γῆν; sive quod γῆν contracte scribi arbitratus fuerit.

Ibid. Ἀπεκρίνατο οὐκ ἀληθὴς ἡ ἀπόκρισις αὕτη) Vocem ἀπεκρίνατο, utpote redundantem expungendam esse censet Viger. Sed forte vocem illam ~~ab Eusebio~~ addidit Eusebius, ut Bardesanis responsionem ad ea, quae Philippus objecerat, designaret.

Ibid. Ἐν μιᾷ χώρᾳ) Particula ἐν omittitur in Codice Oxoniensi.

Ibid. Οὐκ ἐν Περσίδι μόνῃ) Μόνον, pro: μόνῃ in eodem Codice legisse videtur ~~Grabe~~ Rufinus.

Ibid. Τὰς θυγατέρας γαμοῦσιν) Μητέρας, καὶ θυγατέρας scripsisse Pseudo-Clementem, indicat Rufini versio.

Ibid. Τοὺς τῶν προγόνων φυλάσσοντες νόμους, καὶ τῶν μυστηρίων αὐτῶν τὰς τελετὰς) In Oxoniensi Codice+ legitur: τὰς τῶν μυστηρίων αὐτῶν τελετὰς φυλάσσονται.

+ Rufinum legisse censet Grabe:

Ibid. Οὐ κλίματος ἐξουσίαν ἐκτρεπόμενοι) Ἐντρεπόμενοι maxpost Montaigu malebat Viger; «sed, inquit, libri omnes reclamabant.» Nesciebat tamen ille in Oxoniensi Codice revera legi: ἐντρεπόμενοι.

Ibid. Ἡ ἐν Παρθίᾳ) Haec desunt in eodem Codice.

Pag. 51. Οὐχ ἡ ὑπὸ τῶν ἀρχῶν) Mavult Viger: οὐδ' ἡ.

Clemens Alexandrinus.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 6.

Pag. 64. Τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ παῖδα ὄντα γενέσθαι) Ita Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus. Edebatur olim: τῶν φοιτητῶν γενέσθαι.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro, citato Capite 13.

Pag. 67. Καὶ ὁ προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους) Ita Nicephorus, et Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus. In Codice Regio Parisiensi deest particula ἢ.

In loco Clementis Alexandrini ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera M. Titulo 3.

Pag. 64. Καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας) In Clemente legitur: καὶ τὸν ἁμαρτάνοντα. +

+ Ibid. Ἄριστον τὸ ὑγιαίνειν ἀεί) Apud Damascenum ipsum alibi legitur: ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν ἀεί.

Ibid. Καὶ τὸ ἀνασφῆλαι) Alibi Damascenus habet: καὶ ἀνασφῆλαι.

Ibid. Μετὰ τῆς νόσου) In Clemente simpliciter legitur: τῆς νόσου.

In locis ejusdem ex eodem opere Littera A. Titulo 44.

Ibid. Αὐτοῖς τε ἡμῖν παντελῶς) Apud Clementem inverso ordine legitur: παντελῶς αὐτοῖς τε ἡμῖν.

Ibid. Ἀπομυκτηρισμῷ) Male in Clemente habetur ἀπομυκτισμῷ: quam vocem emendandam putavit etiam Potter, sed conjecturam suam a Damasceno confirmatam haud novit.

Ibid. Θρασυτέρῳ) Clemens habet: τραχυτέρῳ.

Ibid. Αἰσχρῶν ἀκουσμάτων, καὶ θεαμάτων) In Clementis Paedagogo legitur: τῶν αἰσχρῶν ἀκουσμάτων, καὶ ῥημάτων, καὶ θεαμάτων.

Ibid. πολὺ δὲ πλέον) In Clemente habetur: πολὺ δὲ μᾶλλον.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera K. Titulo 4.

Pag. 69. Ἀνθρώπων) Melius fortasse apud Clementem: ἀνθρώπους.

Ibid. Γελοποιοὺς) Clemens habet: γελωτοποιούς.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera X. Titulo 4.

Ibid. Ἠρεμίας) Alibi apud Damascenum legitur: ἐρημίας.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 13.

Pag. 70. Προγραφῆς) Hanc vocem pro: περιγραφῆς, recte ex Codicibus Regio Parisiensi, Mazarino, Medicaeo, Fuketiano, et Saviliano, reposuit Valesius.

In loco ejusdem ex eodem opere, Libro, et Capite citatis.

Pag. 71. Ἀριστοβούλου) Ita Nicephorus, et Codices omnes, quos consuluit Valesius; pro: Ἀριστοβόλου.

In loco ejusdem ex eodem operis Libro V. Capite 11.

Ibid. Ἐπισημαινόμενος) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: ἐπισημηνάμενος.

In loco ~~Sync~~ Georgii Syncelli ex Chronographia, Dynastia XVIII. Regum Diospolitarum.

Pag. 72. Πάντας κατὰ Ἴναχον) Legendum fortasse πάντας φάναι, vel λέγειν.

In loco ejusdem ex eodem opere.

Pag. 73. Λόγον ἔχων) Legendum omnino videtur: λόγῳ.

In loco Eusebii ex Chronico Olympiade 47.

Pag. 74. XLVII. Olympiade) Scaliger et Marianus Scotus legunt: XLVIII.

In loco Clementis Alexandrini ex Chronico Paschali 61. Olympiade.

Pag. 75. Ἔτη ό.) Clemens habet: ἐπὶ ἔτη.

Ibid. Εἰς τὸ β'. ἔτος Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου) Ita rectius, quam apud Clementem: τῆς Δαρείου.

Ibid. Γενομένου βασιλέως) In Clemente legitur: γεγενημένου.

In loco ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera A. Titulo 18.

Pag. 76. Τρισσὰ) In Clemente legitur: τριττά.

Ibid. Τὸ κατ' ἀμοιβὴν) In Clemente deest τό.

Ibid. Ἡ εὐχάριστος φιλία) Apud Clementem legitur: ἡ ἐκ χάριτος.

Ibid. Ἡμεῖς μὲν τὸ ἐκ συνηθείας φαμὲν, οἱ δὲ Ἕλληνες φασὶ τὸ καθ' ἡδονὴν τρέπτον) Alibi apud Damascenum omissa voce ἡμεῖς corrupte scribitur: τὸ ἐκ συνηθείας φαμὲν, πρὸς Ἕλληνας· οἶδά φησι τὸ καθ' ἡδονὴν τρέπτον. Ubi Le Quien legendum suspicabatur: ὡς πρὸς Ἕλληνας. Damasceni Codex Rupefucaldinus pro: οἶδά φησι, habet: τὸ καθ' ἡδονὴν τρέπτον, habet: οἱ δὲ τὸ καθ' ἡδονὴν τρέπτον. In Clementis editionibus, nulla τῶν Ἑλλήνων mentio facta, locus ita exhibetur: ἡμεῖς μὲν τὸ ἐκ συνηθείας φαμὲν, οἱ δὲ τὸ καθ' ἡδονὴν τρέπτον.

In loco Clementis Alexandrini ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 30.

+ Τὴν ἑαυτοῦ
+ τὴν αὐτοῦ

Pag. 78. Ἀποδοκιμάσουσι) In Clemente legitur: ἀποδοκιμάζουσι.
Pag. 79. +Προσαγορεῦσαι) Apud Clementem habetur: +προσαγορεύειν.

In loco ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera A. Titulo 18.

Ibid. Οὐδὲ μοιχείαν) Clemens habet: ἢ μοιχείαν.

Ibid. Τὸν κλέπτην, καὶ τὸν μοιχὸν) In Clemente recte legitur: τὸν κλέπτην, καὶ τὸν ἀσεβῆ, καὶ τὸν μοιχὸν.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera E. Titulo 4.

Ibid. Τοὺς θέλοντας εὐποιεῖν) Melius apud Clementem legitur: τοὺς ἐθέλοντας ἐλεεῖν

Ibid. Τῆς αὐτῆς οὖν μετέξουσι τιμῆς) In Clemente habetur: τῆς αὐτῆς τιμῆς μετέχουσι.

Ibid. Οἱ βουλόμενοι) Βεβουλημένοι habet Clemens.

In loco ejusdem ex Nicetae Catena in Matthaei Jobi Caput I. versiculum ℣. 21.

Pag. 80. Κατ' ἀρχὰς) In Codice Delbenii legitur: καταρχὲς.

Ibid. Γυμνὸς εἰς τὴν γῆν καὶ ἀπελεύσομαι) Idem Codex habet: γυμνὸς κακείας εἰς τὴν αὐτὴν γῆν καὶ ἀναλύσω.

In loco ejusdem ex S. Maximi Capitibus Theologicis Sermone I.

Pag. 82. Ἴση, καὶ ὁμοία) Clemens et Damascenus habent: πάνθ' ὁπόθεν ἴση.

Ibid. Ἐν ἔργῳ) In Damasceno legitur: καὶ ἔργῳ.

Ibid. Ἄδικος, καὶ ἄνισος) Clemens habet: ἄδικός τε, καὶ ἄνισος: Damascenus vero: ἄδικος, καὶ ἄνισος τε.

In loco ejusdem ex Eusebii Historiae Ecclesiasticę Libro III. Capite 30.

Pag. 84. Τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα) In Clemente legimus: αὐτοῦ.

Τὴν ἐπὶ Ibid. Τὴν ἐπὶ θανάτῳ) Clemens habet θάνατον, sed θανάτου mavult Hervet.

Ibid. Εἰς οἶκον) Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus, habent: ἐπ' οἶκον.

Ibid. Προτρεπτικῶς, καὶ παρακλητικῶς) Προτρεπτικῶς τε legitur in Clemente

Ibid. Μέμνησο ὦ αὕτη τοῦ Κυρίου) Clemens habet: μεμνήσθω αὐτῆ. Hervet, Sylburgius et Grabe (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. sec. post. Chr. nat. I. II. et III. Sec. I. Actus Petri.) emendat: μέμνησ' ὦ αὕτη.

Ibid. Ἡ τῶν φιλτάτων) Male apud Clementem: ἡ μέχρι τῶν φιλτάτων.

In loco ejusdem ex Acacio apud auctorem Catenae in Genesim.

Pag. 87. Τό που ἦμεν, καὶ προῆμεν) Clementis textus habet ὅπου ἦμεν, εἰ προῆμεν.

Ibid. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν) Clemens habet: εἰ δ' οὐ.

Ibid. Τῆς γενέσεως ἡμῶν) Deest vox ἡμῶν in Clemente.

Ibid. Ὃς οὐκ ὄντας) Ὃς οὖν in Clemente legitur.

Ibid. Οὗτος καὶ γενομένους σώζει) Apud Clementem habetur: οὕτως.

In loco ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Litt. Rupefucaldinis Littera A. Titulo 21.

Pag. 88. Φοβηθῶμεν) In Clemente legitur: φοβητέον ἄρα.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera citato Titulo 60.

Ibid. Φόβος οὗτος) Clemens habet: ὁ φόβος οὗτος.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera citata Titulo 76.

Ibid. Τόπος καὶ ὄχλος) Apud Clementem legitur: τόπος τε.

In loco ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera A. Titulo 9.

Pag. 90. Ταῖς ψυχαῖς) Alibi Damascenus habet: ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς.

+ Clementem, (947.23) et

Ibid. Ἐκ τοῦ Θεοῦ) Apud + Damascenum ipsum alibi legitur: ἐκ Θεοῦ.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera citata Titulo 14.

Pag. 91. Παρέκαστα) In Clemente habetur: παρ' ἕκαστα.

Ibid. Ἁπάντων) Apud Clementem scribitur: πάντων.

Ibid. Καὶ τὰ μέγιστα) Τὸ Τῷ τὰ μέγιστα habet Clemens.

Ibid. Τὸν βίον) Rectius in Clemente legitur: κατὰ τὸν βίον.

Ibid. Ἀνόνητοι) Reponenda haec vox in Clemente, pro: ἀνόητοι.

Ibid. Ἐπὶ τῇ καταστροφῇ) Clemens habet: τῆς καταστροφῆς.

Ibid. Ἐξάθλων γενομένων) Longe melius apud Clementem: ἐξάθλῳ γενομένῳ.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera B. Titulo 1.

Ibid. Οὐ τῶν καθευδόντων) Clemens habet: οὐδὲ.

Ibid. Ἡ βασιλεία) Ἔστιν ἡ βασιλεία legitur in Clemente.

Ibid. Μόνη βία) Clemens habet: μόνον; Damascenus alibi: μόνη ἡ βία.

Ibid. Βιάσασθαι) Alibi in Damasceno legitur: βιάζεσθαι.

Ibid. παρὰ Θεὸν) Clemens, et Damascenus alibi recte habent: παρὰ Θεοῦ.

Ibid. Τοὺς βεβαίως, μᾶλλον δὲ βιαίως) Alibi Damascenus habet: τοὺς βιαίους, μᾶλλον δὲ βεβαίως.

Ibid. Συνεχώρησε, καὶ εἶξε) In Clemente legitur: συνεχώρησεν, εἶξεν.

Ibid. Ὁ Θεὸς) Haec apud Damascenum alibi desunt.

In loco ejusdem ex eodem opere Littera E. Titulo 9.

Ibid. „Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα) Apud Clementem scriptum est: „πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου.„

In loco ejusdem ex eodem opere Littera M. Titulo 3.

Pag. 92. Εὑρεθῆναι) Εἶναι legimus in Clementis libro.

In fragmento (loco) ejusdem ex Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 14.

Pag. 93. Τὰς λοιπὰς καθολικὰς) Vocem λοιπὰς ex Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano, addidit Valesius.

In loco ejusdem ex eodem opere Lib. I. Capite 12.

Pag. 133. Αὐτῷ ἀντέστην) In Codicibus Mazarino, Medicaeo, Fuketiano, et Saviliano, desunt verba: ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, quae nec Rufinus expressit, sed tamen post illa: αὐτῷ ἀντέστην, in Eusebii editionibus Parisiensi, et Genevensi leguntur.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro II. Capite 1.

Pag. 96 Πέτρον γάρ φησι) In margine codicum librorum Turnesius, et Moraeus emendabantur: φασί. sed omnes a Valesio visi codices, cum Rufino, et Nicephoro, vulgatae lectioni favent.

Ibid. Ἐπιδικάζεσθαι) In Turnebi, et Moraei codicibus (libris) emendatur: ἐπιδικάσασθαι.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro VI. Capite 14.

Pag. 94. Προγεγράφθαι ἔλεγεν) Ita Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus, pro ἐλέγετο.

Ibid. Πόῤῥωθεν, καὶ μεμνημένον) Nicephorus habet: καὶ ἐκ πολλοῦ μεμνημένον.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro II. Capite 9.

Pag. 100. Μαρτυρήσαντα) Codex Mazarinus habet: μαρτυρήσαντα, et verbum hoc cum superioribus conjungit, et atque a sequentibus distinguit hoc modo: ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον μαρτυρήσαντα· ἰδὼν αὐτὸν κινηθεὶς ὡμολόγησεν. Eadem distinctio occurrit in Codice Medicaeo, atque in Fuketiano, in quo legitur: μαρτυρήσοντα.

Ibid. Καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν χριστιανὸν) Codex Fuketianus habet: καὶ αὐτὸς χριστιανὸς.}

In fragmento Clementis Alexandrini ex Codice Regio Parisiensi 2431.

Pag. 111. Δευτέρα οὐσία ἔμψυχος) Scribendum: τετάρτη. +

+ In fragmento ejusdem ex eodem Codice

Pag. 112. Οὐ τόπος. Οὐδεὶς τόπος τὸ κατὰ πάντα) D. Capperonnier in animadversionibus, quas Jacobus Basnagi edidit ad calcem voluminis I. Thesauri Canisiani, recte monet legendum esse: οὐ τόπος οὐδεὶς, τῷ κατὰ πάντα.

In fragmento ejusdem ex S. Anastasii Sinaitae Quaestione 96.

Pag. 113. Ἄνθρωπον πλάττειν ἀνθρώπους) Θεὸν pro: ἄνθρωπον, legendum esse monet Grabe.

Ibid. Ἤκουσαι) Legit Grabe: ἤκουσας.

In fragmento ejusdem ex S. Maximi Capitibus Theologicis Sermone 3.

Pag. 117. Παρθένων φθορὰ λέγεται) Codex Damasceni Rupefucaldinus habet: Παρθένῳ φθορὰ γίνεται, καὶ λέγεται.

Ibid. Ἀφ' ἑαυτῆς) Apud Damascenum legimus: ὑφ' ἑαυτῆς, sed Codex Rupefucaldinus habet: ἀφ' ἑαυτῆς.

Ibid. Ἡ παρὰ τῶν γονέων) Damascenus habet: ἢ καὶ παρὰ τῶν γονέων.

In fragmento ejusdem ex Antonii + Melissae Locorum Communium Libro I. Sermone 17.

+ In fragmento ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera A. Titulo 12.

Pag. 121. Τῶν σεμνὰ, καὶ θεῖα, οὐ σεμνῶς) Alibi apud Damascenum legitur: τῶν τὰ σεμνὰ, καὶ θεῖα, μὴ σεμνῶς.

Pag. (Ibid.) 121. Φητοῦ) Legendum forte cum Grabe: φυτοῦ.

In fragmento ejusdem ex eodem opere Libro II. Sermone 46.

Pag. 122. Τὸ μέτρον) Grabe recte mavult: μέτριον.

In fragmento ejusdem ex Macarii Chrysocephali Oratione VIII. in Matthaeum ad Caput 8.

Pag. 124. „ Οὐκ οἴδατε, φησὶ, ποίου πνεύματος ἐστὲ.„) In Fabricii Spicilegio Patrum tertii saeculi, hic locus ita editus est: „ οὐκ οἴδατέ, φησι, ποίου πνεύματος ἐστὲ; „

In fragmento ejusdem ex Macarii Chrysocephali Oratione XIII. in Matthaeum ad Caput 9.

Pag. 125. Ἀῤῥηπὴς) Legendum: ἀῤῥεπὴς.

In fragmento ejusdem ex Macarii Chrysocephali Oratione XI. in Lucam.

Pag. 126. Οὐ δυνήσεται, πόθεν) Scribendum suspicatur Fabricius: οὐ δυνήσεταί ποτε. ‡

‡ In Consideratione ejusdem.

Pag. 128. Εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν) Supra laudatus Capperonnier soleter emendavit: εἶναι τύπον αὐτοῦ.

Pseudo-Clemens

In loco Sozomeni ex Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite 1.

Pag. 137. Τῇ τῶν Ἀποστόλων διαδοχῇ) Ita legitur in Codicibus Fuketiano et Allatiano, atque hanc lectionem confirmat vetus interpres, Epiphanius. Edebatur olim: διδαχῇ.

In loco Rufini ex libro de adulteratione librorum Origenis.

Pag. 141. Post Apostolos et Episcopus, et Martyr praefuit) Apud Hiero=

nymum, qui Rufini verba profert, legitur: =post Apostolos Episcopus, et martyr fuit.= (S. Hieronymus, Apolog. adversus Rufin. lib. 2.)

Ibid. Qui Graece appellantur) Deest vox =Graece= in Hieronymo.

Ibid. Eunomii dogma scribitur) Hieronymus habet: =inseritur.=

Ibid. Ex nullis extantibus) In Hieronymo legitur: = de nullis.=

Ibid. Quid quaeso de his) =De iis= habet Hieronymus.

Ibid. Credendum est) Vox = est = in Hieronymo omittitur.

Ibid. Inseruerunt) Hieronymus habet: =interseruerint.=

In loco Gelasii I. Papae ex Decreto de Apocryphis Scripturis.

Pag. 142. Libri octo) Legendum videtur: =decem.=

In loco Humberti ex libro adversus Nicetae libellum Contra Latinos.

Pag. 143. Clementis liber) Apud Ivonem legitur: = Clementis librum, + et Apostolorum Canones numerant Patres inter apocrypha.=

[Margin: + id est, Petri Apostoli Itinerarium,]

Ibid. Capitulis quinquaginta) Apud Ivonem inverso ordine scribitur: = quinquaginta capitulis.=

Ibid. Regulis Orthodoxis) Ita rectius, quam apud Ivonem [et Gratianum] = orthodoxe Fidei =. Alii scribunt: =regulis orthodoxiae =.

In loco Gennadii ex Catalogo illustrium virorum Capite 17.

Ibi Pag. 144. Recognitionum libros) Codex Capitularis Veronensis habet: = Cognitionum =, ut testatur Maffei. (Maffei, Biblioth. Veronens. Manuscr. Par. 1. p. 171.)

In loco S. Adhelmi ex Capite 12. de laudibus Virginitatis.

Pag. Ibid. Anacletum) Codex Bodlejanus, teste Grabe, habet: = Cletum =

Pag. 145. Lavacri baptisterio, mersus) Idem Codex recte habet: = lavacro baptismi mersus. =

Ibid. Taxaverat) Legendum forte: =dilexerat.=

Ibid. Simoniae lethiferas, nec non Romanae) Locus iste in editis exemplaribus pessime vitiatus, in Bodlejano Codice ita legitur: = Simoniacae lethiferas nigromantiae. =

Ibid. Itinerarium Petri voluminibus digestum) Recte in Bodlejano Codice habetur: = decem voluminibus.=

In loco Rufini ex Peroratione ad Heraclium in Explanationem Origenis super Epistolam Pauli ad Romanos.

Ibid. + Ac Successoris) Edeb Ita Codex Regius Parisiensis 1639. Olim edebatur: = Quod quorum [ut] successoribus darem cognitionem libri a nobis in Latinum vertauntur. = Codex Ebroicensis habet: = Apostolorum comitis, et successorum, dare cognitionem libri, ut in Latinum vertuntur. = Codex Regius Parisiensis [1640.] pro: =et=, habet =ut=. Alter vero Regius Codex 1641. = vertatur = habet, pro: = vertuntur. = In Codice Vallis Clare legitur: = Apostolorum comitis, ac successoris dare [intus] cognitionem libri, ut in latinum vertantur. =

[Margin: + Apostolorum comitis,]

[Margin: + de Recognitione libri uti in Latinum vertantur. + Apostolorum comitis,]

Ibid. Quod laborem labor multiplicat, si sorte suscipiat) Codex Regius Parisiensis 1639. habet: = multiplicata sorte suscipiet.=

Ibid. Nam Rufini Clemens scribetur) Sic idem Codex, et manuscriptum Vallis Clarae. Plura editi exemplares habet: = Nam Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur: = manuscripta vero alia: = Nam putamus Clemens scribetur. =

In loco Concilii Vasensis I. ex Canone VI.

Pag. 146. Utilia quaeque, praesenti tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda) Capitularium Caroli Magni, [et Ludovici Pii] a Baluzio editum, in quo locus iste producitur, habet: = utilia, quae praesenti tempore ecclesiis necessaria sunt, honorifice proferenda. = (Capitularium Caroli magni, et Ludovici Pii, Lib. 7. num. 4 Capit. 461.)

Ibid. Percipienda) Idem Capitularium habet: = parecipienda.=

Ibid. Roboramus) In Capitulario ipso legitur: =roboremus.=

Ibid. De beatissimi Apostoli Petri institutione) In eodem Capitulario scribitur: = de beatissimi Petri Apostoli constitutione.= Loci illius, quem ex epistola ad Jacobum, Concilium adfert, et quem plures item e veteribus adducunt, immensam fere variarum lectionum copiam huc transferre, non mei esse duxi.

In loco S. Basilii ex Capite 29. de Spiritu Sancto, [in] et Pseudo-Clementis fragmento, ibi adlato

Pag. 148. Ὁ Κλήμης) Apud Coustant in Collectione Epistolarum Romanorum Pontificum, articulus ὁ praetermittitur.

Ibid. Ἀρχαιικώτερος) Manuscripti Codices, et Maurinorum editio, ac prima Basiliensis habent: ἀρχαϊκώτερον. Apud Coustant legitur: ἀρχαιότερος.

Ibid. Ὁ Κύριος) Deest articulus apud Coustant.

Ibid. Τὸ ἅγιον) Apud eumdem articulus item omittitur.

Dionysius Corinthi Episcopus.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 23.

Pag. 157. Ὀρθοδοξίας κατηχητικῇ) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus minus recte habent: κατηχ, τιχηκῆς.

Pag. 158. Ἅτε δὴ ἐπὶ πλεῖσταις) Ita Codex Regius Parisiensis. Sed Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus, habent: ὡς ἂν ἐπὶ πλεῖσταις.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro et Capite citato, +

[Margin: + et in fragmento Dionysii Corinthi Episcopi, ibi adlato.]

Ibid. οὐδὲν ἄτοπον [ἴδιον τὸ] καὶ παραδέσθαι λέξεις) Ita [tres] laudatis [tres] Codex Regius. Caeteri autem tres memorati Codices cum Saviliano habent: οὐδὲν ἴδιον τὸ καὶ Codex vero Regius Parisiensis habet: οὐδὲν ἄτοπον καὶ παραδέσθαι λέξεις. +

[Margin: + Pag. 159. Ἀνεγνώκαμεν) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: ἔγνωμεν; Nicephorus vero: ἀνέγνωμεν.]

In fragmento Dionysii Corinthi Episcopi ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 25.

Ibid. Pag. 159. Ταῦτα) Valesius legendum putat: ταύτῃ.

Ibid. Νουθεσίας) Νομοθεσίας legitur apud Syncellum.

Ibid. Πέτρου, καὶ Παύλου) Syncellus ipse habet: Παύλου, καὶ Πέτρου.

Ibid. Γενηθεῖσαν) Ita Codices Regius Parisiensis, Mazarinus, Mediceus, et Fuketianus. In Syncello legitur: γεννηθεῖσαν.

Ibid. Εἰς τὴν ἡμετέραν. Κόρινθον φυτεύσαντες) Syncellus habet: κατὰ, pro: εἰς, et φοιτήσαντες, pro: φυτεύσαντες.

Ibid. Ὁμόσε διδάξαντες) Apud Syncellum simpliciter legitur: ἐκδιδάξαντες.

In loco Georgii Syncelli ex Chronographia Anno mundi 5563. Christi 63.

Pag. 160. Ὃς δηλονότι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐμαρτύρησε) Legendum ὡς, et ἐμαρτύρησαν.

In fragmento Dionysii Corinthi Episcopi ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 23.

Ibid. Ἐπιστολὰς γὰρ) Vocem γὰρ ex Rufino, Nicephoro, et Codicibus Mazarino, Medicaeo, ac Fuketiano addidit Valesius.

S. Epiphanius Ancyrae Episcopus.

In loco Praedestinati ex Libro I. Capite 25.

Pag. 163. Quando non accipiunt cibos) In codice Augiensi deest vox = quando. =

Ibid. Quo se dicat) Idem codex habet: = qui se dicat. =

Eustachius.

Pag. In loco ejusdem operis ex Libro citato Capite 16.

Pag. 166. Eustachius) In Manuscripto Augiensi legitur: = Eustasius. =

Hegesippus.

In fragmento Hegesippi ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 8.

Pag. 168. Κενοτάφια) Ita recte Nicephorus, pro καινοτάφια.

Ibid. Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος) In Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano, legitur tantum ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Savilianus quoque Codex, et Nicephorus habent: γενόμενος. Caeterum, verba: ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, Valesius referre mavult ad illa: δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος.

In loco fragmento ejusdem ex eodem opere Libro II. Capite 23.

Ibid. Διαδέχεται δὲ) Deest δὲ apud Syncellum.

Ibid. Μετὰ τῶν ἀποστόλων) Μετὰ τοὺς Ἀποστόλους habet Syncellus, atque ita legisse videtur Hieronymus.

Ibid. Οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγεν) Syncellus habet: καὶ ἔμψυχον οὐκ ἔφαγε

Ibid. Ξυρὸν) In Syncello legitur: καὶ ξυρὸν.

Ibid. Εἰσήρχετο εἰς τὸν ναὸν) Male apud Syncellum: ὅτε εἰσήρχετο.

Ibid. Ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ) Voces ἐπὶ γόνυ desunt in codice Fuketiano, et in Nicephoro, itemque in codicibus Mazarino, et Mediceo, in quibus post verba προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, legitur: τὰ γόνατα.

Ibid. Αἰτεῖσθαι) Syncellus habet: αἰτῆσαι.

Ibid. Διὰ γέτοι) Idem habet: διά γε.

Ibid. Ἐκαλεῖτο δίκαιος) Nicolaus Fuller emendabat: ἐκαλεῖτο σαδδίκ, καὶ ὠζλιάμ ὅ ἐστιν δίκαιος, καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ. (Fuller, Miscellan. Sacr. Lib. III.)

Ibid. Ἑλληνιστὶ) Deest hec vox apud Syncellum.

Ibid. Καὶ δικαιοσύνη) In Syncello deest καὶ.

Ibid. Τῶν ἐν τῷ λαῷ τῶν προγεγραμμένων μοι) Syncellus habet: τῶν ἐν τῷ λόγῳ γεγραμμένων μοι.

Ibid. Ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ) Αὐτῷ habet Syncellus.

Ibid. Ἐξ ὧν τινὲς ἐπίστευσαν) In Syncello legitur: ἐξ οὗ τινὲς ἐπίστευον.

Ibid. Διὰ Ἰάκωβον) Syncellus habet: Ἰακώβου.

Pag. 169. Τῶν ἀρχόντων) A Syncello abest τῶν.

Ibid. Γραμματέων, καὶ Φαρισαίων) Pharisaei apud Syncellum ante Scribas nominantur.

Ibid. Συνελθόντες) Habet Syncellus: συνελθοῦντες.

Ibid. Ὡς αὐτοῦ ὄντος) In Syncello legitur: ὄντος αὐτοῦ.

Ibid. Πάντας τοὺς ἐλθόντας) Τοὺς ἐλθόντας πάντας habet Syncellus.

Ibid. Καὶ πάντες πειθόμεθά σοι) Apud Syncellum scribitur: καὶ πάντες ἡμεῖς.

Ibid. Ἐπιφανὴς) Male haec vox apud Syncellum omissa est.

Ibid. Εὐακουστά σου) Syncellus habet: εὖ ἀκουστά σου.

Ibid. Τοῦ ναοῦ) Idem habet: τοῦ ἱεροῦ.

Ibid. Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος) Deest Ἰησοῦ in Syncello.

Ibid. Τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος) Postrema hec τοῦ σταυρωθέντος a Syncello absunt.

Ibid. Περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου) Syncellus habet: περὶ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Ibid. Ὡς ἀννὰ) Ita omnes a Valesio inspecti Codices. In Syncello conjunctim scribitur: ὡσαννὰ.

Ibid. Τότε πάλιν) Syncellus habet: τὸ ἔμπαλιν.

Ibid. Παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ) Legendum putat Grabe: τῷ Ἰακώβῳ, vel: τῷ Ἰησοῦ μαθητῇ.

Ibid. Καταβάλωμεν) Syncellus habet: καταβάλλωμεν.

Ibid. Καὶ ὁ δίκαιος) In Syncello deest καὶ.

Ibid. Ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ) Habet Syncellus: ἐν Ἡσαΐᾳ.

Ibid. Φάγονται) In Syncello legitur: φάγωμεν.

Ibid. Ἀναβάντες οὖν κατέβαλον) Apud Syncellum scribitur: ἀναβάντες δὲ κατέβαλλον.

Ibid. Καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις λιθάσωμεν Ἰάκωβον τὸν δίκαιον) Haec prorsus desunt apud Syncellum.

Ibid. Ἐπεὶ καταβληθεὶς) Male Syncelli exemplaria: ἐν ᾗ καταβληθεὶς.

Ibid. Ἔθηκε) Syncellus habet: ἔθηκεν.

Ibid. Παρακαλῶ) In Syncello legitur: παρακαλῶ σε.

Ibid. Τῶν υἱῶν Ῥηχάβ) Syncellus habet: καὶ τῶν υἱῶν Ῥεχάβ.

Ibid. Υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ) Haec in Nicephoro desunt. Apud Syncellum legitur: Ῥαχαεὶμ.

Ibid. Τοῦ προφητοῦ) Haec a Syncello absunt.

Ibid. Ἔκραξε) Ἐκέκραξε habet Syncellus.

Ibid. Ἀπεπίεζε) Codices Mazarinus, Medicaeus, ac Fuketianus, cum Syncello habent: ἀποπιέζε.

Ibid. Καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν) Syncellus habet: καὶ οὕτω μεμαρτύρηκε.

Ibid. Ἐν τῷ τόπῳ) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ. In Syncello autem legitur: ἐπὶ τῷ τρόπῳ τοῦ ναοῦ.

Ibid. Καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ) Hic locus in Syncello desideratur.

Ibid. Ὁ Χριστός ἐστιν) Syncellus habet: ἐστι.

Ibid. Πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν) In Syncello legitur: πολιορκεῖ αὐτοὺς; et sequentia omittuntur.

In fragmento ejusdem ex ~~Eu~~ eodem opere Libro III. Cap. 20.

Pag. 171. Υἱωνοὶ Ἰούδα) Υἱῶν legitur in codicibus Regio Parisiensi, et Medicaeo. Syncellus habet: καὶ υἱῶν Ἰούδα.

Ibid. Οὓς ἐδηλα~~τηρ~~τόρευσαν ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ) In Syncello legitur: οὓς ἐδηλάτευσαν ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ.

Ibid. Τούτους δ' ὁ Ἰουόκατος) Ita Codices ~~Medic~~ Mazarinus, Fuketianus, et Savilianus. Medicaeus Codex habet: ὁ Ἰόκατος; Regius Parisiensis: ὁ Ἰκουβάτος; Syncellus: ~~το~~ Nicephorus: ὁ ἠουόκατος; Syncellus: τούτους ὁ Ἰούκατος.

Ibid. Καίσαρα) Hanc vocem non agnoscunt Syncelli exemplaria.

+ Καὶ

Ibid.+ Ἐπερώτησεν) ~~Syncellus habet: ἠρώτησεν.~~ Haec, et quae sequuntur, usque ad ὡμολόγησαν, in Syncello desunt.

Ibid. Πόσων χρημάτων) Syncellus habet: πόσον.

Ibid. Ἑκάστῳ αὐτῶν) Ἑκάστου in Syncello legitur. ‡

‡ Ibid. Συντελείᾳ) Male olim edebatur: συνθελίᾳ. (Grabe 209.)

In fragmento ejusdem ex eodem opere Libro citato Capite 32.

Pag. 172. Συμεῶνος) Codex Regius Parisiensis habet: Σίμωνος.

In loco Eusebii ex eodem opere Libro, et Capite citato.

Pag. 173. Ἀδιάφθορος ἔμεινεν) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: ἔμενεν.

Ibid. Καὶ ταῦτα μὲν οὗτος) Haec, et sequentia desunt in laudatis Codicibus, neque a Rufino versa reperiuntur.

In loco ejusdem ex eodem Opere Libro IV. Capite 22. et in Hegesippi fragmentis ibi adlatis

Pag. Ibid. Μετά τινα) Ita Codex Savilianus, et olim etiam Codex Regius, pro μεγάλα τινά.

Ibid. Διαδοχὴν ἐποιησάμην) Non recte Savilius emendabat: διατριβήν.

Pag. 174. Διὰ τοῦτο ἐκάλουν) Valesius legendum suspicatur: μέχρι τούτου

Ibid. Θέβουθις) Edebatur olim: Θέβουλις. Theobuti nomen legitur apud Rufinum.

Ibid. Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὢν καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ) Vocem ὢν non agnoscit Nicephorus. In Codice Regio Parisiensi legitur: ὧν. Sed Valesius totum locum ita legere mavult: ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὢν καὶ αὐτὸς τῶν ἐν τῷ λαῷ. Quam quidem lectionem rectissimam puto.

Ibid. Ὅθεν Γορθηνοὶ) Γορταιανοὶ habet Nicephorus.

Ibid. Καὶ Μασβώθαιος, ὅθεν Μασβωθαῖοι) Voces ὅθεν Μασβωθαῖοι etiam in Valesiana editione male omissa voce Μασβώθαιος legitur: καὶ Μασβωθαῖοι. Nicephorus habet: Μασβώθεος, ὅθεν Μασβωθεανοί.

Ibid. Ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ) Vox ὅθεν recte omissa est apud Nicephorum, et in Codice Regio Parisiensi. Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus pro Μενανδριανισταὶ, habent: ἀδριανισταὶ

Ibid. Παρεισήγαγεν) In Manuscriptis exemplaribus, teste Valesio, constanter legitur: παρεισηγάγησαν. = Qui barbarismus, ut Valesius ipse ait, non alienus est ab Hegesippo. = Nicephorus habet: παρεισήγαγον.

Ibid. Τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα) In Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano male legitur: ἡ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα.

Ibid. Μασβωθαῖοι) Iidem Codices habent: Μασβώθεοι.

S. Irenaeus.

In loco S. Isidori Hispalensis ex Chronico anno ab orbe condito 5388.

Pag. 177. Doctrina habetur insignis) Deest vox = doctrina = in Codice Caesareo.

In loco Socratis, qui est ad calcem Epistolae Ecclesiae Smyrnensis de martyrio S. Polycarpi.

Pag. 179. Ἐκ τῶν Εἰρηναίου) Alii legunt: ἐκ τοῦ Εἰρηναίου.
Ibid. Ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων) Scribunt alii: ἐκ τοῦ Γαΐου ἀντιγράφου. (Massuet.)

In loco auctoris incerti ex Capite 55. aliter 25. de Ecclesiasticis dogmatibus.

Ibid. Repromissionibus) = Promissionibus = alii legunt.
Ibid. Delirant) Nonnulli Codices habent: = delectantur. =

+ operis adversus haereses.

In loco S. Epiphanii ex + Libro I. adversus haeresim 14. sive 34. Capite 1.

Pag. 185. Φάσκει γὰρ αὐτοῖς) Legendum forte: αὐτὸς.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro citato adversus haeresim 14. sive 34. Capite 21.

Ibid. Πάντα ἐνδέμενος) Alii legunt: ταῦτα.

In loco S. Ephraimi ex Capite 8. de Virtute.

Pag. 187. Οὕτως διδάξας, καί φησιν) Assemanni editio habet: οὕτως διδάξας, καὶ φησί.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 11.

Ibid. Διαπλώσας) Nicephorus habet: διαπλεύσας, quam lectionem improbat Valesius.

In loco Commentarii in Marcum, et in S. Irenaei fragmento, ibi adlato.

Pag. 191. Λουγδούνου) Argumentum in Marcum, quod vulgavit Combefisius habet: Λουγδούνων.
Ibid. Κατὰ αἱρέσεων) In eodem argumento legitur: κατὰ τῶν αἱρέσεων.
Ibid. Ἐκτιθέμενος) Ἐκθέμενος habet idem argumentum.
Ibid. Ἀρχὴ, λέγων) In argumento ipso legitur: λέγων, ἀρχὴ.
Ibid. Τοῦ Εὐαγγελίου) Apud Anastasium Sinaitam, et in laudato argumento additur: Ἰησοῦ Χριστοῦ.
Ibid. Καθὼς) Idem argumentum habet: ὡς.
Ibid. Ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ) Anastasii Sinaitae Codex Florentinus habet: ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου.

In locis S. Irenaei ex S. Augustini Libro I. Contra Julianum Haeresis Pelagianae defensorem Capite 3.

Pag. 192. Exaltatus in terra) In Irenaei versione legitur: = exaltatur a terra, et omnia trahit ad se, et vivificat mortuos. =
Pag. 193. Solvatur) Apud Irenaeum legitur: = salvatur. =
Ibid. Accipiente, serpentis prudentia) Apud eumdem habetur: = accipiens, et serpentis prudentia. =

Ibid. Per simplicitatem columbae, vinculis illis resoluti sumus) In Irenaei versione legitur: = in columbae simplicitate, vinculis autem illis resolutis. =

In loco S. Basilii ex Capite 29. de Spiritu Sancto

Pag. 194. Εἰρηναῖος δὲ ἐκεῖνος) Voce ἐκεῖνος carent manuscripti Codices, et Maurinorum editio.

In fragmento S. Irenaei ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 20.

Pag. 198. Μεταγραψόμενον) Male apud Nicephorum: μεταγραψάμενον.

In fragmento ejusdem ex eodem opere Libro, et Capite citato.

Pag. 199. Εἰς τὴν μέγιστην) Deest τὴν apud Nicephorum.
Ibid. Πειθομένους αὐτοῖς) In Nicephoro omittitur vox αὐτοῖς.
Ibid. Προόδους) Minus recte edebatur olim: παρόδους.
Ibid. Συναναστροφὴν) Nicephorus habet: ἀναστροφὴν.
Ibid. Ἀπήγγελλε) Idem habet: ἀπήγγειλε.
Ibid. Κατὰ τὸ σύνηθες) Nicephorus addit: αὐτῷ.
Ibid. Τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων) Male apud Nicephorum legitur: τὸν τοιοῦτον ἀκηκόει λόγον. +

+ Quaedam hic addenda vide pag. 244. num. 3.

In fragmento S. Irenaei ex S. Maximi Capitibus Theologicis Sermone 7.

Ibid. Δύναιτο) Damascenus habet: δύναται.
Ibid. τοῖς πλησίον, καὶ οὐ ποιεῖ) Apud eumdem legitur: τῷ πλησίον, ἣν μὴ ποιῇ.

In fragmento ejusdem loco ex Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 24. +

+ et in S. Irenaei fragmento ibi adlato.

Ibid. Οἱ δὲ τεσσαράκοντα. Ὥρας ἡμερινάς τε, καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν) Ita hunc locum scribendum esse pluribus ostendit Massuet, quem se (Massuet, Diss. praev. in Iren. libr. Art. 1. §. 25.) quem sequitur Coustant. (Coustant, Epist. Rom. Pont. in not. ad fragm. epist. S. Iren. ad Victor. Pap.) Valesius inter verba: οἱ τεσσαράκοντα, et ea, quae sequuntur, nullam interpunctionem adponendam existimaverat. Post Massuet, Maurinus editor operum S. Justini, in notis ad questiones ad Orthodoxos, Irenei locum denuo discutiendum suscipiens, questionodum gladio dissolvit, numerum 24. pro illo 40. in Ireneo reponens.

Ibid. Τὸ δεῖν) Mavult Valesius: τῷ δεῖν.

Pag. 201. Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος) Nicephorus habet: ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος.
Ibid. Ἧς νῦν ἀρηγῇ) Idem habet: ἧς σὺ νῦν ἀρηγῇ.
Ibid. Τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς) Rufinus rectius legit: μετ᾽ αὐτῶν.
Ibid. Καί τοι) Mavult Coustant: καὶ τί, Irenaei locum interrogative legens.

Ibid. Τοῖς μὴ τηροῦσι) Ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι legendum putat Valesius, quam emendationem in margine librorum Turnebi, et Moraei adscriptam invenit.

Ibid. Ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ) Nicephorus habet: ἐν τῇ Ῥώμῃ.

Ibid. Μὴ φιλεριστήσαντες ἑαυτοὺς) Apud eundem scribitur: πρὸς ἑαυτοὺς.

Ibid. τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων) In Nicephoro legitur: πρὸ ἡμῶν.

In loco Eusebii ex eodem opere Libro citato Capite 26.

Pag. 204. Εἰς ἐπίδειξιν) Legendum forte cum Valesio: ἀπόδειξιν.

In loco S. Anastasii Sinaitae ex Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro 7.

Pag. 205. Εἰς τὰ Κλήμεντος) Scribendum fortasse ὑπὸ Κλήμεντος.

In fragmento S. Irenaei ex S. Joannis Damasceni Libro Contra Acephalos, seu Jacobitas. +

+ Pag. 206. Τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα) Codex Regius Parisiensis 2951. habet: ὁ Χριστός.

Ibid. Pag. 206. Τὸ πνεύματι φρουρούμενον) Legendum: τῷ πνεύματι.

Ibid. Ἀναδειχθῇ) In Leontio legitur: παραδειχθῇ; sed Codex ejusdē Leontii (Bodlejanus habet: ἐπιδειχθῇ; et Codex Regius Parisiensis 2951: ἀποδειχθῇ

In fragmento ejusdem ex S. Anastasii Sinaitae Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro X.

Pag. 207. Κἂν μὴ εἴπῃς) Emendat Massuet: κἄν μοι. Sed melius, ni fallor, legeretur: καὶ μή.

Ibid. Σὺν τῇ ἀθρηξίᾳ) Legendum: ἀθανασίᾳ.

In fragmento ejusdem ex Catena in Deuteronomium.

Pag. 209. Φοβηθῶσι τὸν Θεὸν) Codex Regius Parisiensis 1888. habet τὸν Κύριον.

In fragmentis ejusdem ex Catena in Numeros.

Pag. 210. Ἄρτι) Hanc vocem ex Codice Regio Parisiensi 1825. addidit Massuet.

Ibid. τὸν σῖτον λαὸν ἀπὸ τῆς γῆς) Apud Combefis editum est: τὸν λαὸν ἀπὸ τοῦ σίτου τῆς γῆς.

Ibid. Ἐκ καυμάτων ἀναπαυόμενοι) Melius forte cum Massuet legeretur: ἐκ καμάτων.

Ibid. Κατέναντι νόμου Θεοῦ) Codex Regius Parisiensis 1872. habet: νόμων.

Paralipomena ad Tomum hunc primum.

Pro pag. 6. [1.] Anonymus iste idem videtur, cum illo viro illo, quem sepe cum laude citat Irenaeus, et quem se prestantiorem dicit

Idem loco citato Libro: I. in Praefatione. §. 2.

Καθὼς ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἡμῶν εἴρηται ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὅτι λίθον τὸν τίμιον σμάραγδον ὄντα, καὶ πολυτίμητόν τισιν, ὕαλος ἐνυβρίζει διὰ τέχνης παρομοιουμένη, ὁπόταν μὴ παρῇ ὁ σθένων δοκιμάσαι, καὶ τέχνῃ διελέγξαι τὴν πανούργως γενομένην.	Quemadmodum a viro me praestantiore dictum de istis e hujusmodi hominibus dictum est, quod smaragdo praeclaro lapidi, et magni apud quosdam pretii, vitrum ad ejus similitudinem arte elaboratum, dedecus affert, quo adusque non adest, qui explorare, atque arti solertia, quod subdole factum est valeat arguere.

Aliud ejusdem dictum refert e

Idem loco citato Libro III. Capite 17. §. 4.

Sicut quis aquae mixtum gypsum dans pro lacte, seducat per similitudinem coloris, sicut quidam dixit superior nobis, de omnibus, qui quolibet modo depravāt quae sunt Dei, et adulterant veritatem. In Dei lacte gypsum male miscetur.

Virum ipsum e innuere etiam videtur

Idem loco citato Capite 23. §. 3.

Quemadmodum ex veteribus quidam ait: quoniam quidem transtulit Deus maledictum in terrā, ut non perseveraret in hōīe homine.

Rursus virum illum commemorat

Idem loco citato Libro IV. Capite 27. §. 1.

Quemadmodum audivi a quodam Presbytero, qui audierat ab his, qui Apostolos viderant, et ab his qui didicerant: sufficere veteribus, de his, quae sine consilio Spiritus egerunt, eam, quae ex Scripturis esset correptionem. +

+ Nonnullis interjectis subjungit
Presbyterum anonymum rursus laudat
Idem loco citato Capite 27. §. 1.
Sufficienter increpavit eum scriptura, sicut dixit Presbyter, ut non glorietur universa caro in conspectu Domini.
Et paulo post ait
Idem loco citato §. 2.
Non debemus ergo, inquit ille Senior superbi esse, neque reprehendere veteres; sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi, agentes aliquid, quod non placeat Deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamur a Regno ejus. Et ideo Paulum dixisse: si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, qui cum esses oleaster, insertus es in pinguedinem olivae, et socius factus es pinguedinis ejus.
Senioris dictum alterum refert

Ubi non Apostolos, sed Apostolorum discipulos a Presbytero illo auditos dicit Irenaeus, ideoque diversus v. Presbyter ipse videtur a seniore illo, quem Apostolorum discipulum vocat (Till. 49.)

Idem loco citato Capite 32. §. 1.

Hujusmodi quoque de duobus Testamentis senior Apostolorum discipulus disputabat, ab uno quidem, et eodem Deo utraque ostendens: nec esse alterum Deum preter unum qui fecit, et plasmavit nos, nec firmitatem habere sermonem eorum, qui dicunt, aut per Angelos, aut per quamlibet virtutem, aut ab alio Deo factum esse hunc mundum, qui est secundum nos.

Ex laudatis ab Irenaeo viris, si duo sint, alterum Polycarpum, alterum Pothinum esse suspicatur Tillemont.+ (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Saint Iren. Evesq. de Lion, Doct. de l' Eglise, et Martyr. art. 7. not.) Apostolici cujus-

244.

[illegible] loco citat. Libro V. [illegible]

[illegible]

Καὶ ὡς [illegible] διὰ τῆς [illegible] σταυρώσεως τῶν χειρῶν, τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα Θεὸν συνάγων (ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ)

Atque [illegible] [illegible] divinam manuum extensionem [illegible] (Εἰρηναῖος) populos in unum Deum congregans (Verbum Dei)

dam presbyteri, Irenaeum meminisse notat, sed nomen ejus quod ignorasse videtur, non indicat.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 8.

Καὶ ἀπομνημονευμάτων δὲ Ἀποστολικοῦ τινὸς πρεσβυτέρου, οὗ τοὔνομα σιωπῇ παρέδωκε, μνημονεύει, ἐξηγήσεις τε αὐτοῦ θείων γραφῶν παρατίθεται.

Sed et Apostolici cujusdam presbyteri, cujus nomen silet, dicta commemorat (Irenaeus) et ejusdem expositiones divinarum Scripturarum adponit.

Pro pag. ~~214.~~ 224. [2.]

In loco ejusdem ex eodem opere Libro III. Capite 17. §. 4.

Pag. 243. Veritatem. In Dei lacte gypsum male miscetur) Ita cum cum Claromontano Codice legere mavult Massuet, quam cum caeteris: = veritatem Dei. ~~In~~ Lacte gypsum male miscetur. =

In loco ejusdem ex eodem opere Libro IV. Capite 32. §. 1.

Ibid. Praeter unum) Plures editiones habent: = praeter eum: = Editio autem Fer Feu-ardent: = praeter unum eum. =

Ibid. Per quamlibet virtutem) = Per quamlibet aliam = habent Codices Arundelianus, et Mercerianus secundus.

Pro pag. 241. [3.]

In loco S. Justini ex Responsione ad Quaestionem 115. ad Orthodoxos.

Pag. 200. Ἐπ' αὐτῶν τεθανατωμένου) Grabe legendum putat: ἐπ' αὐτῷ: sed ὑπ' αὐτοῦ, idest, Χριστοῦ, recte mavult Massuet. Τεθραμμένου pro: τεθανατωμένου reponebat Robertus Stephanus, eamque vocem ad vocem marginem duorum Codicum, quibus utebatur, adpositam reperit Maurinus editor operum Justini.

II, 1.
pag. 1—48.

Fragmenta Patrum graecorum saeculi secundi
veterum auctorum et de illis testimonia.
Pars II. 1. Justinus — Tatianus.

I. Justinus.

De Justino Sanctissimo Martyre, inter philosophos Christiano, inter Christianos philosopho, tam multi, tamque diffuse, ac solerter disseruerunt, ut de eo hic curiosius inquirere supervacaneum videatur. Veterum igitur de illo testimonia, ejusdemque fragmenta proferens, ea tantum adnotabo, quę ad ipsorum illustrationem necessaria censebo. Praeponam, ut soleo, Chronographorum testimonia, quorum ἀρχηγὸς praecedat,

Eusebius in Chronico Anno Domini 142. Olympiade 229.

Justinus philosophus librum pro nostra Religione conscriptum Antonino tradidit.

Deinde subjungit

Idem loco citato Anno Domini 152.
Olympiade 230.

Crescens Cynicus agnoscitur, qui Justino nostri dogmatis philosopho, quia se gulosum, et prevaricatorem philosophiae coarguebat, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.

De Justino haec habet

S. Tiro Prosper in Chronico.

Hoc tempore Justinus philosophus librum pro nostra Religione conscriptum Antonino Imperatori tradidit.

De Crescente autem Cynico haec ait

Idem loco citato.

Crescens Cynicus in nostri dogmatis philosophum Justinum, a quo ob nimiam gulam praevaricator philosophiae arguebatur, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.

Justinum commemorat etiam

Paulus Orosius Historiarum Libro VII. Capite 14.

Verum Justinus Philosophus librum pro Christiana Religione compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit.

Ita editio Sigeberti Havercamp. Verum duo tres Leydenses Codices, et Codex item Perizonianus, atque alter a Gronovio collatus habent: = de Christiana Religione. = Editiones autem omnes, quę laudatam illam Havercampianam praecesserunt, excepta Augustana, post verba: = erga Christianos = addunt: = homines. = Atque Orosii locum ita lectum, ad verbum descripsit Ado

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 141.

Justinus philosophus librum de religione Christiana compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit.

His nonnulla adjicit

Beda de sex aetatibus mundi anno mundi 4112.

Justinus philosophus librum pro Christiana Religione compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit. Qui non longe post suscitante persecutionem Crescente Cynico, pro Christo sanguinem fudit, sub Pio Romae Episcopo.

Grato, et Seleuco Consulibus, idest, anno Christi 141. Apologiam suam Antonino Justinum obtulisse ait

M. Aurelius Cassiodorus in Suo Chronico. (Ronc. 2.202.)

His Coss. Justinus philosophus librum pro Christiana Religione scriptum tradidit Antonino.

Justini martyrium ad annum Christi 165. referre videtur (Grabe 147.)

Chronicon Paschale 236. Olympiade.

Ἰουστῖνος φιλόσοφος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς Μάρκῳ Αὐρηλίῳ, καὶ Ἀντωνίνῳ Βήρῳ τοῖς αὐτοκράτορσι, θείῳ κατακοσμεῖται, οὐ μετ' οὐ πολὺ, στεφάνῳ τῷ τοῦ μαρτυρίου, Κρίσκεντος αὐτὸν ὑποβάλλοντος.

Justinus Christianus philosophus, cum secundum pro dogmatis nostris librum, Marco Aurelio, et Antonino Vero Imperatoribus tradidisset, haud multo post, a Crescente delatus, divina Martyrii corona exornatur.

Justini meminit

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5630. Christi 130.

Ἰουστῖνος, φιλόσοφος προσηγορεύθη, ὃς ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ἐπέδωκεν.

Justinus, philosophus dictus est, qui pro recta Religione nostra librum Apologiae Antonino porrexit.

Paulo post ait

Idem loco citato.

Κρήσκης Κυνικὸς φιλόσοφος, Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς θείῳ φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θανατὸν, ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ λιχνότητα Κυνικήν.

Crescens Cynicus philosophus ob cynicam gulositatem ab Justino reprehensus, divino illi inter nostros philosopho, per martyrium mortem comparavit.

Justini martyrium breviter memorat etiam

Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Chronographia Compendiaria

Ἐπὶ τούτου (Μάρκου Αὐρηλίου) Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος ἐμαρτύρησεν.

Sub hoc (Marco Aurelio) Justinus philosophus martyrium passus est.

De Hadriani imperio agens Justinum nominat

Joannes Zonaras Annalium Libro XI. Capite 24.

Καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, ὃς μετέπειτα καὶ μάρτυς ἐγένετο, τότε πρὸς θεοσέβειαν ἐξ Ἑλληνικῶν σπουδασμάτων μετέθετο. Ὅς ἱστορεῖ, Ἑρεννιὸν Γρανιανὸν τῆς Ἀσίας ἀνθυπατεύοντα ἐπιστεῖλαι Ἀδριανῷ μὴ δίκαιον εἶναι ἐπ' ἐγκλήματι μηδενὶ κολάζεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τὸν θεσπίσαι, μηδένα εἰ μὴ ἐγκλήματι ἐκ κατηγορίας ἁλῶ, κτείνεσθαι.

Et Justinus philosophus, qui et martyr postea fuit, tunc a Graecis disciplinis ad Dei cultum transivit. Hic narrat, Herennium Granianum, Asiae Proconsulem, ad Hadrianum scripsisse, non juste ob nullum ob crimen puniri Christianos. Hadrianum autem respondisse decrevisse, ut neminem nisi ex flagitii alicujus accusatione damnatus, occideretur.

Deinde Justini martyrium commemorat

Idem loco citato Libro XII. Capite 3.

Καὶ ὁ μέγας ἐπὶ λόγοις, καὶ μείζων ἐν ὁμολογίᾳ, Ἰουστῖνος ἐνήθλησεν, οὗ πολλὰ μέχρι τοῦ δὲ συγγράμματα σῴζονται.

Et doctrina magnus, confessione major, Justinus certamen obiit, cujus plura etiamnum scripta servantur.

Nec praetereundus

Hermannus Contractus in Chronico, aetate sexta, anno Christi 140.

Antoninus cognomento Pius per Apologeticum Justini Christiani philosophi, et postea martyris, edoctus, clemens efficitur nostris.

Mox addit

Idem loco citato anno Christi 143.

Justinus philosophus pro Christianis Apologeticon Antonino scripsit.

Paucis interjectis Justini mortem celebrat commendat

Idem loco citato anno Christi 156.

Crescens Cynicus philosophus, Justino nostro persecutionem commovit, in qua ille gloriose sanguinem fudit.

Orosii locum, supra relatum exscriptum exhibet illud, quod post Stewartum, in Thesauro Monumentorum Ecclesiasticorum, et Historicorum edidit Basnage,

Chronicon incerti auctoris anno Christi 141.

Justinus Philosophus librum de Christiana religione compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit.

Denuo Justinus memoratur

Ibidem anno Christi 149.

Justinus Philosophus claruit

Tandem ejus martyrii ejus mentio fit

Ibidem anno Christi 166.

Sub hoc Imperatore (M. Antonino Vero) martyrio coronati sunt apud Sebasten Armeniae Blasius Episcopus; Justinus philosophus; in Syria Victor, et Corona.

Quod Justini patriam adtinet, ex Flavia Neapoli Syriae oriundum se dicit ille in inscriptione Apologiae ad Antoninum Pium. De qua urbe egregie disserit Ezechiel Spanheim, (Spanheim. ~~Diss. 9.~~ de praestant. et usu numism. Diss. 9.) nummi cujusdam epigraphem illustrans, ita se habentem: ΦΛΑΥΙΟΥΙ ΝΕΑΠΟΛΙΣ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΙ. (Grabe 134.) Samaritanum idcirco ~~recte~~ Justinum recte vocat

S. Epiphanius Adversus haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Οὗτος γὰρ ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ὢν τὸ γένος, εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς, καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας, τελείου στεφάνου καταξιοῦται, ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων, ἐπὶ Ῥουστικοῦ ἡγέμονος, καὶ Ἀδριανοῦ Βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν κατεστάσῃ ἡλικίᾳ.

Hic enim Justinus, Samaritanus genere, cum in ~~in~~ Christum credidisset, ac magnopere exercitatus, piam vitam ~~vir~~ professus esset, pro Christo tandem martyrio perfunctus, perfecta corona dignus factus est Romae sub Rustico praefecto, et Hadriano imperatore, annos natus triginta in firma aetate.

Ubi erravit Epiphanius, sub Hadriano Imperatore Justinum passum dicens, cum illum sub M. Aurelio Antonino vitam consummasse communior doctorum sententia sit; certo autem constet, eum post Hadriani mortem plures vitae annos egisse.+ De Crescente Cynico, qui persecutionem Justino suscitavit, et martyrii auctor illi fuit notanda sunt, quae habet

+ Interpretationem quam proponit Joannes Baptista Sallicciolli in praefatione ad Justini opera Italice a se reddita, ut Epiphanii locum explicet, haud mihi valde adridet. Nec magis placet ejusdem docti viri sententia, qua Justinum ~~Caesareae~~ ~~civem~~ Palestinae oriundum facit. Sane, ut caetera omittam, talem fuisse Justini patriam non ignorasset Eusebius, qui Caesareae Episcopus fuit. Attamen satis constat eum hac de re nonnisi eam, quam laudata inscriptio primae Justini apologiae, illi suppeditabat, notitiam habuisse.

Tatianus in Oratione Contra Graecos Capite 19.

Θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν (Κρήσκης,) οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι· διότι ~~κηρύττων~~ ῥύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους, καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν.

Qui autem mortem contemnebat, (Crescens,) ita ejusdem timore tenebatur, ut Justinum, non secus ac ~~mihi~~ me ipsum, morte, quasi malo aliquo, adficere, machinationibus conatus sit; eo quod Justinus veritatem praedicans, gulosos, fraudulentosque philosophos coarguisset.

Idem narrat etiam Eusebius.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 16.

Κατὰ τούτους δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι, θείῳ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ, φιλοσόφου Κρίσκεντος (τὸν φερώνυμον δὲ οὗτος τῇ Κυνικῇ προσηγορίᾳ βίον τε, καὶ τρόπον ἐζήλου) τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ καταρτύσαντος· ἐπείπερ πλεονάκις ἐν διαλόγοις, ἀκροατῶν παρόντων εὐθύνας αὐτὸν, τὰ νικητήρια τελευτῶν ὑπὲρ ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεδήσατο.

His temporibus et Justinus, cujus paulo supra mentionem fecimus, cum secundum pro nostris dogmatis librum, Imperatoribus supra memoratis obtulisset, divino exornatur martyrio, ob paratas a Crescente philosopho insidias, qui respondentes Cynicae adpellationi vitam exprimebat, ac mores. Hunc ille disceptans, cum pluries, multis audientibus, convicisset, tandem pro illa quam praedicaverat veritate, moriens, palmam per martyrium obtinuit. +

+ Pluribus interjectis subjungit Idem loco citato.

Καὶ τὸ μὲν κατὰ Ἰουστῖνον μαρτύριον τοιαύτην εἴληχε τὴν αἰτίαν.

Et hanc quidem caussam habuit Justini martyrium.

Similia habet Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 225.) cujus haec verba: διάπυρος δὲ ὢν (Ἰουστῖνος) τῆς εὐσεβείας ἐραστὴς, ἔσχε Κρίσκεντά τινα τῶν καλουμένων Κυνικῶν, ἀντιπολιτευόμενον αὐτῷ, καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῇ θρησκείᾳ. Ὑφ' οὗ καὶ συσκευασθεὶς, ἀξίως τῆς ὅλης τοῦ βίου προαιρέσεως, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν συνδιέθηκε. Μαρτυρίου γὰρ ταύτην ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, λαμπρῶς, καὶ χαίρων, τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἀνεδέξατο. Acta martyrii Justini, et sociorum, quae adhuc graece extant, et viris doctis vetustissima, ac genuina videntur, male ad Justinum ~~nostrum~~ alterum referenda censet Papebroch, qui ~~nostrum~~ martyrem nostrum, non potu, sed veneno necatum contendit. (Grabe up. 142.) Id sane repugnat Hieronymi, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. ~~Lib.~~ Cap. 23.) aliorumque testimonio, qui Justinum pro Christo sanguinem fudisse ajunt. Nec majorem fidem mereri videtur, qui Justinum ipsum callide in secreto vocatum a philosophis occisum dicit (Maurin. xcvij. B. P. Lat. 1. 279. a.)

Aponius Commentariorum in Cantica Canticorum Libro I.

Sicut de magno viro Justino philosopho historia refert factum; qui ex ~~sua~~ vanissima, ad veram philosophiam Christi dum convertitur, et conversus pro sancta religione contra Gentiles pugnat, et quosdam filios matris philosophos redarguit blasphemantes, callide in secreto vocatus, ab iis magistris interfectus est: contra quem utique filii matris, impiae religionis, cum antiquam doctrinam deseruisset, usque ad sanguinem pugnaverunt.

Justinum martyrii palma, et philosophica lauro insignitum, martyris, et philosophi laude, plures e veteribus distinguunt, ac praeter alios

Nicetas in Scholiis ad S. Gregorii Nazianzeni Orationem 43. in novam Dominicam.

Inter effectionem, et fabricationem discrimen constituunt, cum alii multi eruditi viri, tum sanctus, et philosophus et martyrii laude clarus Justinus. et celebris Justinus.

Cum iis, quę in Actis Justini, et Sociorum Actis habe narrantur perfecte consonant quę habet Menologium Basilianum die prima Junii. Quae autem ibi de Justini doctrina scriptisque leguntur, non hic praetereaunda duxi. Sunt igitur hujusmodi: Ἰουστῖνος ὁ τοῦ Χριστοῦ σοφώτατος μάρτυς, ἦν ἦν ἀπὸ Νεαπόλεως τῆς Συρίας, φιλόσοφος ἀνήρ, καὶ σύνεσιν ἔχων πολλήν. Ἀγαπῶν δὲ τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς αὐτὸν μισοῦντας ἀποστρεφόμενος, τῷ θείῳ ζήλῳ διεκαίετο καθ' ἡμέραν. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπελθὼν εἰς Ῥώμην ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀντωνίνου, καὶ γράψας τόμον κατὰ τῆς πλάνης μὲν τῶν εἰδώλων, ὑπὲρ δὲ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, ἐπιδέδωκε τῷ Βασιλεῖ. Καὶ θαυμάσας ὁ Βασιλεὺς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιστήμην, οὐ μόνον οὐκ ἐφόνευσεν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπήνεσεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς εἰδωλολάτρας διαλέξεσι, τὴν μὲν θρησκείαν τῶν εἰδώλων, ἀπατηλὴν ἀπέφηνεν, τὴν δὲ τῶν Χριστιανῶν ἐβεβαίου, καὶ ἐκράτυνε γραφικαῖς ἀποδείξεσι, ἐφθονήθη ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοσόφου· καὶ φθονηθεὶς ἐπεβουλεύετο, ἕως ἀνῃρέθη παρ' ἐκείνου. Martyrologium Romanum haec de Justino habet: = In qua etiam persecutione Romae passus est vir mirabilis Justinus philosophus, qui cum secundum librum pro Religionis nostrae defensione praefatis Imperatoribus porrexisset; eamque ibidem disputando strenue propugnasset, Crescentis Cynici, cujus vitam, et mores nefarios redarguerat, insidiis accusatus quod Christianus esset, remunerationem linguae fidelis, martyrii munus accepit. = Justini res, Hieronymi interpretem Sophronium fere ad verbum exscribens, breviter perstringit Suidas. Ut jam ad Justini scripta transeamus, quatuor ejus λόγους contra Gentes memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 18.

Πλεῖστα δὲ οὗτος + καταλέλοιπεν ἡμῖν πεπαιδευμένης διανοίας, καὶ etc. V. Euseb. edit Taurin. pag. 153.

+ (Ἰουστῖνος)

Plurima autem iste (Justinus) exculti ingenii sui, atque in res divinas intenti, nobis monumenta reliquit, omni utilitate referta. Ad quae studiosos remittemus, iis quę ad notitiam nostram pervenerunt, utiliter designatis. [noscantur] Est igitur oratio ejus, ad Antoninum cognomento Pium, ejusque filiis, et Romanorum Senatui nuncupata, ad nostrorum dogmatum defensionem. Alia itidem Oratio ejus secundam continens fidei nostri Apologiam, quam scripsit ad supra dicti imperatoris successorem, et illi nomine parem, Antoninum Verum, cujus nunc tempora percurrimus. Tum alio liber contra Graecos alius, in quo de plurimis inter nos, Graecosque philosophos exagitatis quęstionibus, diffuse disputatus, de Daemonum natura sententiam disserit: quę hic adscribere nil necesse est. Aliud praeterea ejusdem opus contra Graecos ad nos pervenit, quod Confutationem inscripsit.

Consonant Photius, et Hieronymus, quem sequitur

Petrus Abbas Cluniacensis in Prologo Librorum adversus nefandam sectam Saracenorum §. 14.

Ad hoc affirmandum redeat ad medium supra nominatus Justinus philosophus, et martyr. Hic pro deffendenda Christi Religione plurimum laboravit, in tantum ut Antonino quoque principi, et filiis ejus, et Senatui librum contra Gentes scriptum daret, ignominiamque crucis non erubesceret, et alium librum successoribus ejusdem Antonini, Marco Antonino Vero, et Lucio Aurelio Commodo. Est et ejus aliud volumen contra gentes, ubi etiam de daemonum natura disputat. Item est et quartum adversus gentes, cui titulum praenotavit: „ Elegeos. „ Est et dialogus contra Judaeos, quem habuit adversus Tryphonem principem Judęorum.

Et duos quidem priores λόγους nil aliud esse, quam duas, quas habemus pro Christianis Apologias, omnibus perspicuum est. Praeter istas, duo item habemus Justini scripta contra Gentes, bre alterum brevissimū, quod inscribitur: Λόγος πρὸς Ἕλληνας: prolixius alterum, cui titulus: Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας: atque hunc hoc, idem esse cum illo, quod Ἔλεγχον inscriptum dicit Eusebius, recte conjiciunt Grabe, (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. S. Justinus martyr. p. 149.) et Maurinus Justini editor. In breviore autem sermone contra Graecos, nec disputatio de natura daemonum reperitur, nec prolixa Gentilium opiniones data opera exagitantur confutantur, quod in tertio librorum, quos memorat, contra Graecos, ubere factum testatur Eusebius. Igitur Sermo ille brevis, qui adhuc superest, et Justino tribuendus omnino videtur, mutilus putari potest: haud enim valde multos probaturos censeo παράδοξον illud, ingeniose magis quā vere a Maurino editore excogitatum; nempe Sermonem quidem illum, utpote brevissimum, Eusebii diligentiam effugisse; tertium vero e scriptis Contra Graecos ab eodem laudatis, nil aliud esse, quam opus περὶ τοῦ παντὸς = de Universo =, quod alii Josepho, alii Hippolyto, alii Cajo; alii Irenaeo, alii etiam Justino tribuerunt, ut sup dixi cum de Irenaeo sermonem haberem. Equidem Hieronymo, et Photio facile persuadere potuit Eusebius = opus aliquod, ut ait Maurinus, a Justino scriptum esse contra Gentiles, in quo de natura daemonum disserebat. = Sed anne id Tatiano persuasit Eusebius? Ecce nunc quod scribit

Tatianus in Oratione contra Graecos Capite 18.

Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, ἐοικέναι τοὺς προειρημένους (δαίμονας) λῃσταῖς.

Et recte ille maxima dignus admiratione Justinus, supraedictos (Dęmones) latronibus similes esse pronunciavit.

Quae licet ex alio quopiam Justini scripto deprompta esse potuerint,

ex libro tamen contra Graecos, in quo ille de Daemonibus disserebat, petita fuisse, admodum verisimile est. (Fab. 53. Grabe 172. init.) Et fortasse ex libro ipso, potius quam ex illo contra Marcionem, desumpta sunt quæ habet

S. Irenaeus Contra haereses Libro V. Capite 26. §.

Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν. * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

Bene Justinus dixit, quoniam ante Domini adventum nunquam ausus est Satanas blasphemare Deum, quippe nondum sciens suam damnationem: quoniam et in Parabolis, et allegoriis a Prophetis de eo sic dictum est. Post autem adventum Domini ex sermonibus Christi, et Apostolorum ejus discens manifeste, quoniam ignis aeternus ei praeparatus est ex sua voluntate abscindenti a Deo, et omnibus, qui sine pa poenitentia perseverant in apostasia, per hujusmodi homines blasphemat eum Deum, qui judicium importat, quasi jam condemnatus, et peccatum sui ac apostasiae conditori suo imputat, et non suae voluntati, et sententiae.

Eadem Justinum adlegans refert

Theophylactus Archiepiscopus Bulgariae Commentariorum.

Neque ad alium librum referenda videntur, quæ sub Justini nomine adducit Hieronymus tantummodo, et Photius in errorem lapsi dicendi essent, verum etiam

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro II.

\+ [Ex Cod. Bodlej. Laud. A. 33.]

Πλάσας Ἰουστίνου φιλοσόφου,+ καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ κατὰ Ἑλλήνων.

Justini Philosophi, et Martyris, ex Sermone contra Graecos.

Πλάσας ὁ Θεὸς κατ' ἀρχὰς etc. v. Justin. edit. 1742 pag. 599. E.

Cum formasset Deus hominem a principio fecit ut quæ naturae erant a voluntate ejus penderent, uno mandato experimentum faciens: ac statuit enim ut si hoc servasset, immortalis finis compos foret, sin transgressus foret contrariam sortem experiretur. Ita factus homo, et continuo ad transgressionem respiciens, naturaliter corruptionem admisit. Cum autem corruptio ad naturam adcessisset, opus illi erat, qui salvare volebat, corrumpentem delere substantiam. Quod aliter fieri non poterat, nisi vita, quæ secundum naturam erat, cum eo congr conjungeretur, quod corruptionem admiserat, corruptionem delendo, et quod corruptum fuerat in posterum immortale servando. Ideo necesse fuit ut Verbum esset in corpore, ad liberandos nos a morte naturalis corruptionis. Si enim, ut dicitis, mortem nutrium avertisset, propter voluntatem quidem mors non adcessisset, sed iterum nihilominus corruptibiles essemus, naturalem in nobis ipsis corruptionem circumferentes.

Damasc. A. 9. ἐντολὴν μίαν, et διὰ πεῖραν, et πεποίησεν.

v. Grabe 172. not.

Quae sane in nullo ex Justini scriptis contra Gentes hodie legitur leguntur, sed tamen ex libro contra Gentes petita dicit Leontius. Primam hujus loci partem adfert etiam Damascenus. (S. Joannes Damascenus, L. in Sacr. Parall. Litt. A. Tit. 9.) Codex praeterea Regius Parisiensis antiquissimus, Constantinopoli adlatus, continens Parallela, quibus valde usus videtur Damascenus ipse, aliud exhibet ex oratione, ut ibi legitur, contra Graecos, exhibet

Fragmentum S. Justino adscriptum ex Sermone contra Graecos.

[Ex Cod. Reg. Parisien. pag. 923.]

\+ Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, πρὸς Ἕλληνας.

v. Damasc. 518. Nil. 33. fin.

Sancti Justini philosophi, et martyris, ex sermone contra Graecos.

Ἡ τοῦ διδασκάλου ἀπειρία ἀπολλύει τοὺς μαθητευομένους, καὶ ἡ τῶν μαθητευομένων ἀμελεία κίνδυνον φέρει τῷ διδασκάλῳ, καὶ μάλιστα ὅταν παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεπιστημοσύνην ῥᾴθυμοι εἶεν ἐκεῖνοι.

Magistri imperitia discipulos perdit, discipulorum negligentia periculum infert magistro, presertim cum ipsius ne inscitia socordes illi fiunt.

Hic locus apud Damascenum (Idem l. c. Litt. E. Tit. 14.) sub Nili nomine legitur, subjectus tamen alteri eidem quibusdam Justini loco verbis, quod fortasse librariorum errori occasionem prebuit: + Utrum vero in Damasceni Codice vel in Regio, quem memoravi, error sit, nescio. Nil hujusmodi animadvertit Maurinus editor, ‡ Librum fortasse contra Graecos, de quo agitur, et qui nunc titulum habet: Λόγος πρὸς Ἕλληνας, innuit

\+ Et sane locus enim revera ipse apud Nilum occurrit in Tractatu de monastica exercitatione, Capite vigesimo septimo, circa medium.

‡ qui locum illum tanquam ineditum protulit.

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitæ De Coelesti Hierarchia Caput XV. §. 8.

Καὶ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ, Ἰουστίνου ἐπέγραψε φιλοσόφου.

Et divinus Justinus Sermonem contra Graecos, Justini Philosophi inscripsit.

Quae fere ad verbum repetit

Idem in Scholiis ad S. Dionysii de Divinis Nominibus ad Titulum.

Ὡς καὶ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας λόγῳ, Ἰουστίνου φιλοσόφου.

Quemadmodum et divinus Justinus Sermonem contra Graecos, Justini Philosophi inscripsit.

Prolixiorem Sermonem contra Graecos, qui Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας inscribitur, citat Stephanus Gobarus apud Photium. Ex Sermone ipso locum adfert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera E. Titulo 48.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας παραινετικοῦ. Ἀδύνατον τὰ ὄντως μεγάλα καὶ θεῖα τοὺς μὴ πρότερον παρὰ τῶν εἰδότων μεμαθηκότας, ἢ αὐτοὺς εἰδέναι, ἢ ἑτέρους δύνασθαι διδάσκειν ὀρθῶς.

Damasc. 516. οὕτως Justin. 15. b. c. οὕτως. ita et ib. 10. c.

Sancti Justini philosophi et martyris, ex sermone cohortatorio ad Graecos. Impossibile est ut res vere magnas et divinas, qui non antea ab his, qui noverant acceperant, aut ipsi noscant, aut alios recte docere valeant.

Hunc locum ipsum alibi etiam adducit Damascenus.* Sermonem ex quo ille petitus est, in Maurini Monachi editione consequitur Liber περὶ Μοναρχίας, quem memorat

* (Idem, l. c.)

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 18.

Παρὰ τούτους ἄλλο περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων.

Praeter hos alius est liber de monarchia Dei, quam non solum ex sacris apud nos Scripturis, verum etiam ex Graecorum libris adserit.

In libro, qui nunc habetur, unitatis Dei demonstratio ex Scripturis Sacris petita non legitur, ideoque ille mutilus ad nos pervenisse videtur: satis enim clare loquitur Eusebius, ut tenebras in die quaerere cum Maurino Monacho non oporteat, qui Eusebii ipsius verba: οὐ μόνον idem valere contendit, ac: = non modo non. = + Caeterum Justini ejus Librum de Monarchia memorat Nicephorus Gregoras, (Nicephorus Gregoras, Hist. Byz. Lib. 22. t. 2a. 550. a.) cujus verba,+ non inutile tamen erat hic adponere: φέρε τούς τε ἄλλους μιμησόμεθα. καὶ ἡμεῖς θείους πατέρας, ὡς εἴρηται, καὶ δὴ καὶ Ἰουστῖνον τὸν θεῖον, καὶ σοφώτατον ἄνδρα, καὶ μέγαν τῆς εὐσεβείας μάρτυρα, καὶ ἀθλητήν. Εἶναι γὰρ τῶν ἐκείνου βιβλίων, καὶ λόγων καὶ τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, ἐν ᾧ πλείστας παράγει τὰς μαρτυρίας ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, ποιητῶν τε, καὶ ῥητόρων, οἷς ὁμολογεῖν εἶναι συνηνέχθη μὴ δύο, μηδὲ πολλούς, ἀλλ' ἕνα Θεόν· εἰκὸς γὰρ ᾠήθη τοῖς πλείστοις ἀξιοπιστοτέρους εἶναι τὰς τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας.* Duae habentur Justini pro Christianis Apologiae, altera Antonino Pio Imperatori, altera Romano Senatui nuncupata. Harum prima, olim in Justini editionibus male secunda dicebatur. (Fab. 53.) Eam cum laude memorat

\+ Attamen Joannes Baptista Gallicciolli, quem supra laudavi, haud male notat, ea, quae scribit Eusebius, referri posse ad initium libri de Monarchia, in quo pluribus Sacrae Scripturae versus, licet nullum ex ea librum adleget, usurpat Justinus.

\+ quamvis etsi recentior ille sit, quam ut testimonium ejus adferre ad institutum meum pertineat;

* Ubi ait Nicephorus philosophorum, poetarum, ac rhetorum testimoniis Justinum usum esse. In libro tamen, qui nunc extant sola poetarum testimonia leguntur; Philosophus aut Rhetor nullus adlegatur, exceptis Pythagora, ex cujus nonnulli adferuntur versus, et Platone, cujus quaedam ex Timaeo verba laudantur.

S. Hieronymus in Epistola 84. ad Magnum.

Quem (Aristidem) imitatus postea Justinus, et ipse philosophus, Antonino Pio, et filiis ejus, Senatuique librum contra gentiles tradidit, defendens ignominiam Crucis, et resurrectionem Christi tota praedicans libertate.

Ejusdem Apologiae inscriptionem adfert, haec ei verba praemittens,

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 11.

Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἰουστῖνος, καὶ πρὸς Ἕλληνας ἱκανώτατα πονήσας, καὶ ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν ἔχοντας Βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ ἐπικληθέντι εὐσεβεῖ, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ βουλῇ προσφωνεῖ· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐμφαίνει δὲ ἑαυτὸν ὅς τις, καὶ πόθεν ἦν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἐν τούτοις.

Hic ipse autem Justinus, qui et contra Graecos disertissima scripta elaboravit, alios quoque libros, Apologiam Fidei nostrae continentes, Antonino Imperatori cognomento Pio, et Senatorio Romanorum coetui nuncupavit: quippe qui et Romae commorabatur. Quisnam autem esset ipse, et unde oriundus, in Apologia declarat his verbis.

—

Locum ex Apologia ipsa profert

Idem loco citato Libro II. Capite 13.

Δηλοῖ δὲ τοῦτο μετ' οὐ πολὺ τῶν Ἀποστόλων ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διαπρέψας λόγῳ, Ἰουστῖνος, περὶ οὗ τὰ προσήκοντα κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Καὶ μοὶ λαβὼν ἀνάγνωθι τοῦδε τὴν γραφὴν ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνῖνον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος ἀπολογίᾳ γράφων ὧδέ φησιν.

Hoc testatur qui non valde post Apostolos inter religionis nostrae sectatores claruit, Justinus, de quo in suo loco quae decent adponam. Hujus autem igitur librum accipiens lege quod ille in prima ad Antoninum pro nostro dogmate apologia scribit in hunc modum.

Deinde subjungit

Idem loco citato.

Ταῦτα μὲν οὗτος.

Haec quidem iste.

Locum ipsum adducunt Syncellus, (p. 265.) et ex parte etiam

Joannes Zonaras Annalium Libro XI. Capite 11.

Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφός τε, καὶ μάρτυς, ἐν τῇ πρὸς Ἀντωνῖνον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος ἀπολογίᾳ, γράφων ταῦτα.

Id autem testatur Justinus philosophus, et martyr, in apologia pro dogmate nostro ad Antoninum, ita scribens.

Locum, quem dixi, ab Eusebio adlatum, apud Justinum immediate consequitur ille, quem ipse refert (Justin. 59.)

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 26.

Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἐκ τῶν Εἰρηναίου διαγνῶναι ῥάδιον. Καὶ ὁ Ἰουστῖνος δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ Σί=

Haec quidem etiam ex Irenaei libris dignoscere fas est. Sed et Justinus similiter cum Simonis men=

μνήμονος μνημονεύσας, καὶ τὴν περὶ τούτου (Μενάνδρου) διήγησιν ἐπιφέρει λέγων.

tionem fecisset, de hoc quoque (Menandro) haec verba subjungit.

Rursus ex prima Justini Apologia quaedam exscribit

Idem loco citato Libro IV. Capite 8.

Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστῖνος γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστὴς, ἔτι τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀσκούμενος ἐνδιέτριβε λόγοις. Σημαίνει δὲ αὐτὸς τουτονὶ τὸν χρόνον ἐν τῇ πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίᾳ ὧδε

Justin. 61. D. γράφων· „οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγούμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου· ὃν καὶ ἅπαντες ὡς Θεὸν διὰ φόβον σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν, καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.„ Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῦ τότε κατὰ Ἰουδαίων πολέμου μνη-

62. C. μονεύων, ταῦτα παρατίθεται· „Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ, Βαρχωχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ βλασφημοῖεν ἐκέλευεν ἄγεσθαι„ Ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς φιλοσοφίας εἰς ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν μεταβολὴν αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀλόγως, μετὰ κρίσεως δ' αὐτῷ γεγόνει δηλῶν, ταῦτα γράφει.

Eodem tempore Justinus, vere philosophiae sincerus amator, adhuc in Gentilium doctrinis exercebatur, ac versabatur. Hoc autem tempus, in Apologia ad Antoninum ipse designat his verbis: „Neque incongruum esse existimamus, Antinooi, qui nuperrime vixit hic meminisse, quem omnes tanquam Deum colere, ob metum, certatim instituerunt, cum scirent quisnam ille esset, et unde oriundus.„ Ipse autem Justinus belli tunc adversus Judaeos gesti mentionem faciens haec ait: „Nam et in Judaico bello, quod nuper exarsit, Barchochebas, Judaeorum defectionis dux, solos acerbis suppliciis Christianos torqueri jussit, nisi Christum abnegassent, Christumque ac blasphemassent.„ In eodem libro suam a Gentili philosophia ad cultum veri Numinis conversionem, non temere, sed cum judicio a se factam declarat, haec scribens.

+ secunda, (96.) quem ex prima petitum negligenter dixit Eusebius, haec

Ablato alio Justini loco ex eadem apologia + subjungit

Idem loco citato.

Ἔτι δ' ὁ αὐτὸς δεξάμενος ἱστορεῖ, δεξάμενον τὸν Ἀδριανὸν παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου γράμματα ὑπὲρ Χριστιανῶν, περιέχοντα ὡς οὐ δίκαιον εἴη ἐπὶ μηδενὶ ἐγκλήματι, βοαῖς δήμου χαριζομένους ἀκρίτως κτείνειν αὐτούς· ἀντιγράψαι Μινουκίῳ

Idem auctor narrat, Hadrianum, cum a Serenio Graniano Proconsule clarissimo litteras pro Christianis accepisset, in quibus monebat ille haud equum esse nullum ob crimen sine judicio necare Christianos, populi clamoribus velificandi gratia; ad Minu-

Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, προστάττοντα μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος, καὶ εὐλόγου κατηγορίας· καὶ τῆς ἐπιστολῆς δὲ ἀντίγραφον παρατέθειται, τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν, ὡς εἶχε, διαφυλάξας. Προλέγει δ' αὐτῆς ταῦτα.

cium Fundanum Asiae proconsulem cum rescriberet, statuisse ut nemo sine crimine, et legitima accusatione occideretur. Sed et epistolae illius exemplum adscribit, Latinis, quibus constabat, vocibus servatis. Haec autem praefatur.

Postea haec subdit

Idem loco citato.

Καὶ ἔστι τάδε τούτοις ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ, αὐτὴν παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφήν.

Ac deinceps laudatus vir, ipsam adfert Latinam epistolam.

Ex laudata Apologia haec exscripsit

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera Δ. Titulo 19.

Τοσοῦτον δύνανται ἄρχοντες, πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λησταὶ ἐν ἐρημίᾳ

Tantum principes possunt, qui veritati opinionem praeponunt, quantum praedones in deserto.

Rursus ex Apologia ipsa quaedam laudat

Idem in Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera A. Titulo 61.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ (Ἰουστίνου)

Justin. 44. 6. πρὸς Ἀντώνιον αὐτοκράτορα. Τοὺς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς, καὶ φιλοσόφους, μόνον τἀληθὲς τιμᾶν, καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις παλαιῶν ἐπακολουθεῖν ἐὰν φαῦλαι ὦσιν. Οὐ γὰρ μὴ ἕπεσθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν, ἢ δογματίσασιν, ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύει, ἀλλὰ ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαληθῆ, κἂν ὁ θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια πράττειν τε καὶ λέγειν αἱρεῖσθαι δεῖ. Λανθάνει μὲν, ὡς εἰκὸς, αὐτοὺς, ὡς ἐκ πλάνης τῇ ἀληθείᾳ διὰ τῆς ὄντως πίστεως ἐξεστηκὼς, αὐτὸς δὲ ἀληθῶς οἶδεν ἑαυτὸν, οὐχ ὅ φασιν ἐκεῖνοι, μαινόμενον, ἀλλὰ τῆς ἀστάτου, καὶ ἀλλοιωτῆς περὶ τὴν παντοδαπῆ τῆς πλάνης ποι-

Ex ejusdem (Justini) libro ad Antoninum Imperatorem. Eos qui vere pii ac philosophi sunt, veritatem tantummodo colere ac diligere ratio suadet, vulgaresque opiniones sequi recusare, si pravae sint. Prudens quippe praecipit ratio, illos non sequi, qui mali aliquid agunt, aut docent. Immo opus est ut qui veritatem amat omnino vel prae sui ipsius anima, intentata licet morte, justa facere, ac dicere eligat. Nesciunt illi, ut videtur, quod is, qui per veram fidem ex errore ad veritatem accessit, recte se ipsum novit, non quod illi ajunt, furore raptum, sed ab instabili, mutabilique pro omnigena erroris varietate, corruptela,

κιλίαν φθορᾶς, διὰ τῆς ἁπλῆς, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης ἀληθείας, ἠλευθερωμένον.

per simplicem, ac semper eandem veritatem, liberatum.

Posterior hujus loci pars a verbis: Λανθάνει μὲν, usque ad finem, nusquam ibi in Justini scriptis, quae habemus occurrit: quemadmodum nec illa, quae refert

Idem loco citato. Littera (p. 754.)

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ ε. μέρους τῆς ἀπολογίας αὐτοῦ. Τὸ εὖ πράττειν ἡγοῦμαι, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἄλλο τι εἶναι, ἢ τὸ κατὰ ἀλήθειαν ζῆν. Τὸ δὲ εὖ ζῆν, καὶ κατὰ ἀλήθειαν, οὐκ ἄνευ τοῦ κατανοῆσαι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν.

Sancti Justini philosophi, et martyris, ex quinta parte apologiae suae. Recte agere, nil aliud esse arbitror, o viri, quam ex veritatis praescripto vivere. Recte autem, et juxta veritatis normam vitam agi non posse, nisi rerum natura cognoscatur.

Quid pro quinta Apologiae parte intelligat Damascenus, haud satis compertum est. Secundam quoque partem laudat (p. 767.)

Idem loco citato Littera Π. Titulo 28.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ β' μέρους τῆς ἀπολογίας αὐτοῦ. Ἡ κακία πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων, κ. τ. ε.

S. Justini philosophi, et martyris, ex secunda parte apologiae suae. Vitium actionum suarum e specimen, etc.

Ex prima item, ut ait, Justini apologia, nonnulla profert

Idem in Sacris Parallelis Littera K. Titulo 11.

Ὥσπερ πᾶσι τοῖς γενομένοις σώμασιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συνυπάρχει καὶ τὸ σκιὰν ἔχειν, οὕτως καὶ τῷ Θεῷ δικαίῳ ὄντι τοῖς τὰ καλὰ ἑλομένοις, καὶ τοῖς τὰ κακὰ προτιμήσασιν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεῖμαι.

Quemadmodum corporibus omnibus a Deo creatis, hoc inest, ut umbram habeant, ita et Deum, qui tum iis, qui bona elegerunt, tum iis, qui praetulerunt mala justus est, id consequitur ut pro merito unicuique retribuat.

Qui locus cum neque in prima Apologia, neque in alibi apud Justinum occurrat, doctissimo Grabe visus est referri recte posse ad lacunam illam, quae initio secundae Apologiae cernitur. Observavit autem ille, Damascenum facile potuisse Apologiam secundam, tanquam priorem adlegare, cum etiamnum in pluribus Justini editionibus primam illa locum obtineat. Attamen lacunam illam male a librariis interpositam contendit

Maurinus editor, atque aptissime cohaerere ait, ea quae lacunam praecedunt, cum iis, quae sequuntur. (p. 88. not. e.) Praeterea Ius initium apologiae secundum, in quo Justinus magno animi ardore rapitur, retardatum, et impeditum iri, inquit Maurinus editor, si eo inseratur fragmentum a Damasceno adlatum. Quidquid sit ad lacunam, quam dixi aliquatenus supplendam facere posse existimat Grabe, fragmentum quoque istud, quod refert

Idem loco citato Littera M. Titulo 4.

v. Justin. 597. a.

Δυσαναβίβαστος ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα, ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν· Δυσεκβίβαστός τε τούτων τε, ὧν συνειθίσθη κακῶν.

Animus ad bona quibus excidit egre revocatur, atque a malis, quibus adsuevit difficile retrahitur.

Huic loco, quem producit etiam Antonius Melissa, (Antonius Melissa Loc. Commun. Lib. 1. Serm. 19.) in Parallelis, que supra laudavi, Constantinopoli adlatis, e istud conjungitur Fragmentum

Fragmentum S. Justino adscriptum.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 923.]

v. ib. not. e. c. d.

Εἰ μὲν σαυτόν ποτε ἠθελήσας μέμψασθαι, τῷ φαρμάκῳ τῆς μετανοίας τάχα ἂν χρηστάς τινας ἐλπίδας ἐθρέψαμην ἐπί σοι. Ἐπειδὴ δὲ τελείως καταφρονήσας τοῦ φόβου, καὶ αὐτῆς κατεπτύσας τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, βέλτιόν σοι ὑπῆρχεν ἵνα μὴ ἐγεννήθης ἀπὸ γαστρός.

Quod si temetipsum aliquando adcusare voluisses, forsan poenitentiae remedio, bonas aliquas de spes de te concepissem. Sed quoniam timorem prorsus contempsisti, ac ipsam in Christum fidem despuisti, melius tibi esset si natus ex ventre non fuisses.

Hic locus apud Damascenum Nili nomen praesefert, atque Justini loco modo prolato immediate subjicitur. Ex secunda Justini apologia quedam adducit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae

Libro IV. Capite 16.

Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς (Ἰουστῖνος) ὁ ταῖς ἀληθείαις φιλοσοφώτατος, ἐν τῇ δεδηλωμένῃ ἀπολογίᾳ σαφῶς οὕτως, ὥσπερ οὖν καὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι, προλαβὼν ἀποσημαίνει τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι.

Id autem, ipse (Justinus) studiosissimus verae sapientiae sectator, in supra dicta Apologia, prout illi erat propediem eventurum, manifeste praedicit his verbis.

Sequitur locus, cujus partem exscribit etiam

Chronicon Paschale 236. Olympiade.

16. 16.

Ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ Ἰουστῖνος μετά τινα ἄλλα ὧν ἔγραψε, καὶ τοῦτο ἐνέθηκε. ... ...

Laudatus Justinus post quaedam ab eo scripta, haec ait.

Ablati ab Eusebio loci pars alia deinde legitur

Ibidem loco citato.

Καὶ μετὰ βραχέων. Et paulo post inquit.

Post Exscripto loco, quem dixi, haec subdit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 16.

Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἰουστῖνος. Hæc igitur Justinus.

Nonnullis interjectis prolixiorem locum ex secunda Apologia; quãe male vel ipse, vel librarii secundam primam dixerunt; adducit

Idem loco citato Capite 17.

Ὁ δ᾽ αὐτὸς ἀνὴρ, πρὸ τοῦ κατ᾽ αὐτὸν ἀγῶνος, ἑτέρων πρὸ αὐτοῦ
v. Grabe 174. μαρτυρησάντων ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ μνημονεύει ἀπολογίᾳ, χρησίμως τῇ ὑποθέσει καὶ ταῦτα ἱστορῶν. Γράφει δὲ ὧδε. ... ...

Vir ipse, ante marty certamen suum, aliorum, qui ante ipsum martyrium obierant, in prima Apologia meminit his verbis, quę cum ad argumentum faciant adscribemus.

Ablato loco subjungit

Idem loco citato.

Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως, καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων·
v. Chron. Pasch. 206. e. „Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ, ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι;„ καὶ τὰ λοιπά.

His Justinus apte, et consequenter, verba superius memorata subjungit dicens: „Ego etiam expecto ut ab aliquo eorum, quos dixi, petar insidiis„ et caetera

Dialogum cum Tryphone Judaeo, alterum ex Justini operibus genuinis, commemorat

Idem loco citato Capite 18.

Καὶ διάλογον δὲ πρὸς Ἰουδαίους συνέταξεν (Ἰουστῖνος,) ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται· ἐν ᾧ τίνα τρόπον ἡ θεία χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως παρώρμησε λόγον, δηλοῖ· ὁποίαν τε πρότερον περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα σπουδὴν εἰσενήνεκται, καὶ ὅσην ἐποιήσατο τῆς ἀληθείας ἐκθυμοτάτην ζήτησιν. Ἱστορεῖ δ᾽ ἐν ταυτῷ περὶ Ἰουδαίων, ὡς κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων, αὐτὰ ταῦτα πρὸς τὸν Τρύφωνα ἀποτεινόμενος.

Sed et dialogum composuit (Justinus) contra Judaeos, quem Ephesi habuit cum Tryphone, Judaeorum illius aevi celeberrimo. Ibi declarat quomodo eum divina gratia ad fidei doctrinam traxerit, et quanto prius studio, philosophicis disciplinis vacaverit, et quam accurate veritatem quaesiverit. In eodem scripto, Judaeos contra Christi doctrinam insidias molitos esse refert, adversus Tryphonem hunc in modum loquens. —

Deinceps addit. ...

Idem loco citato.

Γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι μέχρι καὶ αὐτοῦ, χαρίσματα προφητικὰ διέλαμπεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, σαφῶς τοῦ Ἀποστόλου αὐτὴν εἶναι λέγων. Καὶ ῥητῶν δέ τινων προφητικῶν μνημονεύει, διελέγχων τὸν Τρύφωνα, ὡς ἂν περικοψάντων αὐτὰ Ἰουδαίων ἀπὸ τῆς γραφῆς. Πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων.

Scribit etiam, suo adhuc tempore, prophetiae dona in Ecclesia effulsisse. Meminit et Joannis Apocalypseos, Apostoli eam esse aperte dicens. Sed et nonnulla prophetica dicta commemorat, Tryphonem reprehendens quod Judaei e Scriptura eadem expunxerit. Alia quoque plurima ex ejus elucubrationibus apud multos fratres adservantur.

Paucis interpositis, haec de Justini scriptis honoris causa subjungit

Idem loco citato.

Καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως εἰρήσθω, εἰς προτροπὴν τοῦ μετὰ σπουδῆς τοὺς φιλομαθεῖς καὶ τοὺς τούτου περιέπειν λόγους. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τόνδε τοιαῦτα ἦν.

Et haec quidem necessario a nobis dicta sint, ut inde qui discere student ad hujus quoque libros accurate evolvendos incitentur. Ac de illo hactenus.

Dialogus cum Tryphone, quem habemus, mutilus esse doctis viris est visus. Ac certe ibi Justinus plura tamquam a se jam antea dicta commemorat, quae in praecedentibus nusquam occurrunt: et praeterea, cum duos per dies continuata fuerit disputatio cum Tryphone, nulla tamen vel discedentium, vel redeuntium salutatio, nulla prioris disputationis conclusio, nullum posterioris exordium, nullum denique intermissionis indicium in Dialogo illo observare licet. Ad deperditam igitur, quam putabat, ejusdem Dialogi partem, haud injuria referri posse existimavit Grabe, quę sub Justini nomine profert Codex Baroccianus 143. et

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera A.

Titulo 19.

v. Grabe 175. lin. 14. 25. Οὔτε τὸ φῶς ἔσται σκότος

Nec lux unquam caligo erit,

ποτὲ ἕως ἂν ᾖ φῶς, οὔτε ἡ τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων ἀλήθεια διελεγχθήσεται. Ἀλήθεια γάρ ἐστι, καὶ ταύτης ἰσχυρότερον οὐδέν.

Πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

quamdiu lux fuerit; nec rerum nostrarum veritas falsi convincetur. Veritas enim est, et hac nihil fortius.

Quicumque veritatem dicere cum possit, eam sileat, a Deo judicabitur.

Damasc. 154. τὸ ἀληθές, ita et Justin. 179. e.

Quae postrema sententia, quam et alibi refert Damascenus, (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Rupefucald. Litt. A. Tit. 63.) cum in Dialogo cum Tryphone etiamnum occurrat, doctissimo Grabe suspicandi occasionem praebuit praecedentia quoque ex eodem dialogo desumpsisse Damascenum, ac posterioribus junxisse. Ad Dialogum ipsum pertinere etiam autumavit idem auctor, quae ex Justino petita leguntur in manuscripta

Catena in Psalmos ad Psalmum II. versiculum 3.

[Ex Cod. Barocc. 223.]

Οὐ περὶ ἐθνῶν ἀλλοφύλων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ συμφωνοῦντος τοῖς ἔθνεσιν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἱερεμίου. „ Πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν ἐμὲ, λέγει Κύριος ὁ Θεός σου, ὅτι ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας ζυγόν σου, καὶ διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς σου, καὶ εἶπας· οὐ δουλεύσω σοι, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλου, καὶ ἐκεῖ διαλυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μου. „

Non de alienigenis gentibus loquitur, sed de populo qui cum gentibus concorditer se gerit, juxta illud Hieremiae prophetae: „ Amarum tibi reliquisse me, dicit Dominus Deus tuus, quia a saeculo confregisti jugum tuum, et rupisti vincula tua, et dixisti: non serviam tibi, sed abibo ad omnem montem excelsum, et subter omne lignum, et ibi diffundar in fornicatione mea. „

Sed Maurinus editor non contemnendis argumentis demonstravit, nil, praeter tria, vel quatuor verba +, in deese in Dialogo cum Tryphone, ideoque Justini fragmenta, quae ex Damasceno, et manuscripta Catena in Psalmos modo recitavi, ad aliud potius quodpiam deperditum Justini monumentum pertinere videntur. Et haec quidem de Justini ipsius scriptis genuinis. Sed plures sub ejus nomine habentur libri, qui vel dubiae fidei, vel prorsus Justino abjudicanda eruditis existimantur. Horum alterum inscribitur: = Epistola ad Diognetum =; alterum: = Epistola ad Zenam, et Serenum =; quam sequitur + Ἔκθεσις τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, sive Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, ἤτοι περὶ ἁγίας, καὶ ὁμουσίου Τριάδος = Expositio Fidei de recta confessione, sive de sancta, et consubstantiali Trinitate. = Hanc excipiunt ἀποκρίσεις πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους περὶ τινῶν ἀναγκαίων ζητημάτων = Responsiones ad Orthodoxos de quibusdam necessariis quaestionibus =, sive Quaestiones, et responsiones ad orthodoxos; quas subsequuntur Quaestiones Christianae ad Graecos, et Graecae ad Christianos. Agmen nothorum Justini operum in Maurina editione claudit Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν = Quorumdam Aristotelis dogmatum Eversio. = Hic igitur, relictis libris caeteris, quorum nulla apud veteres mentio extat, agam tantummodo de Expositione fidei rectae confessionis, et de Quaestionibus, ac responsionibus ad Orthodoxos. Et Expositionem quidem fidei, quam dixi, Nestorianum dogma insinuare, recte observat Maurinus editor, (p. 418.) ‡ recte tamen addit, fuisse illam ante excitatos a Nestorianis tumultus in Ecclesia, licet contrarium autumasset doctissimi Le Quien, (Le Quien, ad S. Joan. Damasc. Contra Acephal. seu Jacobit.) ++ qui & Expositiones ejusdem auctorem, Eutychiana quoque haeresi recentiorem facit. Ex libro illo testimonia nonnulla profert saeculi sexti Scriptor, Leontius, cujus locum perpendens praestantissimus Grabe, suspicatus est, Leontium expositionem fidei, qualis nunc extat, non habuisse, sed longe prolixius, ac diversum opus; illud autem quod nunc habemus, ejusdem esse generis ac Consolatio Ciceronis super morte filiae suae, = compositum scilicet, ut Grabe verbis utar, recentiori manu ex fragmentis antiquioris operis, à Leontio et aliunde petitis, ac additis connexionum, ubi necesse erat, formulis, nec non praefatione, et clausula. = Adjicere potuisset ideo fortitan mangonem aliquem id opus concinnandum suscepisse, ut sub Justini nomine latitans, Nestorianum dogma securius venditaret, ac varia Justini fragmenta, a se impie explicata, huc illuc inseruisse, ut lectori fucum faceret (p. 418. lin. 20.) Grabe sententiam improbat, ut solet, Maurinus editor: nec tamen magni ponderis argumenta, ut eam evertat, adducit. Dixerat enim Grabe, quaedam citare Leontium ex libri, de quo agitur, Capite γ' = tertio =, quae + parvo intervallo distant ab iis, quae postea Leontius adfert ex Capite ιζ' = decimoseptimo. = Miratur Maurinus editor, = eruditum virum maluisse in opere suis numeris absoluto lacunas suspicari, quam erratum librarii, quod oculos ferit, investigare. Quis enim non videt, subjungit, in Codice Ms. Leontii pro κεφάλαιον γ, caput 3. legendum esse κεφάλαιον ιγ, caput 13. = Ast ego magis miror non solum in vetustis Bodlejanae Bibliothecae membranis, sed etiam in antiquiori ‡ Codice, quem vidit Damascenus, γ. 3. scriptum fuisse, non ιγ. 13. atque id Maurinum dissimulasse. Neque illud librarii erratum, = quod oculos ferit =, observavit Damascenus, licet Justini quoque Codicem evolverit, quaedam enim ‡ ad pro refert, quae apud Leontium non leguntur. (S. Joannes Damascenus, Contra Acephal. seu Jacobit. Cap. 54.) Argumenta alia, quae Grabe in mediū

‡ haud validis tamen rationibus:

++ opinionem refellitere nititur,

+ in Maurina editione

+ in editis Pseudo-Justini exemplaribus,

‡ antiquori

‡ ex Fidei Expositione

adduxerat, haud certe haud contemnenda, Maurinus editor penitus silet. Obser=
vaverat autem Grabe, in Pseudo-Justino = duas velut connexas
periodos junctim legi, quarum prior incipit: πάλιν ὡς ἓν μὲν ... ἓν μέ=
ρος, posterior, καὶ αὖθις ὥσπερ, etc. in Ms. autem Leontii haec velut
disjuncta legi, et duas voces καὶ αὖθις non ut partem posterioris perio=
di, sed ut formulam citandi positam esse, sicut nos dicere solemus: et
„ Et iterum „, subintelligentes eundem Auctorem ita pergere. = In
suspicione sua inde confirmari se subjunxerat Grabe, = quod posterior operis pars,
qua Oeconomia, id est, incarnatio filii Dei explicatur, (in priori enim
de S. Trinitate agitur) incipiat ... à primo Leontii fragmento, et
mox post ultimam ab eo citatam sententiam finiatur ... his, quae La=
tinè solùm dare placet, verbis: „ Caeterùm cum abunde satis pro viri=
li nostra professionem Fidei rectam exposuerimus, vale Ecclesiae filiis dicto,
et gratiis ei, qui rationem et orationem suppeditavit, actis, finem commen=
tationi imponentes, de caetero vitam in quiete agemus. „ Quanquam mox
de novo ordiatur Auctor, nisi forte alius adhuc mango haec addiderit. =
Quod spectat ad scriptorem illum, qui Fidei expositionem sub Justini
nomine ~~composuisse~~ ex variis ejus fragmentis composuisse conjicit Grabe,
hunc diversum fuisse ab Justino Siciliae, vel Cilicie episcopo, quem expositio=
nis ejusdem auctorem nonnulli existimarunt, satis probatum arbitror ex
eo, quod Maurinus observavit, Expositionem nempe illam Nestoriani do=
gmatis venenum continere. Opus, de quo agitur, tribus ad minimum li=
bris olim constitisse, duosque priores libros nunc temporis injuria deesse, au=
tumavit Grabe, negavit Maurinus. Sed Leontius, Testimonio primo,
ex Testimoniis, quae ex Justino produxit, operis indicationem premittens,
haec scripserat: εἰς τὸ τρίτον βιβλίον τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τρι=
άδος συντάγματος, κεφάλαιον γ΄. = Ex Libro tertio operis de Sancta Trini=
tate, Capite tertio. = Maurinus, ut sese a Leontii auctoritate paucis ex=
pediat, sensui vim infert, virgulam adponendam censet post βιβλίον,
ac locum ita reddendum: = Ex libro tertio S. Justini, pertractationis
de Trinitate Capite tertio =; quasi Justini libros certo quodam ordine
apud veteres digestos fuisse constaret, ac tertium in illis locum
Expositionem Fidei obtinuisse, quod nullo ex auctore probari, immo nec
conjici potest. Taceo quod in Codice Bibliothecae Palatinae, quem laudat
Sylburgius, Leontii (Sylburgius, ad S. Justin. Exposit. Fidei de recta Con=
fess. edit. Colon. p. 516. et in append. p. 31. col. 2. circa fin.) Leontii Hierosolymitani + ~~locus ita legitur~~
ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, κεφαλαίου ιζ΄.
= ex Libro tertio de Sancta Trinitate, Capite decimo septimo. = Haec sane
lectio, quam confirmat Damascenus, violentissimae Maurini editoris
interpretationi adytum praecluderet, ad quam confirmandam tuendam

+ a Byzantino fortasse diversi, iste legitur locus:

parum valet, quod in Bodlejano Codice, secundo Leontii Justini Te=
stimonio haec premittantur: τοῦ αὐτοῦ (Ἰουστίνου) εἰς τὸ ιζ΄. κεφά=
λαιον τοῦ αὐτοῦ συντάγματος = ejusdem Justini, ex Capite decimo
septimo ejusdem operis: = videtur enim Leontius brevitatis gratia, libri in=
dicationem repetere omisisse; quemadmodum et Nicephorus fecit, Constantino=
politanus Archiepiscopus, qui in Appendice ad Antirrheticos manuscriptos
contra Iconomachos, locum addit τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου,
καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ ιζ΄ κεφαλαίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος
συντάγματος = Sancti Justini philosophi, et martyris, ex operis de San=
cta Trinitate Capite decimo septimo =: ac deinde alium affert locum
τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ Τριά=
δος κεφ.* ιζ΄. Verum id, quod maxime Grabe sententiae favet, licet ab
eo non adnotatum, est ~~Lateranensis~~ Concilii Lateranensis, sub Martino I.
Pontifice habiti, haud valde Leontio recentioris, testimonium: in eo quip=
pe Justini loca referuntur, ἐκ τοῦ περὶ Τριάδος γ΄ βιβλίου κεφ. ιζ΄. = ex
tertio de Trinitate Libro, Capite decimo septimo: = quae ~~locum luce clar~~
quae verba luce clariora frustra Maurinus editor reddenda suspicatur:
= ex libro tertio, qui est de Trinitate, Capite decimo septimo. = Nec
Leontii Codice, sed ipso Justini exemplari, + Concilii illius Patres usos
esse patet, tum ex eo, quod nonnulla proferant ex opere, de quo sermo est,
a Leontio minime adlegata; ‡ Quales Libri illi fuerint, qui Expositionem
Fidei praecessisse videntur, meum non est dicere, ac nemo doctorum no=
vit. ~~Alterum eo~~ Illorum alterum contra Judaeos, alterum contra
Gentes scriptum fuisse, colligi forte potest, ex verbis, quae Ex hisce,
quae initio Expositionis Fidei occurrunt: Ἱκανῶς τὸν κατὰ Ἰουδαίων,
καὶ Ἑλλήνων ἐπελθόντες ἔλεγχον, ἀκολούθως αὖθις τὸν ὑγι=
ᾶ τῆς πίστεως [illegible] λόγον. = Cum satis Judaeorum, Grae=
corumque confutationem persequuti fuerimus, sequitur rursus, ut sanam
Fidei rationem exponamus. = Haud male conjicit Le Quien, (Le Qui=
en, ad S. Joannis Damasc. Contra Acephal. seu Jacobit. +) ad li=
bros illos deperditos pertinere fragmenta, quae apud Grabe, et in Mau=
rina editione praetermissa, sub Justini nomine exhibet

S. Maximus in diversis Sanctorum Deiferorumque
Patrum, ac nostrorum, de duabus Operationibus Domini, ac Dei,
Salvatorisque nostri Jesu Christi, definitionibus.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου, φι= λοσόφου, καὶ τέλος μάρ= τυρος, ἐκ τοῦ πρὸς Εὐ= φράσιον σοφιστὴν, περὶ	Sancti Justini, philosophi, ac demum martyris, ex libro de Providentia, et Fide, ad versus Euphrasium so=

+ Libro alio, in quo Sanctorum Doctorum ~~Patrum~~ testimonia continebantur,

‡ tum ex illis, quae initio Actionis quintae leguntur.

+ et Dissert. Damascen. IV. §. 2.)

προνοίας, καὶ πίστεως λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· „Ἄχραντος ὁ Λόγος

phistam, cujus initium: „Immaculatum Verbum.„

Εἰ σύνδρομον ἔχει Θεὸς τῇ φύσει τὴν θέλησιν, ὥσπερ καὶ τὴν ἐνέργειαν, (Ἀεὶ γὰρ φύσει θελητικὸς, καὶ ἐνεργητικὸς ὑπάρχει ὁ Θεὸς) οὐδὲν τῶν θελητικῶν τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυσικῆς ἔσται θελήσεως, καὶ ἐνεργείας· ἐπεὶ καὶ φύσεως ἔσται πάντως τῆς αὐτῆς. Κατ' ἐνέργειαν δὲ, καὶ φύσιν, οὐκ οἶδεν ὁ Θεὸς περιγραφήν.

Si concurrentem cum natura voluntatem, et operationem habet Deus, (semper enim Deus volendi, atque agendi facultate praeditus est) nulla ens nullum volendi potestate praeditum, ejusdem cum illo naturalis voluntatis erit, atque operationis; siquidem alioquin ejusdem prorsus naturae foret. Ad operationem autem, et naturam, circumscriptionem Deus non novit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Ejusdem ex eodem libro

Ἐνέργεια, πάσης οὐσίας ἐστὶν ἡ προσφυὴς αὐτῇ ποιότης. Ἐνέργεια φυσική τε, καὶ συστατική ἐστιν, ἡ ὁριστικὴ διαφορὰ τῆς τοῦ δηλουμένου πράγματος φύσεως· ἧς χωρὶς, † οὐδὲν παντελῶς ἔχει, τὴν τοῦ πῶς εἶναι διάγνωσιν.

† κατ'

Operatio, substantiae omnis est qualitas, quae illi inest. Operatio, naturalis, et constituens differentia est, naturam rei, quae significatur, [natura] definiens; extra quam, nullius prorsus rei esse, quomodo se habeat, cognosci potest.

Ἐνέργεια φυσική ἐστιν, ἡ οὐσιώδης, καὶ συστατικὴ πάσης οὐσίας ποιότης· ἧς τὸ ἐστερημένον, καὶ πάσης οὐσίας ἐστέρηται.

Naturalis operatio, substantiae omnis, essentialis, et constituens qualitas est; qua si quid caruerit, omni etiam caret essentia.

Ἐνέργεια φυσική ἐστι δύναμις οὐσιώδης, μὴ δὲ μίαν ἑτέρου πρὸς ἕτερον ἐπιδέχεσθαι συγχωροῦσα κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλοίωσιν.

Naturalis operatio, essentialis vis est, non sinens ut res [aliqua] ulla, demutationem aliquam quoad essentiam, ex alia in aliam † excipiat.

† rem, demutationem

Ἐνέργεια φυσική ἐστιν, ἡ ἀμιγῆ τὴν οὐσιώδη πάντων πρὸς ἅπαντα διάκρισιν σώζουσα δύναμις.

Naturalis operatio, vis est, essentialem rerum omnium, a rebus aliis quibusvis discretionem, incommixtam servans.

Sed jam recitanda quae sub Justini nomine refert

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro I.

+ [Ex Cod. Bodlej. Laud. A. 33.]

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τὸ τρίτον βιβλίον τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, συντάγματος, κεφάλαιον γ'.

Sancti Justini philosophi, et martyris, ex Libro tertio operis de Sancta Trinitate, Capite tertio.

Justin. 427. b. c.

Τότε δὴ τῶν οὐρανῶν οὐκ ἀποστὰς, πρὸς ἡμᾶς κατελήλυθεν· οὐ γὰρ ἦν σώματος κατάβασις, ἀλλ' ἀληθινῆς ἐνεργείας βούλησις. Μέση δὲ παρθένῳ ἐκ Δαυϊτικοῦ καταγομένη τοῦ γένους, διὰ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας, πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας χρείαν χρησάμενος· καὶ ταύτης τὴν νηδὺν εἰσδὺς, οἱονεὶ θεῖος σπόρος, πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τέλειον ἄνθρωπον, μέρος τι λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως, καὶ εἰς τὴν τοῦ ναοῦ διάπλασιν οὐσιώσας. Ἐνδὺς δὲ τοῦτον κατ' ἄκραν ἕνωσιν υἱὸς Θεοῦ, ἄμφω προελθὼν τὰς φύσεις. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ υἱὸς, καὶ Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος· οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσεν.

Damasc. I. 420.

Tunc vero, coelo non discedens, ad nos descendit: non enim corporis descensus erat, sed verae operationis voluntas. Virgine autem, quae ex Davidico semine, propter promissiones illi factas, genus ducebat, intermedia, ad oeconomiae opus utens, ejusque uterum, quasi divinum semen ingrediens, sibi ipsi templum condit perfectum hominem, quam aliquam ex virginis natura partem sumens, in substantiam formandi templi redactam. Illud autem summa indutus unione, filius Dei, utraque natura processit. Ex illo enim Filius, et Deus, et homo est. Sic oeconomiam suam nos inter implevit.

Posteriorem hujus loci partem, a verbis: Καὶ ταύτης τὴν νηδὺν, omissa tantum ultima periodo: ἐξ ἐκείνου γὰρ ὁ υἱὸς: adfert etiam Damascenus. Item, † quae a verbis: μέση δὲ παρθένῳ, usque ad οὐσιώσας apud Leontium leguntur. Aliud Justini testimonium laudat

† Macarius Chrysocephalus in manuscriptis orationibus in Lucam, sub Justini nomine profert,

Idem loco citato.

Τοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ ιζ'. κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ συντάγματος.

Ejusdem, ex Capite decimo septimo ejusdem operis.

427. d. B. P. Gr. I. 452. a.

Ὅταν οὖν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, καταλλήλως μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμενα· ἂν μέν τι μέγα, καὶ θεῖον, τῇ θείᾳ φύσει προσνέμων· ἂν δὲ δέ τι μικρὸν, καὶ ἀνθρώπινον, τῇ ἀνθρωπείᾳ λογιζόμενος. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ

Cum igitur de contrarias de uno filio voces audieris, convenienter quae dicuntur naturis distribue: si quid magnum ac divinum audieris, divinae tribuens naturae; si quid parvum, humanumque, naturae adscribens humanae. Sic enim et

…τῶν φωνῶν ἀσύμφωνον διαφεύξῃ, ἑκάστης ἃ πέφυκεν δεχομένης φύσεως καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἕνα, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ πρόσφατον κατὰ τὰς θείας γραφὰς ὁμολογήσεις.

vocum dissonantiam effugies, unaquaque natura, id, quod sibi congruit, excipiente; et unum filium, tum ante omnia saecula, tum recens editum, secundum divinas scripturas confiteberis.

Hunc locum ipsum adfert etiam

Theorianus in Dialogo adversus Armenios.

Αὐτίκα γοῦν ἔξεστιν ἀκοῦσαι καὶ τοῦ μεγάλου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος Ἰουστίνου, περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντος ἐν τῷ περὶ Τριάδος συντάγματι κατὰ τὸ ιζʹ κεφάλαιον, οὕτως.

Mox igitur licet audiamus magnum quoque philosophum, et martyrem Justinum, de iisdem disserentem in ~~1~~ operis de Trinitate Capite decimo septimo, hunc in modum

Deinde post exscripta Justini verba subjungit

Idem loco citato.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Ἰουστῖνος.

Et haec quidem divinus Justinus.

Alia ex ~~expositione fidei~~ expositione verba ~~ipse~~ recitat

S. Joannes Damascenus Contra Acephalos, seu Jacobitas Capite 54.

Ἰουστῖνος τοίνυν ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυρος οὕτω φησὶν ἐν τῇ ἐκθέσει τῇ περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας: „Τινὲς μὲν τὴν ἕνωσιν ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα νοήσαντες, οὕτως ἐκδεδώκασι· καὶ ἁρμόδιον γὰρ τὸ παράδειγμα· εἰ καὶ μὴ κατὰ πάντα, κατά τι γοῦν. Ὡς γὰρ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις δύο."

Ideo Justinus philosophus, et martyr, in Expositione de recta confessione sic loquitur: „Nonnulli unionem illam velut animae cum corpore intelligentes, ita explicuerunt. Et aptum sane est exemplum illud, si non omni ex parte, ex aliqua saltem. Quemadmodum enim ~~unus~~ homo, unus quidem est, duas vero naturas habet, etc."

Quae postrema verba, et alia, quae in Pseudo-Justino sequuntur, exscribunt etiam, tum Damascenus postea, tum

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro I.

[Ex Cod. Bodlej. Laud. A. 33.]

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου.

Ejusdem ex eodem capite.

424. a / 6. Damasc. 420. / Lab. 6. 301. a.

Ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχει δὲ φύσεις διαφόρους δύο καὶ κατ' ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ· ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ λογισάμενος, εἰ τύχοι, τοῦ πλοίου τὴν σύμπηξιν, χερσὶ δὲ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει· οὕτως ὁ Υἱὸς εἷς ~~ἐστ~~ ὢν καὶ δύο φύσεις, κατ' ἄλλην μὲν τὰς θεοσημείας εἰργάσατο· κατ' ἄλλην δὲ τὰ ταπεινὰ παρεδέξατο.

Quemadmodum homo, unus quidem est, duas vero diversas naturas habet, et per alteram ratiocinatur, per alteram autem quod ratiocinio concepit, exequitur; et navis compagem, si sors ~~ita ferat~~, intelligenti animo excogitat, manibus vero quod excogitaverat perficit: ita Filius, cum unus sit, ac duas naturas habeat, secundum alteram quidem divina edidit signa, secundum alteram vero humilia suscepit.

Hunc ipsum et aliud, qui sequitur, locum adducit

Concilium Lateranense habitum sub Martino I. Papa Actione V.

~~Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐκ~~ Τοῦ αὐτοῦ (Ἰουστίνου) ἐκ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου (τοῦ περὶ Τριάδος γʹ βιβλίου, ιζʹ)

Ejusdem (Justini) ex eodem capite (tertii de Trinitate libri, decimo septimo.)

Justin. 422. a

Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐκ θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος ἀπετελέσθη Χριστὸς, ἄλλος ὢν παρὰ δύο τὰ δύο, ἀλλὰ καὶ Θεὸς ἄνθρωπος ἑκάτερα τυγχάνει, Θεὸς μὲν νοούμενος τῇ τῶν τεραστίων ἐνεργείᾳ, ἄνθρωπος δὲ δεικνύμενος τῇ τῆς φύσεως ὁμοιοπαθείᾳ.

+ utrumque est,

Christus autem non ex divinitate, et humanitate factus est Christus alius existens praeter duo, sed + Deus, et homo; si ac Deus quidem per mirabilium operationem intelligitur, hominem autem similes nostris, naturales perpessiones ostendunt.

Non multo ab hoc loco in Pseudo-Justini exemplaribus distat ille, quem adfert

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro I.

[Ex Cod. Bodlej. Laud. A. 33.]

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Et post alia.

Ὥσπερ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ πρωτογόνου φωτὸς πρὸς τὸ ἡλιακὸν σῶμα, οὐκ ἄν τις αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων διέλοι· οὐδὲ τὸν μὲν ἥλιον ἰδιαζόντως καλέσειε, οὐδὲ πάλιν φῶς διῃρημένως· ἀλλ' εἷς ὁ ἥλιος, καὶ ἓν τὸ φῶς λέγεται· οὕτως ἐπὶ τοῦ

Quemadmodum enim post unionem primigeniae lucis cum corpore solari haud quisquam ~~a~~ ea a se invicem ~~secernat~~ secreverit, nec solem seorsim, lucemve separatim vocaverit; sed unum solem, unamque dixerit lucem; ita de vera luce, ac sanctissimo cor-

ἀληθινοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ παναγίου σώματος, οὐκ ἂν ἄν τις εἴποι μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν μὲν κεχωρισμένως υἱὸν, οἷον τὸν θεῖον Λόγον· τὸ δὲ οἷον τὸ ἀνθρώπινον τυχὸν οὐχ υἱὸν, ἀλλ᾽ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν ἑκάτερα νοήσει, ὡς ἓν φῶς, καὶ ἕνα ἥλιον, τό τε δεχθὲν φῶς, καὶ τὸ δεξάμενον σῶμα. Πάλιν, ὡς ἓν μὲν φῶς, καὶ εἷς ἥλιος, φύσεις δὲ δύο, ἡ μὲν φωτὸς, ἡ δὲ σώματος ἡλιακοῦ· οὕτω κἀνταῦθα εἷς μὲν υἱὸς ὁ Κύριος, καὶ Χριστὸς, καὶ μονογενὴς· φύσεις δὲ δύο, ἡ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἡ δὲ ἡμετέρα.

pore, nemo post h unionem se hunc quidem separatim dixerit filium, tamquam Divinum Verbum; alterum vero utpote humanum, filium non adpellaverit; sed ~~quisquis~~ unum, et eumdem utrumque quisquis intelliget, quemadmodum unam lucẽ, et unum solem, lucemque susceptam, et corpus, quod illam suscepit. Rursus, quemadmodum una quidem ~~et~~ est lux, et unus sol, naturę vero duo, altera lucis, altera corporis solaris; ita et hic, unus ~~est~~ fu quidem et filius Dominus, et Christus, et Unigenitus; naturae vero duae, altera, quę supra nos est, altera nostra.

Hũc, hoc et quae in praecedenter antea laudaverat Leontius Justini testimonia, partim mutila, partim aliter exarata, refert ~~etiam~~ Byzantino hocce Leontio fortasse antiquior, (Tas. 7. 452. Justin. edit. Colon. p. 516.)

Leontius Hierosolymitanus in Dubitationibus adversus eos, qui dicunt unam esse in D. N. J. C. naturam compositam.

[Ex Cod. Palatino.]

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, κεφαλαίου ιζ´

Sancti Justini philosophi, et martyris, ex Libro tertio de Sancta Trinitate, Capite decimo septimo.

Ὅταν οὖν ἀκούσῃς περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τὰς ἐναντίας φωνὰς, καταλλήλως μέριζε ταῖς φύσεσι τὰ λεγόμενα.

Cum igitur contrarias unius Filii voces audieris, convenienter quae dicuntur naturis distribue.

Καὶ μετὰ βραχύ.

Et paulo post.

Ἑκάστης ἃ πέφυκε δεχομένης φύσεως.

Unaquaque natura, id, quod sibi congruit, excipiente.

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα.

Et paucis interjectis.

Ὥσπερ εἷς μέν ἐστιν ἄνθρωπος, ἔχει δὲ δύο φύσεις διαφόρους· καὶ κατ᾽ ἄλλο μὲν λογίζεται, κατ᾽ ἄλλο δὲ λογισθὲν ἐνεργεῖ

Quemadmodum homo, unus quidem est, duas vero diversas naturas habet; et per alteram ratiocinatur, per alteram autẽ quod ratiocinio concepit exequitur.

Εἶτα ἐπάγει.

Deinde subjungit

Οὕτως ὁ Υἱὸς εἷς ὢν, καὶ δύο φύσεις, κατ᾽ ἄλλην μὲν τὰς θεοσημίας ἐργάζεται, κατ᾽ ἄλλην δὲ τὰ ταπεινὰ παρεδέξατο.

Ita Filius, cum unus sit, ac duas naturas habeat, secundum alteram quidem divina operatur prodigia, secundum alteram vero humilia suscepit.

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα.

Et post alia.

Εἷς ἥλιος, φύσεις δὲ δύο, ἡ μὲν φωτὸς, ἡ δὲ σώματος ἡλιακοῦ· Οὕτως κἀνταῦθα εἷς μὲν υἱὸς, καὶ Κύριος, καὶ Χριστὸς, καὶ μονογενής· φύσεις δὲ δύο, ἡ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἡ δὲ ἡμετέρα.

Unus est sol, naturae vero duę, altera lucis, altera corporis solaris. Ita et hic, unus quidem est Filius, et Dominus, et Christus, et Unigenitus; naturae vero duae, altera, quae supra nos est, altera nostra.

~~Quae~~ postrema verba in Justini ~~edd~~ Pseudo-Justini exemplaribus se excipiunt sequitur locus, quem praeter Concilium Lateranense sub Martino I. Pontifice habitum, profert

Concilium Constantinopolitanum III. Generale VI. Actione X.

Ἔτι ἀνεγνώσθη χρῆσις ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου, χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐξ ἧς ἐποιήσατο ἐκθέσεως πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας· ἧς ἡ ἀρχὴ „Ἱκανῶς τὸν κατὰ Ἰουδαίων ~~καὶ~~ καθ᾽ Ἑλλήνων„ ἑ ἔχουσα οὕτως.

Item lectum est ex eodem codiculo, testimonium S. Justini philosophi, et martyris, ex ea, quam scripsit fidei expositione, cujus initium: „Cum satis Judaeorũ, Graecorumque confutationem:„ ita se habens.

Locum ipsum adducit

Leontius Contra Nestorianos, et Eutychianos Libro I.

[Ex Cod. Bodlej. Laud. A. 33.]

Καὶ αὖθις.

Et rursus.

Justin. 430. b. Col. 515. b. 3or. a. b. Ὥσπερ τοῦ φωτὸς, ᾗ φῶς ἐστιν, τὴν ἐνέργειαν οὐκ ἄν τις χωρίσειε τοῦ σώματος αὐτοῦ τοῦ δεκτικοῦ· τῷ λόγῳ δὲ διαιρῶν, γνωρίσειε τὴν φύσιν, ἧς ἐστιν ἰδία ἡ ἐνέργεια· οὕτως ἐπὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πᾶσαν μὲν ἐνέργειαν οὐκ ἄν τις χωρίσειε τῆς μιᾶς υἱότητος, τῆς δὲ φύσεως, ἧς ἐστι οἰκεῖον τὸ γινόμενον, τῷ λόγῳ γνωρίσειε.

Quemadmodum lucis operationem, quatenus lumex est, nemo separaverit a corpore ipso, quod lucem recepit; sed si eam ratione secernat, naturam agnoscet, cujus propria est operatio: sic in uno filio Dei, omnem operationem ab una filiatione nemo separaverit, naturam vero, cui peculiare est id, quod fit, ratione cognoscet.

Expositionis fidei locum alterum adfert

Euthymius Panopliae dogmaticę orthodoxae Fidei Parte II. Titulo 16. contra Monophysitas.

Ἰουστίνου φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου.

Justini philosophi, et martyris, ex Libro de fide.

431. c. Εἴπατε ἡμῖν οἱ τὸν Χριστιανισμὸν σχηματιζόμενοι, οἱ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ, τὰ τοιαῦτα καὶ ζητοῦντες, καὶ προϊσχόμενοι.

Dicite nobis, qui vos Christianae religionis studiosos simulatis, qui ad eversionem duarum in Christo naturarum, talia et quaeritis, et protenditis.

Ad Expositionem ipsam, ut notat Grabe, (202.) respexisse videtur

Michael Sycas. Annalium Parte I.

Τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο διακεχυμένον ὂν ἁπανταχοῦ, συνεστέλλετο κελεύσει τοῦ παραγαγόντος αὐτὸ Θεοῦ· συστελλομένου δὲ πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, ὁ καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ μέγας Βασίλειος.

Leg. συστελλόμενον. Grabe 202. ita Justin. et Sycas seq. …

Lux enim illa ubique diffusa, colligebatur jussu Dei, qui illam condiderat: collectum autem, nocti adytum dabat, ut ait Justinus philosophus, et martyr Christi, ac post illum magnus Basilius.

Rursus eundem librum innuit

Idem loco citato.

Πρὸ μέν τοι τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἤγουν πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι τοὺς δίσκους, καθά φησιν Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυς Χριστοῦ, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν πατέρων κατάλογος, ὅλον διόλου τῷ ἀέρι περικεχυμένον, οὔτε κίνησιν ὁ ὁμαλὴν διέτρεχεν, οὔτε τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα διώριζεν· ἀλλὰ συστελλόμενον πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί.

Ante diem quartam igitur, sive priusquam crearentur siderum orbes, quemadmodum ait Justinus philosophus, et martyr Christi, ac reliquorum Patrum coetus, lux universa, ~~passim~~ undique circumfusa per aera, nec motu ferebatur aequabili, nec diei metas definiebat; sed collectum, nocti adytum dedit.

Eadem fere verba leguntur in Expositionis Fidei Capite duodecimo juxta Maurini Monachi editionem. (429. e.) Ex Pseudo-Justini Quaestionibus ad Orthodoxos, hunc locum, qui ~~in~~ Responsionem constituit ad Quaestionem vigesimam, exscripsit

Macarius Chrysocephalus Oratione XI. in Matthaeū.

[Ex Cod. Barocc. 156. fol. 131. pag. 2.]

Justin. 448. a. v. Grabe 202. Ἐπειδὴ ἐχρῆν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἀγρευομένους ἀνθρώπους τῇ σαγήνῃ τῆς βασιλείας ἀποθανεῖν, ἀπὸ τῆς προτέρας αὐτῶν ἐν ἁμαρτίᾳ ζωῆς ἐλθόντας πρὸς τὸ φῶς τῆς θεογνωσίας, καὶ τὴν πνοὴν τοῦ παντοκράτορος, τὸ ζωοποιὸν, καὶ πανάγιον πνεῦμα· διὰ τοῦτο τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων παρείκασεν ὁ Κύριος τὴν ἄγραν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐξ ἁλιέων τε ἐξελέξατο, καὶ ἁλιέας ποιεῖν ἀνθρώπων ἐπηγγείλατο. Προσέθηκε δὲ καὶ τὸ ζωγρῶν κατὰ Λουκᾶν, τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ὑποδείγματος τῷ ἐπιδεικνυμένῳ προσθέμενος.

Quandoquidem homines, ab Apostolis, sagena Regni captos, mori oportebat, atque a prima ipsorum vita in peccatis acta, ad lumen divinę cognitionis, et spiraculum omnipotentis Dei, vivificum, sanctissimumque Spiritum abire: idcirco piscationi comparavit Dominus capturam hominum, et Apostolos tum inter piscatores elegit, tum piscatores hominum se facturum promisit. Addidit autem juxta Lucam, vocem ζωγρῶν, id, quod in similitudine deerat, rei, quę designabatur adjiciens.

Hic locus vel multi interpolatus est apud Macarium, ex cujus opere eum eruit Grabe; vel mutilus in Catena in Lucam a Cordier edita, (Catena

LXV. Graecorum Patrum in Luc. Cap. 5. vers. 10. num. 5.) et magis in Pseudo-Justini exemplaribus; quaedam enim habet Macarius, quae nec in exemplaribus istis, nec in laudata Catena leguntur, neque in alia, quam Codex Mazarinus continet, Catena in Lucam, ex qua locum illum latine redditum, ita exhibit Combefis in Bibliotheca Patrum Concionatoria, pro Dominica quarta post Pentecosten: = Quia ergo homines illos, quos Apostoli sagena Regni concludebant, priori vitę in peccatis actę mori oportebat, idcirco capturae piscium assimilavit Dominus capturam hominum, Apostolosque se hominum piscatores facturum promisit. Addidit autem „ad vitam", id supplens quod exemplo deerat, ut res illo notata rite exprimeretur. = Deperditorum Justini operum fragmenta, Maurinus ejusdem Monachus ejusdem Justini editor, idest D. D. Prudentius Marand, post Grabe collegit, ita tamen, ut novas eo hac de re curas adhuc desiderari permiserit. Dolendum sane quod praestantissimum, ut videtur, Justini opus contra haereses interciderit, sub Hadriano scriptum, ut notat ait

Cedrenus in Historiarum Compendio. (p. 197. e.)

Ἐπὶ τούτου (Ἀδριανοῦ) Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἠνδρίζετο.

Eo (Hadriano) imperante, Justinus philosophus contra omnes haereses viriliter pugnabat.

Ante Apologias; illud opus scriptum fuisse, ex eo constat, quod in earū prima, ejus mentionem faciat Justinus. Id notat etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticę Libro IV. Capite 11.

Τούτοις (Ἰουστῖνος) ἐπιφέρει

Hic (Justinus) haec subdit:

Justin. σο; α. αἱρέσεων συντεταγμένον.

λέγων· „ ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων, ὅ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν. „ . . . .

„ Est etiam Tractatus a nobis compositus contra omnes haereses, quæ unquam extiterunt. Hunc, si vobis placuerit, dabimus. „

In Praefatione ad libros de haereticis fabulis, loco, quem de Rhodone loque agens, adlaturus sum, Justino se usum dicit, ac deinde Justinum de Menandro loquens memorat

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 2.

Κατὰ τούτων συνέγραψεν Ἰουστῖνος, ὁ ἐν φιλοσόφῳ σχήματι τῆς ἀληθείας γεγενημένος συνήγορος, καὶ ~~τῶν~~ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀναδησάμενος στέφανον.

Adversus hos scripsit Justinus, qui ~~in~~ sub Philosophi habitu, veritatis defensor factus, martyrii corona redimitus est.

+ duobus in locis, quorum alterum

Justinum deinde laudat Theodoretus ~~&~~ loco + ~~quem~~ proferam de Modesto agens, ~~ac loco~~ quo alterum de Irenaeo cum loquerer jam exscripsi. Praeter opus contra omnes haereses, aliud peculiare scriptum contra Marcionem composuit Justinus, quod memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticæ Libro IV. Capite 11.

Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν Θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν, ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέσταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρὸς. Φησὶ δὲ οὕτως. . . .

His autem temporibus maxime floruit Justinus, sub philosophi habitu verbum Dei praedicans, fidemque scriptis propugnans. Qui cum et opus adversus Marcionem conscripserit, viri illius meminit, tamquam adhuc in vivis adhuc degentis cum scriberet. Sic autem loquitur.

Sequitur locus ex prima Justini Apologia, quem ad opus contra Marcionem perperam retulit Nicephorus, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 6.) cum male accepisset Eusebii verba. Scripti contra Marcionem meminit etiam

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 1.

Ὅτε καὶ ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυς ἤκμαζεν Ἰουστῖνος, τοῦ ὀρθοῦ λόγου ὑπεραγωνιζόμενος, ὃς καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐξέθετο σύγγραμμα, καὶ πρὸς τὸν εὐσεβῆ Ἀντωνῖνον ἀπολογίαν ὑπὲρ Χριστιανῶν συνεγράψατο.

Quo tempore etiam Justinus philosophus, ac martyr floruit, rectæ doctrinae defensor, qui et opus contra Marcionem composuit, et Apologiam pro Christianis scripsit ad Antoninum Pium.

Nonnulla ex eodem adversus Marcionem scripto laudat

S. Irenaeus Contra haereses Libro IV. Capite 6. §. 2.

Καὶ καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα συντάγματι φησὶν, ὅτι αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην ἄλλον Θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν δημιουργὸν, * *

* * * *

* * *

* * * *

* * *

* * * *

* * *

Et bene Justinus in libro, qui est ad Marcionem ait: Quoniam ipsi quoque Domino non credidissem, alterum Deum annuntianti, praeter fabricatorem, et factorem, et nutritorem nostrum. Sed quoniã ab uno Deo, qui et hunc mundum fecit, et nos plasmavit, et omnia continet, et administrat, Unigenitus filius venit ad nos, suum plasma in semetipsum recapitulans; firma est mea ad eum fides, et immobilis erga Patrem dilectio: utraque Deo nobis praebente.

Rursus Justinum adlegat

Idem loco citato Libro V. Capite 26. §. 2.

Καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν: * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

* * * *

Bene Justinus dixit: Quoniã ante Domini adventum numquam ausus est Satanas blasphemare Deum; quippe qui nondum sciens suam damnationem, quoniam et in parabolis, et allegoriis a Prophetis de eo sic dictum est. Post autem adventum Domini ex sermonibus Christi, et Apostolorum ejus discẽs manifeste, quoniam ignis aeternus praeparatus est ex sua voluntate abscedenti a Deo, et omnibus, qui sine poenitentia perseverant in apostasia; per hujusmodi hominem blasphemat eum Deum, qui judicium important, quasi jam condemnatus, et peccatum suae apostasiae conditori suo imputat, et non suae voluntati, et sententiae.

Ubi ~~hic~~ opus adversus Marcionem respicere Irenaeum, quod ~~jam~~ Hieronymo quoque visum est, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 23.) satis, arbitror, constant ex verbis illis: = Per hujusmodi hominem =, idest, Marcionem, ut Maurinus ~~rex~~ editor recte notavit. Semina his, quae de Diabolo ex Justino refert Irenaeus, adducit

Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus in Expositione in Epistolae I. Petri Caput V. versiculum 4.

Περὶ τῆς τοιαύτης δὲ ἀνενδότου ἐπιβουλῆς (διαβόλου) καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος μάρτυς, καὶ τῆς ἐπιμελοῦς αὐτοῦ πανουργίας τὴν αἰτίαν παρατιθέμενός φησιν, ὡς ὁ διάβολος πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐκ ᾔδει τρανῶς οὕτως τῆς ἑαυτοῦ τιμωρίας τὴν δύναμιν, τῶν θείων Προφητῶν αἰνιγματωδῶς αὐτὴν διαγορευσάντων, ὡς Ἡσαΐας, ὑπὸ προσώπῳ τοῦ Ἀσυρίου πᾶσαν τὴν κατὰ τὸν διάβολον δραματουργίαν ἐκτραγῳδῶν ἐπεκάλυψεν. Ἐν οἷς δὲ τοῦ Κυρίου παραγενομένου, τῷ διαβόλῳ σαφῶς ἀποκεῖσθαι, καὶ ἡτοιμάσθῆναι τὸ αἰώνιον πῦρ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ᾔσθητο, οὐ παύεται τοῖς πιστοῖς ἐπιβουλεύειν, πολλοὺς ἔχειν βουλόμενος κοινωνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀποστάσεως· ὡς ἂν μὴ μόνος αἰσχύνοιτο ἀνεχόμενος, ψυχρᾷ ταύτῃ, καὶ βασκάνῳ συγκροτούμενος παραμυθίᾳ.

v. Justin. 396. b. Petau Theol. t. 2. par. 1. 100. not.

De hisce irrequietis insidiis (Diaboli,) Sanctus martyr Justinus solertis ejusdem fraudis caussam exponens, ait, quod ante Domini adventum non adeo manifeste noverat diabolus supplicii sui vim, cum aenigmatice illud prophetae designassent, velut Isaias qui sub persona Assyrii totam diaboli Tragoediam quam repraesentabat occultavit. Sed cum advenisset Dominus, ut in perspicue intellexit Diabolus, aeternum sibi, angelisque suis ignem, decretum, paratumque fuisse, non cessat exinde fidelibus insidiari, multos defectionis suae socios habere cupiens, ne solus damnationis probrum sustineat, sibique de plaudens de frigido hoc, ~~invid~~ malignoque solatio.

Eadem prorsus habet Oecumenius, et

Joannes Patriarcha Antiochenus in Delectu Capitum collectorum ex variis libris.

[Ex Cod. Reg. Parisien. 873.]

Τὴν αἰτίαν τῆς καθ' ἡμῶν ἀνενδότου ἐπιβουλῆς τοῦ διαβόλου παρατιθέμενος (Ἰουστῖνος) φησὶν.

Cur insidias parare nobis Diabolus non desinat, caussam exponens (Justinus) ait.

Haec verba, et quae apud Joannem Antiochenum Patriarcham sequuntier ex Justino petita, vulgavit Maurinus, cum ~~nondum~~ Theophylacti expositio in epistolas Catholicas ~~nondu~~ lucem nondum adspexisset. Illam Justini de daemone sententiam commemorant etiam Oecumenius, ~~et~~ (Maunet Append. 198. col. 1.)

\+ eadem in Oecumenio legi nonosset, ac

Andreas Caesariensis Commentarii in Apocalypsim Capite 34.

Λέλεκται δὲ τῷ μακαρίῳ Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ, καὶ μάρτυρι, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ ἐν γεέννῃ ἀπόφασιν, βλάσφημον μάλιστα γεγονέναι τὸν διάβολον, καίπερ μὴ πρότερον οὕτως ἀναιδῶς τὸν Θεὸν βλασφημήσαντα.

for. εἰς γέενναν ἀπόβασιν

Ait autem Beatus Justinus philosophus, et martyr, diabolum post Christi adventum, et magnam sibi infensam in gehennam condemnationem, blasphemum maxime evasisse, licet antea non adeo audacter Deum blasphemasset.

Rursusque ait

Idem loco citato Capite 60.

Ὁ μέγας δὲ Ἰουστῖνός φησιν, ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ πρώτως γνῶναι τὸν διάβολον ὅτι καταδεδίκασται εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ~~γέενναν~~ γέενναν.

Magnus autem Justinus ait, in Christi adventu primum novisse diabolum, se in abyssum et gehennam ignis fuisse damnatum.

Cum opus contra Marcionem, e variis constitisse libris ex Hieronymo, et Photio colligi posse videatur, horum unum fuisse Justini librum de resurrectione ~~conjecit Grabe~~, quam et Marcion impugnavit, conjicit Grabe. Totam fere primam hujus libri partem, ut Grabe ipse putat, immo totum pene librum, ut Maurinus editor autumat, servavit Damascenus. Sed difficile credi posse puto, tam prolixa fragmenta, in quibus numquam Marcion nominatur, pertinere ~~contr~~ ad opus contra Marcionem compositum. Librum de resurrectione, genuinum esse Justini foetum existimavit Grabe, cum de resurrectione agens, Justinum ipsum adleget Scriptor, eo non valde junior,

S. Methodius de Resurrectione apud Photium in Bibliotheca Codice 224.

Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν Ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον, κληρονομεῖν δὲ τὸ ζῶν λέγει· καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

al. ζωὴν Grabe.

Justinus autem Neapolitanus, vir nec tempore, nec virtute ab Apostolis remotus, haereditari ait quod mortale est, quod vivit autem haereditare; et mori quidem carnem, regnum vero coelorum vivere.

Attamen Maurinus editor, qui haec a Methodio memorata Justini dicta, ad aliud ejus opus referenda censet; librum de Resurrectione minime a Justino scriptum contendit, quod nullam illius mentionem antiquiores faciant. Sed cum opus illud,+ ~~Ju~~ Justino indignum non sit, nec defuerit ex antiquioribus qui Justinum ipsum de resurrectione scribens laudaverit, ac praeterea cum plurima ejusdem monumenta suo tempore extitisse dicat Eusebius, quorum ille nonnisi pauca nominat, non video cur liber de resurrectione Justino sit abjudicandus.‡ Fragmenta hujus libri, quae dixi, ~~pri~~ Graece primum Grabe edidisse, male adfirmat Maurinus, ea enim jam antea Graece,‡ vulgaverat Halloix. (Grabe 167. Fab.) Fragmenta ipsa proferam cum ver=

\+ cujus maximam partem servavit Damascenus.

‡ Caeterum,

‡ et Latine

sione, quam praestantissimus Le Quien in sua Damasceni editione ad latus Graeci textus adposuit; non novam enim interpretationem adornare, inutilis, licet molestissimi laboris operam censui. En igitur quae ex Justino adducit

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera A. Titulo 73.

Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως. Ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος etc. V. Damascen. edit. Venet. an. 1748. vel Paris. an. 1712. tom. 2. pag. 756.

S. Justini philosophi et martyris, ex libro de resurrectione. Veritatis sermo liber est et sui juris: nec sub ullam cadere vult argumenti profanationem, etc.

Partem aliquam horum primi ex fragmentis istis, ab initio, usque ad verba: οὐδενὶ κρίνομεν ἑτέρῳ, πιστεύοντες αὐτῇ, antea quoque adtulerat Damascenus. (S. Joannes Damascenus in Sacr. Parall. Rupefucald. Litt. A. Tit. 61.) Justini λόγον de resurrectione laudat etiam Procopius Gazaeus in Commentario ad Geneseos Caput tertium. (Grabe 167. 194.) Utrum Justinus, peculiare in Hexaemeron opus conscripserit, incertum est, licet tale aliquid innuere videatur

S. Anastasius Sinaita Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro VII.

[Ex Cod. Collegii Novi Oxoniens. 139.]

Καὶ τὸ μὴ κεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, κατ' ἰσότητα τῶν ἄλλων ἡμερῶν τὸ, „ καὶ ἐγένετο + ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ", σύμβολον ἐστὶν ἐναργὲς etc. V. Justin. edit. 1742. p. 598. e.

Et quod non in septima die, aeque ac in caeteris, dictum sit: „et factum est vesper, et mane„, evidens signum est consummationis, quae priusquam dies illa finiretur, in ea facta est, ut dicunt Patres, ac praesertim sacer Clemens, et Irenaeus, et Justinus martyr, et philosophus, qui perquam sapientissime in sextum sextae diei numerum commentans, intelligentem hominis animam, et quinque ejus sentientes sensus, sextae diei sex opera esse ait. Unde cum multa etiam disseruisset de sexto numero; inquit omnia, quae a Deo condita sunt, sexcupliter dividi, idest, in res intelligentes, et immortales, quales sunt Angeli; in entia ratione praedita, mortalia, cujusmodi sunt homines; in res sentientes, ratione destitutas, cujusmodi sunt jumenta, et volatilia, piscesque; in res prodeuntes, moventes, sensus expertes, cujusmodi sunt venti, nubesque, et aquae, et sidera; in res quae augentur, et immobiles sunt, ut arbores; in res sensu carentes, et immobiles, cujusmodi sunt montes, et terra, aliaque similia. Omnes enim creaturae Dei in coelo, et in terra, sub unam harum divisionum cadunt, istisque circumscribuntur.

Ambrosii, et Justini Commentarios in Hexaemeron diserte laudat

Idem loco citato.

v. Damasc. 1. 174. not.

Ὅθεν καὶ ὁ κατὰ πάντα θεῖος Ἀμβρόσιος, καὶ Ἰουστῖνος ὁ θεόληπτος μάρτυς ἐν τοῖς εἰς [illegible]ξαήμερον αὐτῶν ὑπομνήμασι τὰ περὶ τοῦ παραδείσου etc. V. Grabe Spic. t. 2. p. 44.

Unde etiam per omnia divinus Ambrosius, et Justinus inspiratus a Deo Martyr, in suis in Hexaemeron commentariis, ea, quae Paradisum adtinent persequentes postquam dixerunt de sentientibus arboribus, aquisque, et fructibus, et paradiso a terra genito, in medium adduxerunt proposita divini Ezechielis verba de coelesti paradiso, iisque multo examine, et subtili contemplatione expositis, subjunxere dicentes, turpissimum esse, Deoque invisum dicere, aut omnino cogitare, beatam, atque adorandam Verbi Dei divinitatem, una cum justo latrone, fluxum, ac materialem ingredi paradisum. Et quaenam est digna merces venerandae illius, quae Deum decet confessionis, malorum punicorum, pyrorumque, uvarum, et ficuum esus, tanquam mercedem latroni dare? Quis autem rursus, inquiunt, mentem habens, quae Divina sapiat, dixerit in cucumeraria, ligone, ac securi vexata, Paulum dum coelum cursu volatu peteret, in volatu traductum esse? Et quae neque in secundo, neque in tertio coelo ineffabilia reperit verba, ea in terreno arvo aquis irrigato, mystica fuisse edoctum ab immaculato, et divino Christi ore.

Duo haec Anastasii loca primus Graece edidit Grabe. Priorem secundi loci partem vulgavit etiam Le Quien. (Le Quien, ad S. Joannis Damasc. de fide Orthodoxa Lib. 2. Cap. 11.) Justini Commentarium in Hexaemeron designare item videtur

Idem loco citato.

+ [Ex Cod. Colbert. 2253.]

Le Quien ἀρχαιότεροι.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαιότατοι τῶν ἐκκλησιῶν ἐξηγητῶν· λέγω δὴ Φίλων ὁ φιλόσοφος, καὶ τῶν ἀποστόλων ὁμόχρονος, καὶ Παπίας ὁ πολὺς ὁ Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ φοιτητὴς, ὁ Ἱεραπολίτης, Εἰρηναῖος τε ὁ Λουγδουνεὺς, καὶ ὁ Ἰουστῖνος ὁ μάρτυς, καὶ φιλόσοφος, Πανταίνετός τε ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Κλήμης ὁ στρωματεὺς, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς, πνευματικῶς τὰ περὶ παραδείσου ἐθεωρήθησαν, εἰς τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν ἀναφερόμενα. Ἐξ ὧν εἰσιν καὶ οἱ περὶ πάντα πάνσοφοι δύο Καππαδόκαι Γρηγόριοι. Ἅπαντες οὗτοι ἐξ αἰτιῶν τοιῶνδε φάσκοντες

Leg. Πάνταινός

Vetustissimi igitur ecclesiarum interpretes, Philo nimirum philosophus, Apostolisque coaevus, et celebris Papias Hierapolitanus, Joannis evangelistae discipulus, et Irenaeus Lugdunensis, et Justinus martyr, et philosophus, Pantaenusque Alexandrinus, et Clemens Stromateus, atque eorum adseclae, spiritualiter contemplati sunt, quae de Paradiso scripta leguntur, ad Ecclesiam Christi relata. E quibus sunt etiam duo per omnia doctissimi Gregorii Cappadoces. Ii omnes quibusdam de causis,

εἶναι καὶ πνευματικόν τινα παράδεισον.

aliquem etiam esse dicebant Paradisum spiritualem. +

+ Hunc locum Graece edidit Massuet, inter Testimonia veterum selecta de Irenaeo, ejusque scriptis, ⁊ omissis postremis verbis, quae primus vulgavit Le Quien.

Ad Justini, sive Pseudo-Justini Commentarium in Hexaemeron, respexit fortasse (Grabe 209.)

Michael Glycas Annalium Parte I.

Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυς Χριστοῦ, ὁ μέγας τε Βασίλειος φασὶν, ὅτι κοιλότητες ἐγένοντο τηνικαῦτα κατὰ θείαν κέλευσιν.

Justinus philosophus, et martyr Christi, magnusque Basilius dicunt divino jussu concavitates tum quasdam esse factas.

Alia deperdita Justini opera commemorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 18.

Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον, Ψάλτης· καὶ ἄλλο σχολικὸν περὶ ψυχῆς, ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας· αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτὸς αὑτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι.

Praeterea extat aliud quidem opus, cui titulus, Psaltes: aliusque item excerptorum liber de anima, in quo variis propositis interrogationibus, ad subjectę rei materiam pertinentibus, Graecorum philosophorū sententias exponit, quibus contradicturum se in alio opere, suamque ea de re opinionem declaraturum pollicetur.

Incertum prorsus est ad quodnam Justini opus pertineant, haec, si Justini sunt, haec, quę Maurinus Monachus edidit

Fragmenta S. Justino adscripta.

[Ex Cod. Reg. Parisiens. 128. p. 395. et Coislin. 5. et 6.]

Δι' ἀμφοῖν τοῖν ὀρνέοιν σημαίνεται ὁ Χριστὸς, καὶ τεθνεὼς ὡς ἄνθρωπος, καὶ ζῶν ὡς Θεός. Ὀρνιθίῳ δὲ etc. v. Justin. edit. 1742. p. 597.

Per duas aviculas significatur Christus, et mortuus ut homo, et vivens ut Deus. Aviculae autem adsimilatur, eo quod e supernis, et e coelo esse intelligatur, atque dicatur. Viva autem avicula, mortuae sanguine tincta, deinceps dimittebatur. In crucifixo enim, mortuoque templo, vivens, divinumque verbum erat, utpote passionis particeps, et impassibilis ut Deus.

Leg. ὥσπερ ἄνθρωπος.

Per id, quod in aqua viva fiebat, in qua lignum, et hyssopus, coccinumque lavabantur, cruenta designatur Christi per lignum passio, ad salutem eorum, qui spiritu, et aqua, et sanguine adsperguntur. Quare non de lepra potissimum erat purgationis materia, sed de remissione peccatorum, ut et lepra, peccati figura, et hostiae, figura illius, qui pro peccatis immolandus erat, intelligantur.

Propterea, consequenter coccinum in aqua simul tingi praecepit, carnem praenuntians, naturalibus nondum vitiis obnoxiam. Ideo et duas aviculas, alteram quidem, quae in aqua immolatur, alteram vero, quae lavatur in ea sanguine et aqua, atque dein emittitur, quemadmodum et de hircis dictum est.

[Ex Cod. Coislin. 6.]

Hircus emissarius, illius qui peccata hominum suscepit, figuram exhibebat. Duo autem, unam Dei hominis facti dispensationem continebant. Vulneratus est enim propter iniquitates nostras, et pro ipse peccata multorum tulit, et traditus est propter scelera nostra.

Horum fragmentorum primum, quod in Codice Coisliniano quinto Justino tribuitur, in Codice Regio Parisiensi 128. atque in Coisliniano sexto, sub Cyrilli nomine occurrit. Aliud e vetustissimo Codice vulgavit Maurinus editor

Fragmentum S. Justini.

[Ex Cod. Coislin. 276. fol. 33.]

Οὔτε στενοχωρία παρὰ τῷ Θεῷ, οὐ οὔτε ἀναρίθμητόν τι.

Nec angustia est apud Deū, nec quidquam numeris suis non absolutum.

Fragmentum aliud Justini exhibet

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera A. Titulo 12.

Οὐ τὸν Θεὸν βλάψομεν ἀγνοοῦντες αὐτὸν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀποστερήσομεν τῆς αὐτοῦ φιλίας.

Deum ignorantes, eum non laedemus, sed ipsi nos ejus amicitia privabimus.

Rursus incerti Justini operis fragmentum profert

Idem loco citato Titulo 24.

Πρὸς σκληρὰν, καὶ ἀπειθῆ καρδίαν λόγος ὑγιὴς οὐκ εἰσέρχεται, ἀλλ' ὥσπερ ἀντιτυπούμενος, εἰς ἑαυτὴν ἐπανέρχεται.

Durum, et contumacem animū sana doctrina non ingreditur, sed quasi reverberata ad seipsam revertitur.

Dimidia parte mutilum ex Rupefucaldino Codice vulgavit Grabe locū istum hunc, quem sub Justini nomine refert

Idem loco citato Littera Γ. Titulo I.

Ὡς δὲ σώματος ἀγαθὸν ὑγεία, οὕτως ψυχῆς ἀγαθὸν γνῶσις, ὑγεία τις οὖσα ψυχῆς, καθ' ἣν πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις γίνεται.

Quemadmodum corporis bonum est sanitas, ita bonum animae est cognitio, quae veluti quaedam animae valetudo est, per quam Divina similitudo comparatur.

Hunc locum ex Codice Vaticano integrum edidit Le Quien. Alterum Justini fragmentum servavit

Antonius Melissa Locorum Communium Libro I. Sermone 19.

Μεγίστου ὄντος ἀγαθοῦ, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι. Ὅστις δὲ πόλυν χρόνον ἀδικεῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον.

Cum bonum maximum sit non peccare, posterius bonum est justificari. Qui vere multo tempore improbiter agens, impunitus manet, hic infelicissimus existimandus est.

Aliud Justini dictum, quod in ejus operibus hodie non legitur, exhibet

Idem loco citato Libro II. Capite 6.

Ἀνάγκη, ἀπειρίᾳ, καὶ κακίᾳ ἡνιόχου τὰ ὑπεζευγμένα κατὰ κρημνῶν φέρεσθαι, ὥσπερ ἐμπειρίᾳ, καὶ ἀρετῇ διασώζεσθαι.

Necesse est, imperitia, et nequitia aurigae, subjugales in praecipitia ferri, non secus ac peritia, et virtute servari.

Huic subjiciendum aliud Justini dictum, quod laudat

Idem loco citato Capite 43.

Τέλος τῷ φιλοσοφοῦντι ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατόν.

Finis philosophanti est, Deo, quoad possibile est, similis fieri.

Praeterea hunc sub Justini nomine verba locum adfert refert.

Idem loco citato Libro I. Sermone 19.

Clem. et Damasc. ὥσπερ ἀμέλει τὸ κρατεῖν.

Τὸ ὑποπεσεῖν καὶ παραχωρῆσαι τοῖς πάθεσιν, ἐσχάτη δουλεία, ὥσπερ τὸ κρατεῖν τούτων, ἐλευθερία μόνη.

Succumbere, et locum dare passionibus, extrema servitus est; quemadmodum iis imperare, sola libertas.

Quem locum inter Justini fragmenta retulit Grabe, et qui eum sequutus est Maurinus editor; sed perperam. Ille enim non Justini est, sed Clementis Alexandrini, apud quem extat in secundo Stromatum, Capite vigesimo tertio, juxta editionem Potterianam. (p. 506. 16.) Sub Clementis nomine, refertur etiam a Damasceno. (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Litt. M. Tit. 4.) — Fragmentum Justini, a nemine hactenus observatum, hic adducam, quod exhibet (Sirmon. t. ult. 508. a. et ind.)

v. epist. 6.

S. Theodorus Studita Epistolarum Libro II. Epistola 199. ad Abolium, et Joannem Monachos.

Καὶ μάρτυς τοῦ λόγου, ὁ ἱερομάρτυς Ἰουστῖνος, ὧδέ που λέγων· „Οὐδὲν γὰρ διαμένει τῶν ὄντων, ὅπερ ἐστιν, ἑνὸς, καὶ μόνου τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς, ἐλλείποντος.“

Rei testis est sacer martyr Justinus, qui sic quodam in loco scribit: „Nullum ex entibus id, quod est permanet, si unum, vel solum ex iis quae illi naturaliter insunt, deficiat.“

Huc denique referam alium Justini locum, quem apud Grabe, et a Maurino editore omissum, laudat

Concilium Lateranense habitum sub Martino I. Papa Actione V.

Τοῦ αὐτοῦ (Ἰουστίνου) ἐκ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου (τοῦ περὶ Τριάδος γʹ βιβλίου ιζʹ.)

Ejusdem (Justini) ex eodem Capite (tertii de Trinitate Libri decimo septimo.)

Ἔστι γὰρ ἀληθῶς ὁ Κύριος, Θεός τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος, καὶ τὰ μὲν παράδοξα, κατὰ τὴν φύσιν ἐνεργεῖ τὴν κρείττονα, τὰ δὲ ταπεινὰ κατὰ τὴν ἐλάττονα φυσικῶς ὑπέμεινεν.

Vere enim Dominus, Deus est simul, et homo, et mirabilia quidem secundum subliniorem naturam operatus est, humilia vero secundum inferiorem naturaliter sustinuit.

Quae in graeca quidem versione deprompta dicuntur ex Libro tertio de Trinitate, idest, ex Expositione Fidei. In latino vero textu dicuntur petita „de sermone facto ad paganos.“ Sed neque in Expositione Fidei, neque in Orationibus Contra Graecos, (Le Quien. 1. 420) verba illa hodie leguntur. Extat tamen aliquid simile in Expositionis Fidei Capite decimo primo juxta editionem Maurini Monachi: (428. 6.) Ἡ δὲ ἐκ παρθένου μὲν γὰρ ἐκ πατρὸς, καὶ Θεὸς, ἐνεργεῖ τὰ θαυμάματα· ἡ δὲ ἐκ παρθένου, καὶ ἄνθρωπος, τὸν σταυρὸν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὰ παραπλήσια ὑπὲ ἐθέλων ὑπέμενε φυσικῶς = Quatenus enim ex Patre est, et Deus, prodigia operabatur, quatenus autem ex virgine, et homo, crucem, passionem, et similia volens naturaliter sustinebat. = Quae in eodem capite leguntur: ὁ υἱὸς εἷς ὤν, καὶ δύο φύσεις, κατ᾽ ἄλλην μὲν τὰς θεοσημείας εἰργάζετο, κατ᾽ ἄλλην δὲ τὰ ταπεινὰ παρεδέχετο = Filius cum unus sit, ac duas naturas habeat, secundum alteram quidem divina operabatur miracula, secundum alteram vero humilia suscipiebat =; jam paulo antea ex Justino adtulerat laudatum Concilium.

Lugdunenses, et Viennenses.

Saeviente in Gallia ~~sub~~ sub M. Aurelio Antonino Imperatore, et Eleuthero ~~Imperator~~ Pontifice contra Christianos persequutione, Lugdunensis, et Viennensis Ecclesiae, et earumdem Ecclesiarum Martyres varias conscripserunt Epistolas, quae temporum injuria interciderunt. De celebri illa Ecclesiarum illarum epistola, ad Asiae, Phrygiaeque Ecclesias missa, ut de Lugdunensium, et Viennensium martyrum passione certiores jierent, quam ab Irenaeo scriptam nonnullos conjicere, ~~supra~~ cum de Irenaeo ipso loquerer monui, haec ait

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 1.

Τὴν οὖν περὶ τῶν Μαρτύρων γραφὴν, αἱ τῇδε διαφανέστατοι Ἐκκλησίαι ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ Φρυγίαν διαπέμπονται τὰ παρ' αὐταῖς πραχθέντα τοῦτον ἀνιστοροῦσαι τὸν τρόπον. Παραθήσομαι δὲ τὰς αὐτῶν φωνὰς.

Commentarium igitur de Martyribus suis, nobilissimae horum locorum Ecclesiae, ad Ecclesias Asiae, Phrygiaeque transmiserunt; quae apud se gestae erant hunc in modum narrantes. Ipsas autem earum voces adscribam.

Deinde subjungit

Idem loco citato.

Εἶτα τούτοις ἑξῆς, ἕτερα προοιμιασάμενοι, τὴν τοῦ λόγου καταρχὴν ποιοῦνται ἐν τούτοις.

Post haec, deinceps alia praefati narrationem his verbis exordiuntur.

Post plurima dehinc adlata haec addit

Idem loco citato & Capite 2.

Ἄξιον τούτοις ἐκ τῆς ~~αὖ~~ αὐτῆς αὐτῆς ἐπισυνάψαι γραφῆς λέξεις ἑτέρας, δι' ὧν τὸ ἐπιεικὲς, καὶ φιλάνθρωπον τῶν δεδηλωμένων μαρτύρων ἀναγέγραπται τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν.

His alia ex eadem epistola verba subnectere, operae praetium fuerit, quibus comitas atque humanitas martyrum quos memoravimus, hoc modo describitur.

Pluribus interjectis haec rursus scribit

Idem loco citato Capite 3.

Ἡ δ' αὐτὴ τῶν προειρημένων μαρτύρων γραφὴ, καὶ ἄλλην τινὰ μνήμης ἀξίαν ἱστορίαν περιέχει, ἣν καὶ οὐδεὶς ~~ἂν~~ ἂν γένοιτο φθόνος, μὴ οὐχὶ τῶν ἐντευξομένων εἰς γνῶσιν προσθεῖναι. Ἔχει δὲ οὕτως.

~~Idem~~ Porro idem de memoratis martyribus commentarius, aliam quoque memoria dignam narrationem continet, quam nil vetat, quominus hic ad lectores erudiendos adponamus. Sic autem se habet.

Prolixissima hujus epistolae fragmenta, quam fere una integram servavit Eusebius, huc transferre minus utile duxi, cum in Martyrum acta ~~et~~ passim occurrant, et ipsius deperditae epistolae vices gerere videantur. Memorat autem Epistolam illam etiam

Passio Sancti Epipodii, et Alexandri.

De qua etiam Christi famuli, quos tunc illustrissimae urbes Vienna, et Lugdunum tenebant, ad Ecclesias Asiae, et Phrygiae scripta miserunt.

De Montano, Alcibiade, ac Theodoto loquens haec ait

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 3.

Αὖθις οἱ ~~καθ'~~ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοὶ, τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ περὶ τούτων εὐλαβῆ, καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττουσιν· ἐκθέμενοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τελειωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολὰς· ἃς ἐν δεσμοῖς ἔτι ὑπάρχοντες, τοῖς ἐπ' Ἀσίας, καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεχάραξαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες.

Rursus qui in Gallia erant fratres, proprium de his quoque judicium religiosum, atque orthodoxum imprimis subjunxerunt: interfectorum apud se martyrum varias proferentes epistolas, quas illi cum in vinculis adhuc essent, ad Asiae Pryghiaeque fratres conscripserant, nec non ad ~~Eut~~ Eleutherum Romanorum eo tempore episcopum, pro pace Ecclesiarum legatione fungentes.

Epistolae ad Eleutherum Pontificem a Lugdunensibus, et Viennensibus martyribus scriptae, quaedam praefatus, quae de Irenaeo loquens adduxi, fragmentum hoc refert

Idem loco ~~et~~ citato Capite 4.

„Χαίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα, +καὶ ἀεὶ, πάτερ Ἐλεύθερε. Ταῦτά τοι τὰ γράμματα προτρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι· καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ ~~μὲ~~ γὰρ ᾔδειμεν, etc. V. Euseb. edit. Taurin. p. 185.

„In Deo te valere in omnibus, ac perpetuo, pater Eleuthere precamur. Hasce ad te litteras ut perferret, fratrem, et collegam nostrum Irenaeum hortati sumus; eumque ut commendatum habeas rogamus, quippe qui aemulator est Testamenti Christi. Quod si nossemus, justitiam alicui locum conferre, eum tibi, tamquam Ecclesiae presbyterum, hunc enim gradum obtinet, +in primis commendassemus.„ Ceterum quid est opus martyrum catalogum, ~~in~~ quem supra dicta exhibet epistola, hic recensere? quorum alii capite ~~plexi~~ truncati, alii feris in escam objecti, interierunt, alii reclusi carcere abdormiverunt. Quid item opus est,

numerum confessorum referre, qui adhuc postea superfuerunt? Quicumque enim hæc scire voluerit, ea facile, et plenissime agnoscet, modo ipsam in manu sumat† epistolam, quam et etiam in nostra,† passionum martyrum collectione, de qua dixi, inseruimus.

†de qua dixi,

Maximus, de quo Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 47.) = Maximus sub iisdem principibus, famosam quaestionem insigni volumine ventilavit, unde malum, et quod materia a Deo facta sit: = a Rufino, et Honorio Augustodunensi, Maximinus dicitur. Et sane exeunte saeculo secundo quidam fuit Maximinus episcopus Antiochenus Patriarcha, quem Maximum vocat Syncellus. Sed Ecclesiasticum hujus nominis scriptorem, Antiochiae fuisse Patriarcham non tacuisset, cum ejus mentionem faceret

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 27.

Τὰ Μαξίμου περὶ τοῦ πολυθρυλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος, τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην.

Maximi scripta de vulgatissima illa apud haereticos quaestione, unde malum, et de eo quod materia facta sit.

Vix ullum est dubium quin ad maximi opus hoc loco ab Eusebio memoratum, luculentissimum illud fragmentum pertineat, hic ob prolixitatem cum veteri Francisci Viger versione producendum, quod exhibet

Idem Praeparationis Evangelicæ Libro VII. Capite 21. et 22.

Μαξίμῳ δὲ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἀσήμῳ ἀνδρί, καὶ λόγος οἰκεῖος συγγέγραπται ὁ περὶ τῆς ὕλης· ἐξ οὗ μοι δοκῶ μέτρια χρησίμως παραθήσεσθαι, ἐς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος ἔλεγχον.

Caeterum, quoniam Maximus professor Christianae religionis non obscurus, librum quoque singularem ac proprium de Materia scripsit, juvat ex eo nonnulla proferre, quae ad exquisitam propositæ quaestionis disceptationem conducant.

Ὅτι μὴ ἀγέννητος ἡ ὕλη, μηδὲ κακῶν αἰτία.

Materiam nec ortu carere, nec malorum causam esse.

v. Origen. 1. p. 843. b. lin. 12. et not. praecipue.

Ὅτι μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα οὐδέ σε ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς etc. v. Euseb. edit. Vigeri p. 337. et seqq.

Equidem, inquit ille, duo simul, quæ ortu careant, esse non posse, quin mecum intelligas, non dubito: licet hoc ponere insuper, etc.

Hunc Maximi locum, quem ad verbum exscripsit, quem paucis immutatis expressit Auctor Dialogi contra Marcionitas, sive de recta in Deum fide qui Origenis vel Adamantii dicitur. Locum illum Maximi esse notavit etiam auctor scholii, quod Basilio, et Gregorio Nazianzeno abjudicant viri docti; legitur autem in

Philocalia Capite 23. aliter. 24.

Ταῦτα ὑπὸ τοῦ Ζ. λόγου τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εὐαγγε=

Haec ex Eusebii Pamphili evangelicae praeparationis libro se=

λιχῆς παρασκευῆς παρεκβέβληται. Μαξίμου δέ εἰσιν, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς Εὐσέβιος; οὐκ ἀσήμου ἐν τοῖς χριστιανοῖς συγγραφέως.

ptore deprompta sunt. Maximi autem sunt ipsa, ut idem inquit Eusebius, non obscuri inter Christianos scriptoris.

Maximum Dialogi contra Marcionitas auctorem non esse, quod suspicari quispiam posset, patet tum ex eo quod Dialogi ejusdem scriptor supra adlatum Maximi fragmentum passim immutans, ad usum suum illud adcommodaverit, tum ex ~~ill~~ his Dialogi verbis: ἃ γὰρ ἐκεῖνοι (Βασιλεῖς) καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν, οὓς ~~σε~~ ἐκεῖνοι ἐμίσησαν ~~αὐτὸς~~ οὗτος ἠγάπησεν, οὓς ἐκεῖνοι ἐτίμων ναούς τε, καὶ εἴδωλα, αὐτὸς καθεῖλε = quae illi (Imperatores) destruxerunt, iste restituit, quae illi odiverunt, iste dilexit, quae illi templa, atque idola venerarunt, iste destruxit: = quibus auctor satis aperte innuit se Constantino imperante scripsisse, aut disputasse. *

F. Melito.

Melito Sardensis in Lydia Episcopus alter praeter Aristidem, Athenagoram,+ et Iustinum Fidei nostrae contra Gentiles propugnator, M. Aurelio Antonino Apologeticum pro Christianis obtulit, ut ait

+ Claudium Apollinarem,

Eusebius F. in Chronico anno Domini 172. Olympiade 237.

Antonino Imperatori Melito Asianus Sardensis Episcopus, Apologeticum pro Christianis tradidit.

Eadem habet Prosper in Chronico; et Beda in Libro de sex mundi aetatibus, nec non

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 163.

Antonino Imperatore, Melito Asianus Sardinensis episcopus, apologeticum pro Christianis tradidit.

Apologeticum ipsum memorat etiam

Georgius Syncellus in Chronographia anno ~~Ch~~ mundi 5653. Christi 153.

Μελίτων Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος τῆς Λυδίας (ἤκμαζε;) ὃς καὶ βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκε.

Melito Sardensis in Lydia episcopus (florebat,) qui librum Apologiae pro Christianis Antonino tradidit.

Ita et

Chronicon Paschale 236. Olympiade.

Ἀλλὰ καὶ Μελίτων Ἀσιανὸς Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος, βίβλον ἀπολογίας ἔδωκε τοῖς λελεγμένοις Βασιλεῦσι.

Sed et Melito Asianus, Sardensis episcopus librum apologiae memoratis Imperatoribus tradidit.

Apologiarum Melitonis, et Apollinaris his verbis mentionem facit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Ἐπὶ τῶνδε καὶ Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσι παροικίας ἐπίσκοπος, Ἀπολλινάριός τε τῆς ἐν Ἱεραπόλει διαπρεπῶς ἤκμαζον· οἳ καὶ τῷ δηλωθέντι κατὰ τοὺς χρόνους Ῥωμαίων Βασιλεῖ, λόγους ὑπὲρ τῆς πίστεως ἰδίως ἑκάτεροι ἀπολογίας προσεφώνησαν.

Iisdem temporibus Melito Sardensis Episcopus, et Apollinaris Episcopus Hierapoleos, conspicui floruerunt. Qui et memorato # Imperatori, qui eo tempore regnanti, pro Fide nostra apologias libros, singuli nuncuparunt.

Romanorū

Melitonis Apologiam, post adlatam M. Aurelii Antonini epistolam ad Com=

mune Asiae pro Christianis, laudat

Idem loco citato Capite 13.

Τούτοις οὕτω χωρήσασιν ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, κατ' αὐτὸ γνωριζόμενος τοῦ χρόνου, δῆλός ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐν ᾗ πεποίηται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος χρησιμωτάτη ἀπολογία.

Haec ita gesta esse, Melito Ecclesiae Sardensis episcopus, qui eadem claruit aetate, perspicue testatur in utilissima illa, quam ad Verum Imperatorem pro nostro dogmate scripsit apologia.

Nonnulla laudatae Apologiae fragmenta servavit

Idem loco citato Capite 26.

Ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα βιβλίῳ, τοιαῦτά τινα καθ' ἡμῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονέναι ἱστορεῖ (Μελίτων.) „τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον, etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 162.

In libro autem, quem ad Imperatorem scripsit, haec adversus Christianos, eo regnante, facta esse refert (Melito.) „Quod enim, inquit, numquam antehac factum fuerat, vexatur nunc religiosorum hominum genus, novis in Asia decretis exagitatum. Impudentes quippe calumniatores, alienae substantiae cupidi, ex edictis opportunitatem nacti, palam grassantur, diu, noctuque spoliantes homines, qui neminem laedunt.„ Et post alia subjungit: „Quod si haec tuo mandato fiant, recte facta sunto. Justus enim princeps aliquid unquam injustum velle nequit: nosque libenter praemium mortis hujusce feremus. Unum istud a te petimus, ut ipse prius examinatis ejusmodi pertinaciae hominibus, aeque judices utrum morte suppliciogue adficiendi, an salute, ac tranquillitate donandi sint. Sin consilium illud, novumque decretum, quod neque contra barbaros hostes edi decuerat, non a te profectum sit, te magis magisque rogamus, ne publica illa populatione nos adfligi permittas.„ His rursus haec subdit: „Nostra enim philosophia primum quidem inter barbaros viguit. Inasis autem in gentibus cum sub magno Augusti, qui unus e majoribus tuis fuit, imperio floruisset, populis tuis faustum inprimis extitit omen. Exinde siquidem magnis, clarisque incrementis Romanorum imperium est auctum. Ejus tu ~~necessor~~ successor, omnium votis expetitus, imperium adeptus es, servabisque deinceps una cum filio, modo philosophiam illam, quae cum regno educata, inchoata cum Augusto est, quamque majores tui una cum caeteris coluere religionibus, tuearis. Et sane religionem nostram pro bono publico adolevisse cum imperio, quod feliciter coeptum fuerat, illud argumento est, quod jam inde ab Augusti principatu nil

Graeca describendo ponatur: πολεμίων.

adversum ~~contigerit~~, acciderint, sed contra, splendida cuncta, et gloriosa juxta omnium vota contigerint. Soli inter omnes, malignorum quorumdam hominum consiliis inducti, religionem nostram criminari voluerunt, Nero, ac Domitianus. A quibus falsa illa adversus nos calumnia manavit, sine ullo judicio recepta. Sed illorum imperitiam emendarunt pii parentes tui, frequentibus rescriptis saepe increpantes illos, qui novi aliquid adversus Christianos moliti religionis nostrae sectatores moliti essent. In quibus avus tuus Hadrianus tum aliis pluribus, tum Fundano Asiae proconsuli litteras dedit. Pater autem tuus, quo tempore tu simul cum ipso cuncta administrabas ne contra nos nova ordirentur, ad civitates scripsit: nominatim ad Larissaeos, Thessalonicenses, Athenienses, Graecosque omnes. Te ~~au~~ vero magis, quippe qui eadem cum illis de nobis sententiam teneas, ~~te~~ immo longe humaniorem ~~ac~~ sapientioremque, confidimus omnia facturum, quae poscimus.„ Haec in supra dicto libro leguntur.

Aliud ejusdem Melitonis Apologiae fragmentum suppeditat

Chronicon Paschale 236. Olympiade.

Μελίτων δὲ Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος, μετὰ πολλὰ τῶν ἐπιδοθέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουστίνου, φησὶν· „οὐκ ἐσμὲν λίθων οὐδὲ μίαν αἴσθησιν ἐχόντων θεραπευταὶ, ἀλλὰ μόνου Θεοῦ τοῦ πρὸ πάντων, καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ὄντως Θεοῦ Λόγου πρὸ αἰώνων, ἐσμὲν θρησκευταὶ„ καὶ τὰ ἑξῆς.

Melito Sardensis episcopus, post alia multa ab eodem Justino tradita, haec ait: „Non lapidum cultores sumus, non rerum ne uno quidem sensu gaudentium, sed solius Dei, qui est ante omnia, et in omnibus, et in Christo ejus vere Deo verbo ante qui est ante saecula, adoratores sumus:„ etc.

Praeter Apologiam illam, alia complura scripsit Melito, quae hoc modo recenset

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Τούτων εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἀφῖκται τὰ ὑποτεταγμένα Μελίτωνος, τὰ περὶ τοῦ Πάσχα δύο, καὶ τὰ περὶ etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 161.

Ex horum libris ad notitiam nostram pervenerunt ii quos infra adnotavimus. Et Melitonis quidem de Pascha libri duo; de recta vivendi ratione, et de prophetis; de Ecclesia; de Dominica die liber; itemque alter de natura hominis, atque alius de formatione, aliusque de obedientia sensuum fidei. Praeter hos, liber de anima, et de corpore, et ~~mo~~ aut inte de intellectu; liber de Lavacro; liber de veritate, aliusque de fide, et generatione Christi; tum ejus liber de prophetia; et liber de hospitalitate; et alius, qui Clavis inscribitur. Praeterea, scripta de Diabolo, ac de Joannis Apocalypsi; et liber de Deo corporeo. Omnium postremus, libellus ad Antoninum

Leg. ut puto περὶ προφητείας αὐτοῦ. ita Rufin. et Hieron. ap. Vales.

48.

toninum.

Ex his, liber περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ, male a quibusdam de incarnato Deo pertractionem continuisse putatus est. Eo enim in illo intendebat Melito, ut errorem de Deo corporeo propugnaret, quod patet ex his, quae habet

Origenis apud in Commentariis in Genesim apud Theodoretum in Quaestione XX. in Genesim.

Προδιαληπτέον πρότερον ποῦ συνίσταται τὸ κατ᾽ εἰκόνα, ἐν σώματι, ἢ ἐν ψυχῇ. Ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες, ὧν ἐστι καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν.

v. Dupin Theolog. t. 1. 46. not. 8.

Ante omnia disceptandum est quo pertineat illud: Ad imaginem: ad corpus ne, an ad animam. Videamus primum quibus ea utantur argumentis ii, qui qui prius adserunt, quorum e numero est etiam Melito, qui scripta reliquit, de eo, quod Deus corporeus sit.

Non igitur erroris adcusandus, quod Melitoni sententiam illam de Deo corporeo tribuerit (adversus Vezzosi, aliiq.)

Auctor incertus Libri de Ecclesiasticis dogmatibus Capite 4.

Nihil corporeum (in Trinitate credamus,) ut Melito, et Tertullianus. –

Operis de Pascha, cujus e meminisse Clementem Alexandrinum, Eusebius auctor est loco, quem retuli de eodem Clemente cum agerem, fragmentum quoddam ipse servavit.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς περὶ τοῦ Πάσχα, τὸν χρόνον, καθ᾽ ὃν συνέταττεν (Μελίτων,) ἀρχόμενος σημαίνει ἐν τούτοις· „Ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου Ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ Πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Καὶ ἐγράφη ταῦτα.„

In libris igitur de Pascha, tempus quo scribebat (Melito,) ipse initio operis designat his verbis: „Sub Servilio Asiae proconsule, quo tempore Sagaris martyrium oppetiit, magna de Paschae ^Laodiceae^ festo controversia de Paschae festo exorta est, quae tempestive in dies illos inciderat. Atque haec tunc a nobis scripta sunt.„

Melitonem iis, qui Christi divinitatem in scriptis suis adseruerunt, connumerat

II, 2.
p. 49–96.

Auctor incertus operis contra haeresim Artemonis apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 28.

Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε, καὶ Μελίτωνος, καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστὸν;

Irenaei enim, et Melitonis, caeterorumque, quis libros ignorat, in quibus Christus, Deus, et homo praedicatur?

~~Ex~~ Fragmentum ex Melitonis procemio in eclogas ad Onesimum, sive integrum procemium ipsum recitat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Ἐν δὲ ταῖς γραφείσαις αὐτῷ ἐκλογαῖς, ὁ αὐτὸς (Μελίτων) κατὰ τὸ προοίμιον ἀρχόμενος, τῶν ὁμολογουμένων τῆς παλαιᾶς διαθήκης γραφῶν ποιεῖται κατάλογον. Ὃν καὶ ἀναγκαῖον etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 163.

Idem (Melito) in excerptis ab ipso compositis veteris Testamenti libros, omnium consensu receptos, in procemio statim recenset. Quem catalogum hic adponere necessarium duximus, ita ad verbum se habentem: „ Melito Onesimo fratri salutem. Cum pro tuo erga verbum Dei studio, saepe me rogaveris ut excerpta aliqua de Salvatore et universa Fide nostra, ex lege, et prophetis tibi contexerem; cumque veteris Testamenti libros adcurate cognoscere optaveris, numerumque illorum, et ordinem, id perficere studui; ~~be~~ quanto enim amore Fidem, quantaque discendi cupiditate ~~dei~~ doctrinam ejus prosequaris, compertum habeo; ac te novi ob dilectionem erga Deum, haec omnibus anteferre, et pro aeterna salute decertare. Cum igitur in orientem profectus essem, et ad locum pervenissem, ubi haec et praedicata fuerunt, et gesta, veterisque Testamenti libros adcurate didicissem, eorum indicem hisce subnexum ad te misi. Sunt autem illorum nomina ~~ejusmodi~~ sunt: Moysis libri quinque; Genesis, Exodus Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Jesus Nave: Judices: Ruth: Regnorum Libri quatuor: Paralipomenon duo: Psalmi David: Salomonis Proverbia, quae et Sapientia: Ecclesiastes: Canticum Canticorum: Job: Prophetarum libri; Isaiae, Hieremiae; et duodecim Prophetarum liber unus: Daniel: Ezechiel: Esdras. Ex his excerpta composui, quae sex in libros distinxi." Et haec quidem de Melitonis scriptis.

Pro altero Melitonis fragmento, hactenus, quod sciam, nondum observato, quodammodo haberi possunt, quae ab eo dicta refert

Origenes in Fragmento ex Commentariis in Psalmi III. versiculum 1.

Μελίτων γοῦν ὁ ἐν τῇ Ἀσίᾳ φησὶν αὐτὸν (Ἀββεσσαλὼμ) εἶναι τύπον τοῦ διαβόλου ἐπαναστάντος τῇ Χριστοῦ βασιλείᾳ, καὶ τούτου μέ-

Porro Melito Asianus ait ipsum (Absalom) figuram esse diaboli, qui adversus Christi regnum insurrexit; sed hujusce rei mentionem duntaxat

ȷ νου μνησθεὶς, οὐκ ἐπεξεργάσατο τὸν τόπον.

cum fecisset, locum plurium non exposuit.

Fragmentum aliud sub Melitonis Episcopi nomine, ex manuscripta Catena latine versum, dedit (V. Till. 2. 409.)

Aloysius Lipomannus in Catena in Geneseos Caput 22. versiculum 4.

Dominus noster ut aries vinctus est, et immolatus ut Isaac, crucem humeris portavit.

Alia sub Melitonis nomine fragmenta proferunt Anastasius Sinaita, et Euthymius. Librum de Transitu virginis Mariae, qui Melitonis vulgo dicitur, nothum omnino foetum esse omnes jam norunt. Eum ut apocryphū damnat Gelasius Papa in decreto de apocryphis scripturis: „Liber, qui appellatur Transitus, id est, Assumptio Sanctae Mariae, A apocryphus.„ Librum ipsum Melitoni abjudicandum esse compertum habuit etiam

Beda in Retractatione in Actus Apostolorum ad Caput 8. versiculum 1.

Mendacium scripsit ille, qui sub ex persona Melitonis Episcopi Asiae librum exponens de obitu beatę Genitricis Dei, dicit, quod secūdo post ascensionem Domini anno, Apostoli fuerint omnes + ad praedicandum in suam quisque provinciam divisi: qui universi appropinquāte obitu beatę Mariae, de locis, in quibus prędicabant verbum Dei, elevati in nubibus, rapti sunt Hierosolymam, ac depositi ante ostiū domus ejus: inter quos etiam Paulus nuper ex persecutore ad fidē Christi conversus, qui assumptus est cum Barnaba in ministerium gentium: quae scriptura etiam specialiter de Joanne Apostolo refert, quod eo tempore Ephesi prędicaverit: quae cuncta verbis beatę Lucae aperte contradicunt.

+ toto orbe

Miltiades.

Miltiades, alterius Apologiae pro Christianis auctor, „scripsit, ut ait Hieronymus, (J. Hieronymus Catal. Script. Eccl. Cap. 39.) contra eosdē (Montanum, Priscillam, et Maximillam) volumen praecipuum, et adversus gentes, Judaeosque Libros alios, et principi illius temporis Apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini, Commodique temporibus.„ Miltiadis opus contra Montanistas quod praecipuum vocat Hieronymus, memorat etiam

Theodoretus Haereticarum fabularum Compendii Libro III. Capite 2.

Ὡσαύτως δὲ καὶ Μιλτιάδης, καὶ Ἀπολλώνιος, καὶ ἕτεροι συγγραφεῖς.

Ita et Miltiades, et Apollonius, aliique scriptores.

Theodoreti verba, quae hunc locum immediate praecedunt, exscripsi cum de Claudio Apollinari sermonem haberem. Laudatum Miltiadis opus commemorat item

Chronicon Paschale 240. Olympiade.

Καθ' ὧν συνεγράψατο ὁ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ Ἀπολλινάριος Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος, καὶ Μιλτιάδης συγγραφεὺς, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ἐν οἷς καὶ Σαραπίων Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος.

Contra quos scripsit sanctę memoriae vir, Apollinaris Hierapoleos episcopus, et Miltiades scriptor, aliique plures, inter quos et Serapion Antiochenus Episcopus.

Ad idem opus respexit Auctor incertus operis contra Cataphrygas, qui Miltiadem adlegavit, ut testatur

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17.

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου συγγραφέως μέμνηται, ὡς λόγον τινὰ καὶ αὐτοῦ κατὰ τῆς προειρημένης αἱρέσεως γεγραφότος. Παραθέμενος γοῦν αὐτῶν λέξεις τινὰς, ἐπιφέρει λέγων· „ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι, ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην.„

In eodem scripto Miltiadis quoque scriptoris meminit, utpote qui librum quemdam et ipse adversus supradictam haeresim composuerit. Adpositis igitur ex nonnullis illorum haereticorum verbis, haec subdit. „Ita cum reperissem in quodam eorum scripto adversus Miltiadem fratrem nostrū, qui scriptum alium, in quo ille demonstraverat, non debere prophetam in ecstasi loqui, in compendium redegi.„

Nonnullis interjectis, haec de Miltiade subjungit

Idem loco citato.

Ὁ δέ γέ τοι πρὸς αὐτοῦ δεδηλωμένος Μιλτιάδης, καὶ ἄλλας ἡμῖν τῆς ἰδίας περὶ τὰ θεῖα λόγια σπουδῆς μνήμας καταλέλοιπεν, ἔν τε οἷς πρὸς Ἕλληνας συνέταξε λόγοις, καὶ τοῖς πρὸς Ἰουδαίους· ἑκατέρα ἰδίως ὑποθέσει ἐν δυσὶν ὑπαντήσας συγγράμμασιν· ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας, ὑπὲρ ἧς μετῄει φιλοσοφίας, πεποίηται ἀπολογίαν.

Miltiades vero ab illo memoratus, alia quoque nobis suae sui erga divinas scripturas studii, monumenta reliquit, tum in iis, Libris, quos adversus Graecos, tum in iis, quos contra Judaeos elaboravit, utrumque argumentum binis voluminibus persequutus. Praeterea, ad mundi principes, pro ea, quam profitebatur philosophia, apologeticum conscripsit.

Miltiadis opus contra Gentes memorat etiam

S. Hieronymus in Epistola 84. ad Magnum.

Scripsit et Miltiades contra Gentes volumen egregium.

Tum opus ipsum, tum illud contra Judaeos laudat

Petrus Abbas Cluniacensis in Prologo Librorum
Contra nefandam sectam Saracenorum. §. 14.

Scripsit et Miliciades contra Gentes, Judaeosque libros alios.

Miltiadem, Ecclesiarum Sophistam vocat Tertullianus, loco, quem retuli cum de Irenaeo sermo foret.

Modestus.

Modestus, ait Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 32.) = sub Imperatore M. Antonino, et L. Aurelio Commodo adversus Marcionem scripsit librum, qui usque hodie perseverat. Feruntur sub nomine ejus et alia συντάγματα, sed ab eruditis quasi ψευδεπίγραφα repudiantur. = Ejus adversus Marcionem scripta laudat etiam

Theodoretus Haereticarum fabularum Compendii Libri I. Capite 25.

Καὶ γὰρ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος, καὶ μάρτυς, καὶ Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, καὶ Φίλιππος ὁ Γορτύνης ἐπίσκοπος, καὶ Εἰρηναῖος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν ἐπίσκοπος Λουγδούνου, καὶ Μόδεστος, καὶ Ὠριγένης, καὶ Ῥόδων, καὶ Ἀδαμάντιος, καὶ Ἱππόλυτος, καὶ ὁ Ἐμεσηνὸς Εὐσέβιος, καὶ πάντες ἄριστα, καὶ σοφώτατα τῆς βλασφημίας τὴν λύτταν διήλεγξαν.

Nam et Justinus philosophus, et martyr, et Theophilus Antiochenus Episcopus, et Philippus Episcopus Gortynae, et Irenaeus, cujus supra quoque meminimus, Episcopus Lugdunensis, et Modestus, et Origenes, et Rhodon, et Adamantius, et Hippolytus, et Eusebius Emesenus, omnesque optime, atque doctissimae, blasphemiae illius rabiem confutarunt.

Scripta ipsa commemorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 25.

Εἰρηναῖός τε ὡσαύτως, καὶ Μόδεστος, ὃς καὶ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔκδηλον τοῖς πᾶσι κατεφώρασε πλάνην.

Irenaeusque similiter, et Modestus, qui etiam prae caeteris errores illius egregie detectos, omnibus spectandum exhibuit.

Modestum antea quoque nominaverat

Idem loco citato Capite 21.

Ἤκμαζον δὲ ἐν τούτοις ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, Ἡγήσιππός τε, ὃν ἴσμεν ἐν τῶν προτέρων, καὶ Διονύσιος Κορινθίων ἐπίσκοπος, Πινυτός τε ἄλλος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος· Φίλιππός τε ἐπὶ τούτοις, καὶ Ἀπολλινάριος, καὶ Μελίτων, Μουσανός τε, καὶ Μόδεστος· καὶ ἐπὶ πᾶσιν Εἰρηναῖος· ὧν καὶ εἰς ἡμᾶς τῆς Ἀποστολικῆς παρα-

Temporibus autem istis florebant Hegesippus, de quo in superioribus dictum est, et Dionysius Corinthiorum Episcopus, Pinytusque alius episcopus Cretae: Philippus praeterea, et Apollinaris, et Melito, Musanusque, et Modestus, ac postremo Irenaeus. Quorum scripta, Apostolicae traditionis, ac sanae Fidei

δόσεως ἡ τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἔγγραφος κατῆλθεν ὀρθοδοξία.

rectam doctrinam continentia, ad nos usque pervenerunt.

Musanus.

Musanum, qui, ut Hieronymi verbis utar, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. £ Cap. 31.) =confecit librum adversus quosdam fratres, qui de Ecclesia ad Encratitarum haeresim declinaverant=, Severianorum oppugnatoribus idcirco connumerat (Fab.)

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii
Libro I. Capite ~~20~~ 21.

Κατὰ τούτων συγγράφει Μουσανὸς τῆς ἀληθείας συνήγορος, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Ἀπολινάριος, ὁ τῆς κατὰ Φρυγίαν Ἱερᾶς πόλεως γεγονὼς ἐπίσκοπος, καὶ Ὠριγένης.

Contra hos scribunt Musanus veritatis defensor, et Clemens Stromateus, et Apollinaris Hierapoleos in Phrygia episcopus, et Origenes.

De Musano haec habet.

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV.
Capite 28.

Καὶ Μουσανοῦ δὲ, οὗ καὶ ὃν *ἐν τοῖς φθάσασι κατελέξαμεν, φέρεταί τις ἐπιστρεπτικώτατος λόγος πρὸς τινὰς αὐτοῦ γραφεὶς ἀδελφοὺς ἀποκλίναντας ἐπὶ τὴν τῶν λεγομένων Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν, ἄρτι τότε φύειν ἀρχομένην, ξένην τε, καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσαν ἐν τῷ βίῳ.

Sed et Musani, quem superius memoravimus, ~~elegantissimus~~ validissimus quidam extat liber, ~~qui~~ ad quosdam fratres, qui ad haeresim, quae Encratitarum dicitur deflexerant. Haec tunc primum exorta, extraneum, perniciosumque errorem in orbem induxit.

Musanum ipsum ~~memorat etiam~~ sub Severo floruisse ait

Idem in Chronico anno Domini 206. Olympiade 246.

Musanus nostrae philosophiae scriptor agnoscitur.

Sed vel erravit Eusebius, vel Hieronymus, aut librarii alienum huic periochae locum tribuerunt. Ait enim Hieronymus ipse in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ~~Musa~~ Musanum scripsisse sub M. Antonino Vero, atque Eusebius in Ecclesiastica Historia eum connumerat illis, qui sub laudato Imperatore floruerunt; sub quo etiam exorta † est haeresis Encratitarum, a Musano in ipso initio oppugnata. (Till. 2. 410.)
Musanum tamen sub Severo floruisse ait etiam

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5685. Christi 185. +

† Musanus scriptor ecclesiasticus innotescebat.

\+ Μουσιανὸς ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο.

S. Narcissus.

Utrum aliquid scripserit Narcissus, quem unum ex celebrioribus Hierosolymorum Episcopis dicit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. S. Narcisse, Evesq. de Jerusalem) incertum plane est. Epistolam + enim illam ‡ quam de Paschate, quam a Narcisso missam refert Eusebius, (p. 217. 6.) simul cum ipso miserunt Theophilus Caesariensis Episcopus, Cassius, Episcopus Tyri, Clarus Episcopus Ptolemaidis alii one. ut idem Eusebius testatur, adeoque ejus quisnam ejus auctor fuerit definiri non potest. Itaque Hieronymus Ecclesiasticorum Scriptorum albo Narcissum adscribere omisit. Attamen illum inter Scriptores referri vult

+ Synodicas
‡ litteras

S. Maximus in Prologo ad S. Dionysii opera.

Καὶ πολλῶν (βιβλίων) ἐδυνάμην μνημονεῦσαι μὴ κτηθέντων αὐτῷ (Εὐσεβίῳ) καὶ ταῦτα τῆς αὐτοῦ χώρας ὡς Ὑμεναίου, καὶ Ναρκίσσου τῶν ἱερασαμένων ἐν Ἱεροσολύμοις.

Et plures (libros) memorare possem, quos ille (Eusebius) non habuit; eosque suae regionis, ut libri Hymenaei, et Narcissi, qui Hierosolymorum Episcopi fuerunt.

Sed nullum ex Narcissi libris nominatim laudat Maximus, ideoque quantam ille fidem mereatur, eruditi judicabunt. equidem Narcissum iis, qui propriam de festo Paschae sententiam literis prodiderunt connumerat

Eusebius in Chronico Anno Domini 198. Olympiade 243.

Quaestione orta in Asia inter Episcopos, an secundum legem Mosi; XIV. mensis Pascha observandum esset, Victor Romanae urbis episcopus, et Narcissus Jerosolymarum, Polycrates quoque, et Irenaeus et Bacchylus, plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerat, literis ediderunt, quarum memoria ad nos usque perdurat.

Quae exscripsit Prosper in Chronico. Synodum ob controversiam de Pascha a Narcisso celebratum, male ab eo, quem celebravit Theophilus Caesariensis Episcopus, distinguit (Vales.)

Synodicon Vetus Capite 10.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ, τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Ναρκίσσου τοῦ ταύτης τρισμάκαρος ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα ὁρίσασα κατὰ τοὺς ἁγιωτάτους, Ἀνίκητον, καὶ Βίκτορα.

Synodus Divina et sacra, provincialis Hierosolymis celebrata a Narcisso beatissimo hujus civitatis archiepiscopo, aliisque episcopis quatuordecim, quae de mystico Pascha juxta sanctissimos, Anicetum, et Victorem pronunciavit.

Narcissi cum laude meminit

S. Isidorus Hispalensis in Chronico anno Mundi 5407.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, virtutibus plurimis celebratur.

Eum memorat etiam

Monachus Weingartensis in Chronico.

Sub quo (Balbino) Narcissus Episcopus. regnavit

Chronicon illud ex Codice Augustano vulgavit Canisius in Lectionibus Antiquis. Narcissum plures memorant Hierosolymitanos Episcopos recensentes, atque in his

S. Epiphanius Adversus haereses Libro II. adversus haeresim 46. sive 66. Capite 20.

λ'. Νάρκισσος. λα'. Δῖος ἕως Σευήρου. λβ'. Γερμανίων. λγ'. Γόρδιος ἕως Ἀντωνίνου. λδ'. Νάρκισσος ὁ αὐτὸς ἕως Ἀλεξάνδρου υἱοῦ Μαμαίας, οὐ τοῦ Μακέδονος, ἀλλὰ ἄλλου.

30. Narcissus. 31. Dius usque ad Severum. 32. Germanio. 33. Gordius usque ad Antoninum. 34. Narcissus ipse usque ad Alexandrum filium Mammaeae, non Macedonem, sed alterum.

Ita et

Eusebius in Chronico Anno Domini 186. Olympiade 241.

XXX. Narcissus, XXXI. Dius, XXXII. Germanio, XXXIII. Gordius, XXXIV. rursum Narcissus.

Haud secus

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5672. Christi 172.

Ἱεροσολύμων τριακοστὸς ἐπίσκοπος Νάρκισσος, ἔτη δ'.

Hierosolymorum trigesimus Episcopus Narcissus annis 4.

Quae verba nonnullis interjectis repetit, ac deinde rursus Narcissum nominat

Idem loco citato Anno Mundi 5715. Christi 215.

Ἱεροσολύμων λε'. ἐπίσκοπος πάλιν Νάρκισσος, ἔτη ι'.

Hierosolymorum trigesimus quintus Episcopus iterum Narcissus annis 10. +

+ Adhuc rursus Narcissi meminit Idem loco citato anno mundi 5728. Christi 228.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος τὸ δεύτερον λε'. Νάρκισσος, ἔτη ι'.

Hierosolymorum Episcopus trigesimus quintus Narcissus secundo annis 10.

Cum Narcissum inter Hierosolymitanos Episcopos bis memorari vide

ret, ex uno, duos confecit Narcissos

Tiro Prosper in Chronico. (p. 594.)

Leg. 33. Gordius.

XXX. Narcissus. XXXI. Dius. XXXII. Germanio. XXXIV. Narcissus alius.

In eumdem errorem lapsus est

Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Chronographia Compendiaria.

λα΄. Νάρκισσος, ἔτη δ΄. λβ΄. Δῖος, ἔτη η΄. λγ΄. Γερμανίων, ἔτη δ΄. ξλδ. Γορδίας, ἔτη ε΄. λε. Νάρκισσος ὁ δεύτερος, μάρτυς, ἔτη ι΄.

31. Narcissus annis 4. 32. Dius annis 8. 33. Germanio annis 4. 54. Gordius annis 5. 55. Narcissus secundus, martyr annis 10.

Lapsus item est Nicephorus dum Narcissum martyrem vocavit; licet martyribus Narcissum adcensere videatur etiam illud quod Stewartius, et Basnage ediderunt

Chronicon incerti auctoris anno Christi 1567.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, et Theophilus Caesareensis, et Clemens Alexandrinae Ecclesiae presbyter, et Pantaenus Philosophus, Leonides pariter Origenes coronatur martyrio.

Attamen, inquit Tillemont, Nicephoro, qui Martyrem dicit Narcissum, fidem adhibere non audeo, = ne voyant point que cela soit autorisé par d'autres, et n'y ayant point eu de persecution dans tout le temps où on peut mettre sa mort. = In loco autem laudati Chronici vix dubito quin punctum adponendum sit post verba: = et Pantaenus philosophus =, ac deinde, pro: = Leonides pariter Origenes =, legendum sit: = Leonides pater Origenis. = Caeterum, Narcissum, de Hierosolymorum episcopis loquens memorat etiam

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 5.

Καὶ ἐπὶ πᾶσι Νάρκισσος τριακοστὸς ἐπίσκοπος τῶν Ἱεροσολύμων ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἐγένετο.

Et post eos omnes, Narcissus trigesimus ab Apostolis Hierosolymorum episcopus fuit.

His respondent quae habet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 12.

Καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Νάρκισσον, τριακοστὸν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων κατὰ τὴν τῶν ἑξῆς διαδοχὴν γεγενημένον.

Et post eos omnes Narcissus, qui successionis ordine, trigesimus ab Apostolis fuit.

Paulo antea Narcissum his verbis memoraverat

Idem loco citato.

+ ἐγνωρίζετο

Ἐπὶ τούτων τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας, ὁ παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν βεβοημένος +Νάρκισσος πεντεκαιδεκάτην ἄγων διαδοχὴν ἀπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων κατὰ Ἀδριανὸν πολιορκίας.

Eo tempore Narcissus Hierosolymitanae Ecclesiae Episcopus claruit, qui etiamnum multorum sermonibus celebratur; et quintumdecimum successionis locum obtinuit, post obsessionem Judaeorum, Hadriano imperante, factam.

Plura, eaque valde notatu digna de Narcisso habet

Idem loco citato Libro VI. Capite 8. et 9. et 10. et 11.

Τῆς δηλωθείσης ~~Ἐκκλησίας~~ Ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται (Ἀλέξανδρος) ἔτι Ναρκίσσου, ὃς ἦν αὐτοῦ πρότερος, περιόντος τῷ βίῳ. Πολλὰ μὲν οὖν, καὶ ἄλλα παράδοξα etc. V. Euseb. edit Taurin. p. 231. b. c.

Ad supra dictum Episcopatum promotus est (Alexander) superstite adhuc Narcisso, qui ante illum, Episcopatum ipsum gesserat. Porro multa alia multa de hoc Narcisso mirabilia memorant civitatis illius incolae, velut ex ~~fratrum~~ traditione *per successionem accepta. Atque inter caetera, hoc ab illo miraculum editum narrant. In+ magna, ~~ut ajunt,~~ Paschae vigilia, oleum ministris defuit. Qua de causa, cum universa multitudo gravi moerore adfligeretur, Narcissus iis, qui luminum curam habebant, aquam e vicino puteo haustam ad se deferri jussit. Quod ubi dicto citius impletum est, oratione super aquam facta, eam lucernis sincera in Dominum fide infundi mandavit. Quo facto, praeter omnes naturae leges, admiranda, divinaque virtute olei qualitatem adsumpsit aqua; eoque ex oleo exiguum quoddam specimen ad miraculi eo tempore gesti memoriam apud plurimos fratres, ad nostram usque aetatem servatum est. Alia quoque complura de viri illius vita perhibent memoratu digna: in quibus est id, quod sequitur. Viles quidam homunciones, cum vigorem, et constantiam vitae ejus ferre non possent, ac vererentur ne comprehensi poenas persolverent, quod sexcentarum sibi scelerum conscii essent; praevenire ipsum volentes, structa insidiis fraude, ei gravem quamdam calumniam adsperserunt. Atque ut audientibus fidem facerent, jurejurando accusationem firmabant. Unus quidem sibi imprecabatur ut igne periret si falleret, alter ut lepra corpus consumeretur, alter vero

* fratrum,

+ Aliquando, ut ajunt, in

Donatur εἰς αὐτόν.

tertius ut luminibus orbaretur. Sed licet jurantibus nemo ex Fidelibus numero fidem adhibebant, eo quod Narcissi continentia, vitaeque sanctissima ratio, omnibus comperta esset. Ille autem, dictorum infamiam non sustinens et alioqui philosophicae vitae amore jamdudum incensus; relicta universa Ecclesiae plebe universa, in solitudine, deviisque agris delitescens, annos plurimos perseveravit. Sed magnus justitiae oculus super his, quae gesta erant minime quievit, sed scelestos illos iis, quibus se pejerantes devoverant poenis quam ocyssime adfecit. Primus igitur, cum in domum, quam incolebat modica quaedam scintilla sine ulla causa cecidisset, noctu excitato ubivis incendio, cum tota cum familia absumptus est. Alteri corpus ab imis pedibus, usque ad caput, eo, quo cui se addixerat morbo, confectus est. Tertius cum priorum conspexisset damnum, omniumque inspectoris Dei inevitabilem vindictam extimesceret, calumniam ab ipsis mutuo consilio compositam, omnibus confessus est. Tantis autem se poenitens lamentis adtrivit, ac luctibus eo usque perseveravit, quo oculorum lumen amitteret. Atque has quidem illi poenas dedere mendacii. Sed finitimarum Ecclesiarum Episcopi, cum recessisset Narcissus, et ubinam ageret nemo nosset, alium ordinare Episcopum statuerunt, Dium nomine. Quem cum modico tempore praefuisset, excepit Germanio: hunc autem sequutus est Gordius. Cujus tempore, cum quasi redivivus Narcissus adparuisset, ut rursus administrationem susciperet, a fratribus rogatus est. Eum enim omnes multo magis tunc mirabantur, tum ob secessum, tum ob philosophicam vivendi rationem, tum, idque praecipue, ob ultionem, quam illi Deus comparare dignatus fuerat. Verum cum propter ob extremam senectutem ministerium suum amplius obire non posset, supra memoratum Alexandrum, alterius Ecclesiae Episcopum, Dei dispensatio, ad participandum cum Narcisso munus, per revelationem noctu visam evocavit.

Ex his, quae ab Eusebio narrata hactenus audivimus, alii quoque scriptores nonnulla commemorant, inter quos Michael Alexandrinus Patriarcha in Epistola, quam exhibet

Concilium Constantinopolitanum IV. Generale VIII. Actione 9.

Τριακοστὸς γὰρ πατριάρχης ἐν Ἱεροσολύμοις μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάληψιν ἐκαλεῖτο Νάρκισσος, ὃς τὴν ἡσυχίαν ἀσπασάμενος, καὶ τέλειψε τὴν προεδρίαν μετὰ ἔτη ιβ'. καὶ ἡσύχασεν εἰς τόπους ἀγνώστους. Καὶ μετ' αὐτὸν προχειρίσθη πατριάρχης ὁ Δῖος, ὡς δε παρῆλθε καὶ οὗτος θανάτῳ, μετὰ τοῦτον γέγονε Γερμανὸς· καὶ μετ' αὐτὸν Γόρδιος· ἐφ' οὗ πάλιν ἀνεφάνη Νάρκισσος, καὶ ἦν σὺν αὐτῷ Γορδίῳ ἐν ὁμοφροσύνῃ, καὶ ὁμονοίᾳ. Τοῦ δὲ Γορδίου τελειωθέντος, καὶ τοῦ Ναρκίσσου ὑπεργηράσαντος· ἦν γὰρ ἐτῶν ρισ ρις. Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος εἰς προσκύνησιν ἐλθὼν τῶν εὐαγῶν τόπων, κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν, πατριάρχης γέγονεν Ἱεροσολύμων, τοῦ γέροντος Ναρκίσσου πολλὰ τοῦτον παρακαλέσαντος, ὃς καὶ μαρτυρίῳ ὕστερον τελειοῦται.

Trigesimus post adscensionem Domini, Hierosolymorum patriarcha, Narcissus adpellabatur, qui cum quietis amore teneretur, post anno duodecim relicta sede, ignotis in locis, quietam vitam egit. Post illum patriarcha ordinatus est Dius. Hunc morte sublatum excepit Germanus, istum autem

Gordius. Cujus tempore rursus Narcissus adparuit, vixitque cum Gordio in pace, et concordia vixit. Mortuo autem Gordio, et Narcisso supra modum senio confecto, erat enim annos natus centum, et sexdecim; Alexander Episcopum qui ad sacra loca veneranda profectus erat, per divinam revelationem Hierosolymorum patriarcha creatus est, cum grandaevus Narcissus, ut hoc susciperet munus illum hortaretur, qui deinde martyrio vitam consummavit.

Postrema verba de martyrio referri possunt ad Alexandrum, qui revera in persecutione Decii martyrium obiit, haud enim videtur Narcissus martyrium oppetiisse, ut supra jam dixi. Historiam de Narcisso ad deserta profecto, ac deinde Hierosolymam reverso his verbis refert

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 11.

Τῆς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας προΐστατο Νάρκισσος, ἀνὴρ θαυματοποιὸς, ὃς ψευδῶς παρά τινων κατηγορηθεὶς, ἐραστὴς δὲ βίου ὢν ἀναχωρητικοῦ, διέδρα λαθὼν, καὶ ἐν ἐρημίαις ηὐλίζετο ἀγνοούμενος. Τοῦ δὲ ἀνακεχωρηκότος, ἀντεισάγεται Δῖος, μεθ' ὃν προχειρίζεται Γερμανίων, εἶτα Γόρδιος· ἐφ' οὗ ἐπανελθὼν αὖθις ὁ Νάρκισσος, ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐπὶ τὴν προστασίαν παρακαλεῖται. Μὴ δυναμένου δὲ τοῦ Ναρκίσσου διὰ γῆρας βαθὺ λειτουργεῖν, Ἀλέξανδρος διαπρέψας πρότερον τῇ διὰ Χριστὸν ὁμολογίᾳ, τότε δὲ ἐπισκοπῆς ἐν τῇ τῶν Καππαδοκῶν χώρᾳ ἠξιώμενος, ἐξ ἀποκαλύψεως προσελήφθη παρὰ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πιστῶν, ἅμα τῷ Ναρκίσσῳ διέπειν τὰ τῆς ἐκκλησίας.

Hierosolymitanae autem Ecclesiae praefuit Narcissus, vir miraculorum operator, qui falso a quibusdam adcusatus, et solitariae vitae ductus amore, clam profugit, atque in desertis ignotus permansit. Postquam ille recessisset, in ejus locum introductus est Dius, post quem Germanio ordinatus est, deinde Gordius. Hoc Ecclesiam administrante, reversus Narcissus, a Fidelibus, ut Ecclesiam gubernandam susciperet rogatus est. Cum autem ille propter nimiam senectutem muneris sui vices obire non posset, Alexander, qui jam antea in confessione Christi claruerat, tunc in Cappadocia Episcopatus dignitate fungebatur, ex divina revelatione a Fidelibus Hierosolymitanis electus est, ut ad Ecclesiam simul cum Narcisso administrandam.

+ in oleum Narcissi miraculum de oleo in aquam + conversa, ab Eusebio aliquatenus dis=

sonans refert

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio.

Νάρκισσος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων, ἐν τῷ βαπτίζειν ἐλαίου τοῦ χρίσματος λείψαντος, ἐκέλευσεν ὕδωρ ἐν τῷ κρατῆρι βληθῆναι· καὶ οὕτῳ προσευξάμενος εἰς ἔλαιον μετέβαλε.

Narcissus Episcopus Hierosolymorum, deficiente inter baptizandum oleo chrismatis, aquam crateri infundi jussit, eamque, oratione facta, in oleum transmutavit.

Alexandrum Hierosolymorum Episcopum ordinatum, vivente adhuc Narcisso, ipse scribit

Eusebius in Chronico Anno Domini 213. Olympiade 248.

Alexander XXXV. Jerosolymorum Episcopus ordinatur, adhuc vivente Narcisso, et cum eo pariter Ecclesiam regit.

Quae fere ad verbum exscribit

S. Tiro Prosper in Chronico.

Hierosolymis vero XXXV. (Episcopus constituitur) Alexander, adhuc vivente Narcisso, et cum eo pariter Ecclesiam regit.

Rem aliquanto fusius exponit

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 212.

Alexander Episcopus Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam veniret, vivente adhuc Narcisso perservilis Episcopo perservilis aetatis, Dominuso per revelationem idipsum monente, in loco Narcissi Episcopus constituitur.

Ubi erravit Ado, Alexandrum Narcisso subrogatum dicens, quem errorem emendasse videtur

Beda in de sex aetatibus mundi anno mundi 4163.

Alexander Episcopus Cappadociae, cum desiderio locorum sanctorum Hierosolymam venisset, vivente adhuc Narcisso ejusdem urbis Episcopo, perservilis aetatis viro, et ipse ibi ordinatur Episcopus, Domino ut id fieri deberet, per revelationem monente.

Similia habet

Hermannus Contractus in Chronico Aetate sexta, anno Christi 211.

Alexander Jerosolymorum Episcopus ordinantur, vivente Narcisso, Deum per visum jubente.

Atque huc pertinent quae scribit

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 38.

Extat Alexandri Hierosolymorum Episcopi, qui cum Narcisso postea rexit Ecclesiam, epistola super ordinatione Asclepiadis Confessoris ad Antiochenses, congratulantis eis.

De Polycrate ait

Idem loco citato Capite 45.

Floruit temporibus Severi principis eadem aetate, qua Narcissus Hierosolymae.

Plura deinde de Alexandro, et Narcisso postea habet

Idem loco citato Capite 62.

Alexander, episcopus Cappadociae, cum desiderio sanctorum locorum, Hierosolymam pergeret, et Narcissus ejusdem urbis jam senex regeret ecclesiam; et Narcisso, et multis clericis ejus revelatum est, altera die mane intrare episcopum, qui adjutor sacerdotalis cathedrae esse deberet. Itaque, re ita completa, ut praedicta fuerat, cunctis in Palaestina episcopis in unum congregatis, adnitente quoque ipso vel maxime Narcisso, Hierosolymitanae Ecclesiae cum eo gubernaculum suscepit. Hic in fine cujusdam epistolae, quam scribit ad Antinoitas, super pace Ecclesiae, ait:

Sequitur latine Alexandri locus de Narcisso, quam Graece exhibet

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 11.

Μνημονεύει γέτοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοεῖτας εἰσέτι νῦν παρ᾽ ἡμῖν σωζομέναις τῆς Ναρκίσσου σὺν αὐτῷ προεδρίας, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπὶ τέλει γράφων τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς· „ἀσπάζεταί ὑμᾶς Νάρκισσος, ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκατὸν δεκαὲξ ἔτη ἠνυκὼς, παρακαλῶν ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι.“

Porro in suis ad Antinoitas Episto litteris, qui etiamnum apud nos adservantur, episcopatus, quem Narcisso collega gerebat, ipse meminit Alexander, ad calcem epistolae haec ad verbum scribens: „Salutat vos Narcissus, qui ante me Episcopalem hujus Ecclesiae sedem tenuit, et nunc pe mecum per orationem operatur, annos natus centum, et sexdecim, vosque mecū hortatur, ut idem omnes sentiatis.“

Quae ita latine reddit Hieronymus: „Salutat vos Narcisus, qui ante me hic tenuit episcopalem locum, et nunc mecum eundem ora-

tionibus regit, annos natus circiter centum, et sedecim, et vos mecum precatur, ut unum, idemque sapiatis. =

Palma.

Palmam Amastrianorum episcopum, auctorem suspicari possumus epistolae de Pascha, quam his verbis memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 23.

Τῶν τε κατὰ Πόντον ἐπισκόπων ὧν Πάλμας ὡς ἀρχαιότατος προὐτέτακτο.	Atque Episcoporum Ponti, quibus Palma, utpote antiquissimus, praefuit.

Synodi ~~de~~ eo ob controversiam de Pascha in Ponto celebratae meminit

Synodicon Vetus Capite 14.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ, τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀσίᾳ ὑπὸ Πλασμᾶ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ ἑτέρων δεκατεσσάρων ἐπισκόπων, ἡ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως.	Synodus divina, et sacra, provincialis, in Asia celebrata, a sanctissimo Plasma, aliis decem, et quatuor episcopis, quae de sancto Pascha similiter definivit.

Ubi male Plasma dicitur noster Episcopus, quem Palmam vocant etiam Rufinus, et Nicephorus, (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 36.) atque Eusebius ipse in loco, quem protuli, de Dionysio Corinthiorum Episcopo verba faciens.

S. Pantaenus.

Pantaenus e Stoico, Christianus philosophus, docuit, ut scribit Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 36.) sub Severo principe, et Antonino Caracalla cognomento Caracalla. = De Severi temporibus loquens eum commemorat

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 195.

Panthenus Stoicae Sectae philosophus, qui primum in Indiam a Demetrio Alexandriae Episcopo ad docendum missus fuerat, viva voce, et exemplo Ecclesiam Christi instruit.

Haud secus

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5685. Christi 185.

Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.	Pantaenus Stoicus philosophus divinae doctrinae vacabat.

Ad Commodi tempora Pantaenum refert

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 5.

Πάνταινος ὁ φιλόσοφος σπουδαστής τε, καὶ κήρυξ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου (ἐγνωρίζετο.)	Pantaenus philosophus arcanorum nostrorum sectator et praeco (innotescebat.)

Eos, qui Apostolos viderant, immo quosdam etiam ex Apostolis audivisse ferebatur Pantaenus, ut testatur

Photius in Bibliotheca Codice 118.

Πάνταινον δὲ (φασὶ) τῶν τε τοὺς Ἀποστόλους ἑωρακότων ἀκροάσασθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινων αὐτῶν ἐκείνων διακοῦσαι.	Pantaenum autem (ajunt) eos, qui Apostolos viderant auscultasse, immo et quosdam ex Apostolis ipsis audivisse.

Quae acceperat aliis communicavit Pantenus in Schola Alexandrina, cui praefuit, ut refert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 10.

Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς, τῶν ἀπὸ παιδείας ἀνὴρ ἐπιδοξότατος. Ὄνομα αὐτῷ Πάνταινος.	Tum scholae fidelium ibi praeerat, vir doctrina clarissimus nomine Pantaenus.

Pantaenum a Clemente Alexandrinae Ecclesiae lumine auditum fuisse testantur tum alii, quos de Clemente ipso cum agerem adlegasse me memini, tum

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 38.

Clemens Alexandrinae Ecclesiae presbyter, Pantaeni, de quo supra retulimus, auditor, post ejus mortem Alexandriae Ecclesiasticam scholam tenuit.

Clementem contra, a Panteno fuisse auditum, Pantenumque Clementi in Schola Alexandrina successisse frustra contendit Dodwell, ut dixi cum de Clemente sermonem haberem. Sane in deperdito Hypotyposeon opere Clementem ipsum Pantaeni ut ~~m~~ tamquam praeceptoris sui meminisse, auctor est

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 11.

Κατὰ τοῦτον ταῖς θείαις γραφαῖς συνασκούμενος, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ φοιτητῇ τῶν Ἀποστόλων. Ὅς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν ὑποτυπώσεσιν ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται.	Eodem tempore divinarum Scripturarum studiis incumbens, Alexandriae clarebat Clemens, nomine par Clementi alteri Apostolorum discipulo, qui Romanorum Ecclesiam pridem gubernavit. Ille in iis, quas scripsit Hypotyposibus, Pantaeni tamquam magistri sui meminit.

Quod confirmat

Photius in Bibliotheca Codice

Μαθητὴς δὲ ὡς καὶ αὐτός φησι γέγονε (Κλήμης) Πανταίνου.	Fuit autem (Clemens) ut ipse ait, Pantaeni discipulus.

Pantaenum reapse laudat

S. Clemens Alexandrinus in Eclogis ex Scripturis Propheticis §. LVI.

Ὁ Πανταῖνος δὲ ἡμῶν ἔλεγεν, ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν τὰς λέξεις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τῷ ~~ἐνεστῶτι~~ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ μέλλοντος χρῆσθαι χρόνῳ, καὶ πάλιν τῷ ἐνεστῶτι ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος.	Noster autem Pantaenus ait, Prophetas indefinite voces efferre ~~exe~~ in pluribus, et praesens tempus pro futuro adhibere, ac rursus praesens pro praeterito.

Pantenum ipsum ab Eusebio, aliisque innuere putatur

Idem Stromatum Libro I. Capite 1.

Euseb. 5. 11. δὴ ἄρα πρῶτος Ὑστάτῳ δὲ περιτυχὼν· δυνάμει δὲ οὗτος πρῶτος ἦν: ἀνεπαυσάμην ~~ἀνέπαυσ~~ ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα. Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιτ-	Cum autem in ultimum incidissem, qui merito primus erat, adquievi postquam illum in Aegypto latentem quasi venatus essem. Sicu-

τα, προφητικοῦ τε, καὶ Ἀποστολικοῦ λειμῶνος τὰ ἄνθη δρεπόμενος, ἀκήρατόν τι γνώσεως χρῆμα ταῖς τῶν ἀκροωμένων ~~ψυχαῖς~~ ἐνεγέννησε ψυχαῖς.

la revera apis, floris prophetici, et Apostolici prati decerpens incorruptum cognitionis thesaurum audientium animis ingeneravit.

Ubi Pantenum Siculum fuisse desumari arbitratur Valesius, (Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 11.) et Tillemont, verbis illis: Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα. Sed nimis incertam hanc conjecturam judico. Caeterum Clementis locum, quem adtuli ita accipit Diegus de ~~Andradius~~ Andrada, (De Andradius, Orthodox. Explicat. Lib. 2.) ut Papiam a Clemente ipso respici putet. (Clem. 322. not. 8.) Pantaeni meminit etiam vir Clemente paulo junior,

Origenes apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae
Libro VI. Capite 19.

Τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείνοις ἐσχηκότα παρασκευήν· καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν.

Atque id fecimus, Pantenum qu imitati, qui ante nos plures juvit, et ~~hy~~ hujusmodi cognitione haud mediocriter praeditus fuit; itemque Heraclam, qui inter presbyteros Alexandriae sedet.

Sed jam audienda quae de Panteno scribit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite
10.

Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ διελάμψαι λόγος ἔχει τὸν δεδηλωμένον (Πάνταινον) οἷα καὶ ἀπὸ φιλοσόφου ἀγωγῆς τῶν καλουμένων Στωϊκῶν ὁρμώμενον. Τοσαύτην δ᾽ οὖν φασὶν αὐτὸν ἐκθυμοτάτῃ διαθέσει προθυμίαν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐνδείξασθαι, ὡς καὶ κήρυκα τοῦ κατὰ Χριστὸν εὐαγγελίου τοῖς ἐπ᾽ ἀνατολῆς ἔθνεσιν ἀναδειχθῆναι, μέχρι καὶ τῆς Ἰνδῶν στειλάμενον γῆς· ἦσαν γὰρ εἰσέτι τότε πλείους εὐαγγελισταὶ τοῦ λόγου, ἔνθεον ζῆλον Ἀποστολικοῦ μιμήματος, συνεισφέρειν ἐπ᾽ αὐξήσει, καὶ οἰκοδομῇ τοῦ θείου λόγου προθυμούμενοι· Ὧν εἷς γενόμενος καὶ ὁ Πάνταινος, καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται· ἔνθα λόγος

Sed ~~Et~~ prae caeteris eo tempore claruisse fertur laudatus vir (Pantaenus,) quippe qui philosophica Stoicorum disciplina primum imbutus fuerat. Tantum autem animi ardorem ex erga verbum Dei, ex fervidissimo instituto, vir ille ostendisse perhibetur, ut ad Evangelii Christi Orientis nationibus praedicandum electus fuerit, ~~mis~~ et missus usque ad Indiam. Etiamtum ~~f~~ enim plurimi erant Evangelistae Sermonis Dei, qui Divina imitatione et Apostolico exemplo inflammati, operam suam conferre ad incrementum, et aedificationem divini verbi prorsus ardebant. Harum ex numero Pantaenus, usque ad Indos pervenisse dicitur,

εὑρεῖν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν, οἷς Βαρθολομαῖον τῶν Ἀποστόλων ἕνα κηρύξαι, αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφὴν, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον. Ὅ γε μὴν Πάνταινος ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι, τοῦ κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν τελευτῶν ἡγεῖται διδασκαλείου, ~~+~~ ζώσῃ φωνῇ, καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματιζόμενος.

ibique Evangelium Matthaei, quod adventum suum praevenerat, apud quosdam Christi notitia illustratos reperisse, quibus ~~uniu~~ iis Bartholomaeum unum ex Apostolis praedicasse ferunt, ~~&~~ et evangelium Matthaei Hebraicis descriptum litteris reliquisse, quod usque ad praedicta tempora servatum perhibent. Pantenus igitur post multa praeclare gesta, tandem scholae Alexandrinae praefuit, tum viva voce, tum scriptis, divinorum dogmatum thesauros exponens.

Pantaeni missionis ad Indos, praeter Eusebium, et Adonem, cujus verba supra adduxi, meminit

S. Hieronymus in Epistola 84. ad Magnum.

Pantaenus Stoicae sectae philosophus, ob praecipuae eruditionis gloriam a Demetrio Alexandrinae episcopo, missus est in Indiam, ~~ubi~~ ut Christum apud Brachmanas, ~~et~~ illius gentis philosophos praedicaret.

De ~~Clement~~ Pantaeni scriptis pauca admodum habet Eusebius, qui nullum ex eis nominatim laudat, idque notat et

S. Maximus in Prologo ad S. Dionysii Opera.

Καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόνους ἀνέγραψεν (Εὐσέβιος,) οὔτε τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος, πλὴν δύο, καὶ μόνων ἐπιστολῶν.

Item nec Pantaeni scripta ~~opera~~ recensuit (Eusebius) nec Romani Clementis opera, praeter duas, ~~t solas~~ easque solas epistolas.

Hieronymus scripsisse ait Pantenum, multos in sanctam scripturam commentarios. Pantaenum ipsum adlegat Anastasius Sinaita, cujus locum ~~supra~~ exscripsi cum de Justino sermo foret. Eum memorant etiam Alexander Hierosolymorum episcopus apud Eusebium, tum et Eusebius ipse in Chronico, itemq. Hermannus Contractus, quorum omnium verba de Clemente Alexandrino agens exhibui.

Papiam Hierapolitanum Episcopum vetustissimis Ecclesiae Scriptoribus connumerat, et Ignatio Theophoro aequalem facit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 36.

Καθ' ὃν ἐγνωρίζετο Παπίας, τῆς ἐν Ἱεραπόλει Παροικίας καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος, ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος, καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων.

(margin: v. Tib. 45. not. 3 rab. 428.)

Quo tempore clarebat Papias, Episcopus et ipse Hierapolitanae Ecclesiae, vir per omnia disertus imprimis, et in Scripturis versatus.

Joannem Apostolum a Papia fuisse auditum satis manifeste indica[illegible] Irenaeus in loco infra exscribendo, ubi Joannem sine ullo addito nom[illegible]nans, non alterum nonnisi sanctum hujus nominis Apostolum se inte[illegible]ligere designat. Papiae Evangelium suum dictasse Joannem, inquit auctor incertus in ea, quam vulgavit Cordier, Catena in Joannis Evangelium. (in prooem.) Joannis+ auditor Papias dicitur etiam ab Anastasio Sinaita, cujus verba de Justino loquens adduxi, ab Andrea Caesariensi, et Oecumenio, in locis postea exhibendis, itemque ab Usuardo, Adone, aliisque in Martyrologiis. His itaque adsentiendum existimarunt Grabe, (Grabe; Spic. SS. Patr. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. Papias Episcopus Hierapolitanus) Tillemont, (Tillemont; Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. Not. sur Saint Papias note 1. que Papias a esté discip. de l' Apostre S. Jean.) aliique, quorum judicio subscribendum censeo. Aliter sensisse videtur Eusebius, et Papiam Joannis alterius tantum Joannis presbyteri auditorem putasse. Sed et Joannem Apostolum a Papia auditum diserte non negat Eusebius, nec negasse visus est Hieronymo, qui in libro de Ecclesiasticis Scriptoribus, Eusebii vestigiis semper insistit. Ita sane loquitur ipse

(margin: + Evangelistae)

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorū Capite 9.

... Et nonnulli putant duas memorias Joannis evangelistae esse super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, disseremus.

Deinde Papiam Joannis simpliciter auditorem vocat, et tantum notat duos ab illo Joannes distingui. Joannis Evangelistę auditorem, Papiam ipse vocat

Eusebius in Chronico anno Domini 101. Olympiade 219.

Post quem, auditores ejus (Joannis Evangelistae) insignes fuerunt Papias Jeropolitanus Episcopus, et Polycarpus Smyrnaeus, et Ignatius Antiochenus.

Quibus, Eusebii sensum a Hieronymo fideliter expressum, hisce prae[illegible]

ex his, quae habet.

Georgius Syncellus in Chronographia Anno mundi 5597. Christi 97.

Μεθ' ὃν, Παππίας Ἱεραπολίτης, καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος, ἀκουσταὶ αὐτοῦ (Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου) ἐγνωρίζοντο.

Post quem, Papias Hierapolites, et Polycarpus Smyrnensis Episcopus auditores ejus (Joannis Apostoli) claruerunt.

Haec ex Eusebio petita esse vix quisquam ambigere potest. Hieronymi verba decurtavit

S. Tiro Prosper in Chronico.

... Post quem, Papias Hierapolitanus Episcopus, Polycarpus Smyrnaeus, et Ignatius Antiochenus. +

(margin: + Joannis presbyteri Papiā meminisse notat etiam Beda in Expositione in Joannis Epistolam II. versiculum 1. Cujus (Joannis presbyteri) etiam Papias auditor apostolorum, et in Hierapoli episcopus, in opusculis suis saepe meminit.)

Martyrium Pergami Papiam obiisse refert +

Chronicon Paschale 235. Olympiade

Καὶ ἐν Περγάμῳ δὲ ἕτεροι (μαρτυροῦσιν) ἐν οἷς ἦν καὶ Παπίας καὶ ἄλλοι πολλοί, ὧν καὶ ἔγγραφα φέρονται τὰ μαρτύρια.

Sed et in Pergami alii (martyrium oppetierunt,) in quibus fuit Papias, cum aliis pluribus, quorum martyria scriptis tradita extant.

Quinque tantum libros scripsisse videtur Papias, quos memorat, et quorū titulum indicat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 39.

Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται, ἃ καὶ ἐπιγέγραπται Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως.

Papiae vero quinque numero libri feruntur, quorum titulus est: Expositio oraculorum Domini.

Ex horum librorum prooemio fragmentum servavit

Idem loco citato.

Αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀκροατὴν μὲν, καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων ἐμφαίνει· παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει δι' ὧν φησὶ λέξεων· „οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον, καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις διαβεβαιούμενος etc. V. Euseb. edit. Taurin. p. 114.

At vero Papias ipse in prooemio librorum suorum, auditorem se, et spectatorem se non fuisse sanctorum Apostolorum designat: ab eorum vero discipulis, quae ad fidem pertinent accepisse se docet his verbis: „ Nec pigebit ea, quae quondam a senioribus recte didici, et recte memoriae mandavi, interpretationibus meis interserere, veritatem

illorum auctoritate confirmans. „Non eos sectatus sum, ut plures faciunt, qui multa dicerent, sed eos, qui vera docerent: non illos, qui aliena praecepta, sed qui Domini mandata a Domino fidelibus tradita, atque ab ipsa veritate profecta memorarent. Quod si quis aliquando in aliquem incidissem, qui cum senioribus versatus foret, eum percontabar, quae quid seniores ipsi dixissent, quid Andreas, quid Petrus pronunciasset, quid Philippus, quid Thomas, + quid Joannes, quid Matthaeus, quidve alius ex Domini discipulis: quaenam Aristion, et Joannes presbyter discipuli Domini, effata protulissent. Non enim quae libri tradunt, mihi puta censebam mihi tantum profutura, quantum quae ex hominum superstitum viva voce accepissem.„ Ubi observandum est etiam bis a Papia Joannis nomen proferri. Et priorem quidem Joannem, una cum Petro, Jacobo, et Mattheo, caeterisque Apostolis recenset, Evangelistam hujus nominis aperte indicans. Alterum vero Joannem, adhibita sermonis distinctione, extra Apostolorum numerum cum aliis collocat, Aristionem ei praeponens, ipsumque diserte presbyterum vocans.

+ quid Jacobus,

Paucis interjektis de duobus viris, aetate, et Joannes nomine paribus, ad Papiae libros revertitur

Idem loco citato.

Καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας, τοὺς μὲν τῶν Ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι: Ἀριστίωνος etc. V. Euseb. edit. Taurin. p. 114.

Et Papias quidem modo laudatus, Apostolorum dicta ab ipsorum familiaribus accepisse se profitetur: Aristionis vero, et Joannis presbyterum auditorem fuisse se dicit. Hos igitur pluries nominatim memorans, traditiones, quas ab illis acceperat, suis in scriptis exponit. Et haec non superflue a nobis dicta sint. Sed operae praetium fuerit ad adlatis Papiae dictis alia ejusdem verba subjungere, quibus mirabilia quaedam aliaque refert, tanquam ex traditione a se accepta. Philippum quidem Apostolum una cum filiabus Hierapoli commoratum esse, superius docuimus. Sed quod Papiam, qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quandam a Philippi filiabus narrationem se audivisse se referat, hic monendum est. Narrat enim mortuum Philippi etate, surrexisse: et rursus aliud miraculum refert de Justo, cognomento Barsaba; quod nempe cum lethale poculum ebibisset, nullum exinde, Divina gratia, detrimentum acceperit.

In primo Papiae ~~libro~~ operis libro, ~~hoc~~ id hoc, quod Grabe praeteriit, dictum ~~refert~~ scriptum refert

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Co Areopagitae de Coelesti Hierarchia Caput II. §. 5.

Ἢ (παῖδα καλεῖ Τιμόθεον) ἐπειδὴ

Vel (filium vocat Timotheũ)

Cod. S. Marci διὰ Θεόν.

ᾗ τοὺς κατὰ Θεὸν ἀκακίαν ἀσκοῦντας; παῖδας ἐκάλουν, ὡς καὶ Παπίας δηλοῖ βιβλίῳ πρώτῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων· καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ παιδαγωγῷ.

quoniam eos, qui simplicitatem exercebãt, quae secundum Deum est, pueros vocabant, sicut et Papias declarat, in Libro primo Dominicarum expositionum, itemque Clemens Alexandrinus in Paedagogo.

+ adseruit Papias

Millenariorum errorem + in quarto operis suo libro, quem adlegat

S. Irenaeus Contra Haereses Libro V. Capite 33. §. 3. et 4.

Presbyteri meminerunt, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab illo eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, et dicebat: Venient dies, in quibus vineae nascentur, singulae decem millia palmitum habentes, et in uno palmite dena millia brachiorum, et in uno vero palmite dena millia flagellorum, et in unoquoque flagello dena millia botruum, et in unoquoque botro dena millia acinorum, et unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini. Et cum eorum aliquis apprehenderit sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter et granum tritici decem millia spicarum generaturum, et unamquamque spicam habiturũ decem millia granorum, et unumquodque granum quinque bilibres similae clarae mundae: et reliqua autem poma, et semina, et herbam, secundum congruentiam iis consequentem. Et omnia animalia, iis cibis utentia, quae a terra accipiuntur, pacifica, et consentanea invicem fieri, subjecta hominibus cum omni subjectione.

leg. vero brachio.

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνὴρ ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.

Haec autem et Papias Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per scripturam testimonium perhibet in quarto librorum suorum; sunt enim illi quinque libri conscripti. Et adjecit dicens: „Haec autem credibilia sunt credentibus.„ Et Juda, inquit, proditore non credente, et interrogante: Quomodo ergo tales geniturae a Domino perficientur? dixisse Dominum: Videbunt qui venient in illa.

Erroneam Papiae sententiam de eduliis electorum choro divina virtute parandis, memorat etiam

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae de Coelesti Hierarchia Caput 7. §. 2.

Ταῦτα φησὶν (Διονύσιος) αἰνιττόμενος, οἶμαι, Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως τῆς κατ᾽ Ἀσίαν τότε γενόμενον ἐπίσκοπον, καὶ συνακμάσαντα

Haec ait (Dionysius) respiciẽs, ut puto, ad Papiam, qui tunc Hierapoleos in Asia erat Episcopus, et Divini Joannis Evangelistę

τα τῷ θείῳ Εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ. Οὗτος γὰρ ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν κυριακῶν ἐξηγήσεων, τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαύσεις.

temporibus floruit. Hic enim Papias, in ~~le~~ quarto divinarũ expositionum libro, ait fore in resurrectione voluptates, quae percipiuntur ex cibis. ✝

✝ Papiae preter alios adsentitus est Commodianus, ut notat Gennadius in Catalogo illustrium virorum Capite 15. Tertullianum, et Lactantium, et Papiae ... auctores ... ... docere ... ... voluntariae pau... ... optime prosecutus ... ... errore Mil... ... ... ut ait ...

Papiam ob sententiam ~~illam~~ de terreno Christi regno reprehendunt, auctor libri de dogmatibus Ecclesiasticis, et Photius ex Stephano Gobaro, quorum loca, de Irenaeo cum dicerem retuli; itemque

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 39.

Καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ὡς ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας + τοῦ σωτῆρος, καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ, ~~καὶ~~ καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. Ἐν οἷς, καὶ χιλιάδα τινά φησὶν ἐτῶν ἔσεσθαι, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 119. a.

+ παραβολὰς

Sed et alia idem scriptor refert, tamquam a se ex traditione nudae vocis accepta, novasque Servatoris parabolas quasdam, ejusque predicationes, et alia, fabulis prope quae ad fabulas propius accedunt. In quibus illud est, quod ipse ait, mille annorum spatium, post corporum resurrectionem futurum, quo Christi regnum corporaliter hac in terra permaneat. Quae excogitasse arbitror Papiam, ~~cum~~ quod male Apostolicas narrationes acceperit, et quae ab illis figurate, et mystice dicebantur, non intellexerit. Valde enim exilis ingenio ~~fuit~~, apparet, ut ex libris ejus conjicere fas est: plurimos tamen post ipsum Ecclesiasticos Scriptores, qui ~~se~~ pro se hominis vetustatem adlegant, in eamdem sententiam induxit: quemadmodum Irenaeum, et si quis autor alius opinionis illius fautor prodivit. Alias quoque supra memorati Aristionis, in opere suo, divinorum sermonum enarrationes exponit, nec non traditiones Joannis presbyteri. ~~Atque~~ Atque, studiosis ad illas remissis, ~~verb~~ Papiae verbis superius adlatis, traditionem, ~~quam~~ quam de Marco Evangelista commemorat, hic necessario subnectemus, ita se habentem: „Ajebat etiam Presbyter ille: Marcus qui ~~Petri~~ interpres Petri fuit, ea, quae memoriae mandaverat, adcurate conscripsit; non tamen ordine disposuit, quae Christus dixerat, aut perpetraverat. Neque enim Dominum audivit, neque ipsum sectatus est sed postea cũ Petro, ut ~~divus~~ dixi, versatus est, qui ad audientium utilitatem, non vero ut sermonum Domini historiam contexeret, doctrinam Christi praedicabat. Itaque non peccavit Marcus, qui nonnulla ita conscripsit, prout ipsorum meminerat. Unum enim curavit, ~~ut~~ ne quid ex his, quae audiverat, praetermitteret, aut ne quid in illis narrandis, falsi proferret." Haec igitur de Marco narrat Papias.

Papiam de Marco scribentem; postquam historiam de ejus Evangelio retulisset, quam exscripsi, cum de sexto Hypotyposeon Clementis Alexandrini agerem; adlegat etiam

Idem loco citato Libro II. Capite 5.

Συνεπιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ (Κλήμεντι) καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, ὀνόματι Παπίας.

~~Cui testis adest Clem Huic~~ autem (Clementi) testis adcedit etiam Hierapolitanus episcopus, cui nomen, Papias.

Eadem fere verba habet incerti auctoris

Commentarium in Evangelium secundum Marcum.

[Ex Cod. Naniano fol. 218. col. 1. B.]

Σὺν ~~ἐπι~~ἐπιμαρτυρεῖται δὲ αὐτῷ (Κλήμεντι) καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, ὀνόματι Παπίας.

Sed et Hierapolitanus episcopus nomine Papias, idem cum illo (Clemente) testatur.

~~Ad~~ Historiam illam ex Eusebio hauserunt Hieronymus, et Syncellus, Clementemque, et Papiam ejus testes adlegarunt, in locis, quae de Clemente Alexandrino agens exhibui. Ita et

Beda in Prologo Expositionis in Marcum.

Cui (Clementi) simile dat testimonium etiam Hierapolites Episcopus, nomine Papias, qui et hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua, quam de urbe Roma scripsit, meminerit Marci, in qua tropice Romã Babyloniam nominarit, cum dicit: „Salutat vos ea Ecclesia, quae in Babylone electa est, et Marcus filius meus."

Haec a ~~Pat~~ Papia scripta esse, a Rufini version male ait Beda, a Rufini versione deceptus. Eusebii locum recte explicat Valesius. Aliud Papiae fragmentum de Matthaeo servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 39.

Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται „Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος." Κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις, ἐ διαβληθείσης

De Matthaeo autem haec ait: „Matthaeus quidem Hebraeo sermone, divina oracula conscripsit, quae unusquisque prout potuit, interpretatus est." Usus vero est Papias ipse, testimoniis ex prima Joannis epistola, et ex priore itidem Petri desumptis. Aliã quoque refert historiam de muliere, multorum criminum coram

mei, nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam expri=
mere venustate.

Papias Presbyter Achaiae.

Profligatos a Papia Achaiae presbytero Valesianos dicit au=
ctor scripti, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 32.

Hos (Valesianos) Papias presbyter Achaiae obtinuit.

S. Perigenes.

Perigenem Argus episcopum contra Sethianos dimicasse di=
cit auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 19. (p. 471. D.)

Contra quos (Sethianos) suscepit Sanctus Perigenes Argus civita=
tis Antistes, ostendens eis de uno sancto, vero, et justo Isaac duos
natos geminos, uno pariter utero editos; unum ad superiora divinae
Cod. Aug. ambo sic quod sunt D. damnati. gratiae penetrasse, alium ad inferiora inferi devenisse. „Unum ita=
que e duobus; inquit, aut naturae malae sunt filii, et ambo pro id
quod sunt nati, damnandi sunt: aut naturae bonae sunt, et pro facti
sui qualitate, juste alium benedictio coronavit, alium maledictio conde=
mnavit.“ Haec, et his similia adserente Sancto Perigene, aliquanti
credentes conversi sunt ab errore hoc pessimo;- non credentes autem, nec
convertentes, gladio sunt anathematis amputati.

Philippus Gortynae Episcopus.

Philippum Gortynensem Episcopum, Marcionis oppugnatorem, memorat Eusebius duobus in locis, quorum alterum de Dionysio Corinthiorum Episcopo, alterum de Modesto agens adduxi. Locum item Theodoreti, quo Philippi hujus mentionem facit, exhibui cum de Modesto dicerem. Rursus Philippum ipsum commemorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV.
Capite 25.

Φίλιππός γε μὴν ὃς ἐκ τῶν Διονυσίου φωνῶν τῆς ἐν Γορτύνη Παροικίας ἐπίσκοπον ἔγνωμεν, πάνυ γε σπουδαιότατον πεποίηται καὶ αὐτὸς κατὰ Μαρκίωνος λόγον.

Sed et Philippus, quem ex Dionysii verbis, Sortynensis Ecclesiae Episcopum fuisse didicimus, luculentum omnino ⁎ contra Marcionem opus et ipse conscripsit.

De eodem Philippo haec habet Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. script. Eccl. Cap. 30.) = Philippus, Episcopus Cretensis, hoc est, [urbis] Gortyne, cujus Dionysius in Epistola sua meminit, quam scripsit ad ejusdem civitatis ecclesiam, praeclarum adversum Marcionem edidit librum; temporibusque M. Antonini Veri, et L. Aurelii Commodi claruit. =

Philo.

Alogos haereticos a Philone episcopo debellatos narrat, seu fabulatur auctor operis, quod inscribitur:

Praedestinatus Libro I. Capite 30.

+ (Alogos) Hos+ Philo Episcopus saepe superavit.

Philo, Cajus, et Agathopodes.

Licet Ignatiũ Martyrẽ, qui secundo saeculo non multos egit vitae annos, inter scriptores seculi ejusdem referre noluerim, Philonem tamen, et Cajum; si quis unquam hujus nominis extitit Ignatii Discipulus; atque Agathopodem, sive Agathopum, seu qui Ignatio ipsi superstites fortasse fuerunt, scriptoribus illis adcensere, aequum putavi. Hos igitur, Actorum Ignatii germanorum, vel postremae saltem ≠ eorum partis, auctores suspicatur Usserius, quem et alii sequuti sunt. (Ruinart. Till. 197.) Attamen primam potius Actorum illorum partem genuinam, et antiquissimam existimat Grabe; (Grabe, Spic. SS. Patr. ut et Haeret. Sec. post Christ. nat. I. II. et III. Sec. II. S. Ignatius Martyr. p. 22.) postremam vero spuriam, et ab interpolatore aliquo adsutam. Quam sententiam non contemnendis rationibus adserit. Philonem, et Agathopodem, sive Agathopum sectatores suos ipse memorat

S. Ignatius in Epistola ad Smyrnaeos. (p. 23.)

Φίλωνα, καὶ Ῥέων Ἀγαθόπουν, οἵ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατο ὑποδεξάμενοι, ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ. Οἵ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ ἡμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Leg. ὑμῶν

Philonem, et Reum Agathopodem, qui me sectati sunt in verbum Dei, bene fecistis suscipientes, ut ministros Christi Dei. Qui et gratias agunt Domino pro vobis, quod illos quiescere feceritis secundum omnem modum.

Haec retuli prout habentur in Codice Mediceo, et in editione Aldrich. Vossii autem editio habet: Φίλωνα, καὶ Ῥέον, καὶ Ἀγαθόπουν = Philonem, et Reum, et Agathopodem: = et fuere qui pro Reo, Cajum legerent, tertium ex illo Ignatii discipulum facientes. Attamen Reum Agathopum, unam, eamdemque personam esse, probant Vossius, et Aldrich, ex Ignatio ipso. Ita enim loquitur

Idem in Epistola ad Philadelphienses.

Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ Διακόνου ἀπὸ Κιλικίας ἀνδρὸς μεμαρτυρημένου· ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ Θεοῦ ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ· ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ ἀποταξάμενος τῷ βίῳ. Οἵ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν, κἀγὼ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτοὺς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ Κύριος. Οἵ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς, λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

De Philone autem Diacono Cilice, viro comprobato, qui et nunc in verbo Dei ministrat mihi una cum Reo Agathopode viro electo, qui a Syria me sequitur abrenuncians saeculo. Qui et testificantur vobis, et ego Deo gratias ago pro vobis, quoniã suscepistis eos, sicut et vos Dominus. Qui autem inhonoraverunt illos liberentur in gratia Jesu Christi.

Philonem rursus memorat

Idem in Epistola ad Smyrnaeos.

Leg. ὤν. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὤν.

Salutat vos Philo, qui mecum est.

Agathopodem Ignatii discipulum, pro Pearson, (Pater) et Grabe, (Grabe Idem, l. c. Valentinus Haeresiarcha) eumdem suspicantur cum illo, ad quem scripsit Valentinus, ut patet ex his, quae habet

Clemens Alexandrinus Stromatum Libro I. Capite 7.

Οὐαλεντῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ.

Valentinus autem in Epistola ad Agathopodem.

Philonis et Agathopodis meminit etiam

Pseudo-Ignatius in Epistola ad Tarsenses.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων ὁ διάκονος ὑμῶν, ᾧ καὶ ἐγὼ εὐχαριστῶ, σπουδαίως ὑπηρετουντί μοι ἐν πᾶσιν. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀγαθόπους ὁ διάκονος, ὁ ἐκ Συρίας, ὃς ἀκολουθεῖ μοι ἐν Χριστῷ.

Salutat vos Philo diaconus vester, cui et ego gratias ago, diligenter mihi in omnibus ministranti. Salutat vos Agathopodes diaconus ex Syria, qui me sequitur in Christo.

Rursus eosdem memorat

Idem in Epistola ad ~~Antiochenos.~~ Philippenses.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Φίλων, καὶ Ἀγαθόπους οἱ διάκονοι.

Salutant vos Philo, et Agathopode diaconi.

S. Pinytus.

Pinytum Gnossiae urbis Episcopum ~~sub~~ M. Aurelio Antonino imperante floruisse dicunt Eusebius, Prosper, et Hermannus Contractus, quorum loca produxi cum de Dionysio Corinthiorum Episcopo dissererem, itemque

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 163.

Theophilus sextus Antiochenae Ecclesiae floruit, et Pinitus Cretensis Gnosiae urbis episcopus.

Epistolam Pinyti ad Dionysium Corinthi Episcopum commemorat Hieronymus his verbis: (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 27.) = Pinytus Cretensis, Gnossiae urbis episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthi Episcopum valde elegantem epistolam, in qua docet, non semper lacte populos nutriendos, ne quasi parvuli ab ultimo occupentur die, sed et solido vesci debere cibo, ut in spiritualem proficiant senectutem. Et hic, addit Hieronymus, sub M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo floruit. = Epistolae illius fragmentum ~~servavit~~ meminit etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 23.

Πρὸς ἣν (ἐπιστολὴν) ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων θαυμάζει μὲν, καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύσιον· ἀντιπαρακαλεῖ δὲ στεῤῥοτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις, τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. Δι' ἧς ἐπιστολῆς καὶ ἡ τοῦ Πινυτοῦ περί τε τὴν πίστιν ὀρθοδοξία τε, καὶ φροντὶς τῆς τῶν ὑπηκόων ὠφελείας, τό τε λόγιον, καὶ ἡ περὶ τὰ θεῖα σύνεσις, ὡς δι' ἀκριβεστάτης ἀναδείκνυται εἰκόνος.

Cui (epistolae) respondens Pinytus, miratur quidem, probatque Dionysium, sed tamen hortatur ut solidiorem cibum tandem impertiatur, subjectumque sibi populum, rursus perfectioribus litteris alat, ne continue lacteis innutriti sermonibus, in infantili disciplina senescentes homines delitescant. Ex ~~qua~~ hac porro ex hac epistola, tum recta Pinyti fides, tum ejus sollicitudo de commissae sibi plebis profectu, tum etiam eloquentia, et divinarum rerũ peritia, tamquam ex absolutissima imagine dignoscere licet.

~~At~~ Alterum Eusebii locum, quo Pinyti mentio fit, jam de Modesto cum agerem retuli. Pinyti nomen occurrit apud Usuardum, Adonem, aliosq. itemque ~~et~~ in Martyrologio Romano, die Octobris decima, ubi haec de illo leguntur: = In Creta insula, B. Pinyti inter Episcopos nobilissimi. Hic Gnosiis urbis episcopus, sub M. Antonino Vero, et L. Aurelio Commodo floruit, et in scriptis suis, velut in quodam speculo, viventem sui reliquit imaginem. =

Polycarpus

De prima Polycarpi aetate nil certo adfirmare licet, cum sileant hac de re veteres, nec fidem mereantur [illegible] fabulosa Polycarpi historia, Pionio falso tributa. (J.A. Fab.) Hoc tantum constat, Apostolis ipsum audivisse, et praecipue Joannem Evangelistam, condiscipulum autem habuisse Ignatium, quod testatur

[illegible] Ignatii [illegible] III. (Cap. 13.)

Ἐπειδὴ (Ἰγνάτιος) τὸν [illegible] [illegible] συναπὸ [illegible] [illegible] ἀποστόλου [illegible] [illegible] καὶ [illegible] [illegible] χαρίσματος, καὶ τοῖς δεσμοῖς [illegible] καυχώμενος [illegible] τῇ αὐτοῦ προθέσει, [illegible] καὶ [illegible] τὰς ἐκκλησίας· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων [illegible] τῆς Ἀσίας πόλεις, καὶ ἐκκλησίαις, πάντων [illegible] πρὸς αὐτὸν, εἴπως μέρος [illegible] λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

[illegible] Polycarpum [illegible] vere properavit (Ignatius,) Smyrnaeorum Episcopum, et [illegible] [illegible] cum sancti Apostoli Joannis discipulo. Apud quem diversatus, cum spiritualium donorum participem eum effecisset, suisque vinculis gloriatus esset, ~~hortatus est~~ illum ut se in suo proposito adjuvaret, et maxime quidem Ecclesiam universam communiter hortatus est, (Asiae enim urbes, et Ecclesiae per Episcopos, et presbyteros, et diaconos, sanctum salutabant cunctis ad ipsum festinantibus ut partem aliquam spiritualibus gratiae perciperent.) seorsim vero sanctum Polycarpum, ut citius per feras, e conspectu mundi sublatus, ante faciem Christi prodiret.

[illegible] Ignatii ad Polycarpum Epistola, quam his verbis memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 36.

Τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων Ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ Ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν

Ad Philadelphienses [illegible] litteras misit, atque ad Smyrnaeorum Ecclesiam, et privatim ad Polycarpum eorum Antistitem; quem cum Apostolicum virum esse probe nosset, Antio-

αὐτοῦ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος, καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν.

chenum illi gregem [illegible] bonus, et fidelis et bonus pastor, commendavit, et rogans ut sollicite de [illegible] [illegible].

Et jam paulo antea, de Ignatio [illegible] Polycarpum nominaverat

[illegible] [illegible]

Οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει.

Itaque cum Smyrnam venisset, ubi erat Polycarpus, unam quidem ad Ephesiorum Ecclesiam scripsit epistolam.

Polycarpi, [illegible] ipse meminit

[illegible] Ignatius in Epistola ad Smyrnaeos.

Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον. +

Saluto Deo dignum Episcopum.

> * Quaedam hic addenda vide pag. 101. num. 1.

Ab illis [illegible] Smyrnae Episcopus constitutus Polycarpus, ut testatur

[illegible] contra Haeres. [illegible] III. Capite 3 n. 4

Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος.

Sed et Polycarpus non solum ab Apostolis eruditus, et conversatus cum multis ex iis, qui Christum viderant, verum etiam ab Apostolis in ecclesia Smyrnensi [illegible] constitutus episcopus.

> + ex ejusdem Ecclesiae traditione

Polycarpum [illegible] Ecclesiae praesulem datum, + scribit [illegible] paulo [illegible]

[illegible] Haereticorum [illegible] 32.

[illegible] ab Joanne conloca[illegible]

Ab iis, qui [illegible] viderant [illegible] Episcopum designatum ~~ordinatum~~ fuisse aut etiam

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 36.

Διέπρεπέ γε μὴν κατὰ τούτους ἐπὶ τῆς Ἀσίας τῶν Ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν, καὶ ὑπηρετῶν τοῦ Κυρίου

His temporibus in Asia insignis habebatur Polycarpus Apostolorum discipulus, qui ab iis, qui Dominum viderant, eique ministri erant, Smyrnensis Ecclesiae Epis-

τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. | copatum acceperat.

Utrum Polycarpus primus Smyrnae episcopus fuerit, adeoque utrum ad illum referenda sint, quae de Angelo Smyrnensis Ecclesiae in Apocalypsi leguntur, incertum plane est. [illegible], Bucolum quemdam Polycarpi antecessorem facit. Polycarpi historia Pionio tributa, Boucolo praeponere videtur Strataeam. ~~Timothei fratrem~~. Constitutiones Apostolicae, Strataeae praemittunt Aristonem, quem primum Smyrnae Episcopum vocant, Aristonem vero alterum ejusdem Strataeae successorem faciunt. Ampellem quemdam ante Polycarpum ponit

S. Dorotheus Episcopus Tyri De septuaginta Domini discipulis.

Ἀμπέλης, οὗ καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους μέμνηται ὁ Ἀπόστολος, ὃς καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος Σμύρνης ἐγένετο πρὸ τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου.

Ampelles, cujus itidem meminit Apostolus in Epistola ad Romanos, et qui Smyrnae ante Sanctum Polycarpum episcopus fuit.

In tanta rerum obscuritate praestat ab judicio ferendo abstinere. Tantum monere placet doctissimum Le Quien in Oriente Christiano dum Smyrnae Episcopos recenset nimis tribuere auctoritati qui nu[illegible] [illegible] qui Polycarpi historiam Pionio perperam adscriptam [illegible]. Ab Irenaeo Polycarpum fuisse auditum patet constat tum ex his, quae dixi cum de Irenaeo ipso dissererem, tum ex his, quae narrat

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 35.

Constat autem, Polycarpi, cujus supra fecimus mentionem, sacerdotis, et martyris hunc (Irenaeum) fuisse discipulum.

Polycarpum a se visum dicit ipse

S. Irenaeus Contra haereses Libro III. Capite 3. §. 4

Ὃν (Πολύκαρπον) καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ· ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος ἐνδόξως, καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου, ταῦτα διδάξας ἀεὶ, ἃ καὶ παρὰ τῶν Ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ Ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. ~~Τούτοις~~ Μαρτυροῦσι τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολύκαρπον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον, καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα, Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος, καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων.

Quem (Polycarpum) et nos vidimus in prima nostra aetate; multum enim perseveravit, et gloriose, ac nobilissime martyrium passus, ex vita migravit, cum haec semper docuisset, quae et ab Apostolis didicerat, quae et Ecclesia tradit, quae sola vera sunt. His testimonium perhibent omnes, quae in Asia sunt Ecclesiae, et qui usque adhuc Polycarpo successerunt; qui vir multo majoris auctoritatis, et firmior veritatis testis est, quam Valentinus, et Marcion, ac caeteri, qui prava sentiunt.

Ob controversiam de Pascha, ut testatur Irenaeus apud Eusebium, cujus verba retuli cum de Irenaeo ipso loquerer, Romam venit Smyrnaeus ~~sub~~ Polycarpus, sub Aniceto Pontifice. ~~anno~~ Quo anno id fuerit definire non licet, neque hoc manifeste indicat

Eusebius in Chronico anno Domini 160. Olympiade 234.

Romanae Ecclesiae episcopatum X. tenet Anicetus an. X. sub quo Polycarpus Romam veniens, multos ab haeretico errore correxit.

Similia habet

S. Prosper in Chronico.

Romanae ecclesiae episcopatum X. suscipit Anicetus, annis X. sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab haeretico errore correxit.

Eadem habet

Ado in Chronicorum Breviario anno Aetate sexta, anno Christi 141

Polycarpus auditor beati Joannis, Romam veniens multos ab haeretica labe castigavit, qui Valentini, et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti.

Quae ~~ex~~ exscripsit

Beda de sex aetatibus mundi Aetate sexta, anno ~~Chri~~ mundi 4090

Polycarpus Romam veniens, multos ab haeretica labe castigavit, qui Valentini et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti

Consonat

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5640. Christi 140.

Ἐπὶ τούτου (Ἀνικήτου) Πολύκαρπος ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς ἐξ αἱρέσεως μετήγαγεν.

Sub hoc (Aniceto) Polycarpus Romae multis, ut ab haeresi resipiscerent ~~fecit~~ auctor fuit.

Quide [illegible]

[illegible] 5653. anno mundi 5653. Christi 153.

[illegible] Πολύκαρπος [illegible]

Pertinax exercitus dux erat. sub quo Polycarpus Romae fuit.

Plura habet

Chronic. Paschale 234. Olympiade.

Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος, ἀνὴρ θαυμάσιος, καὶ τῶν Ἀποστόλων ἀκουστὴς, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐπίσκοπος καταστὰς, ἔτι περιὼν ἐν τῷ βίῳ, γενόμενος ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπισκόπου διὰ ζήτημα περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς πολλοὺς τῶν ἀπὸ Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος αἱρετικῶν τῷ τοῦ Χριστοῦ ὑγιεῖ λόγῳ ἐπέστρεψε.

Polycarpus Smyrnae Episcopus, vir admirandus, et Apostolorum auditor, immo etiam ab illis Episcopus constitutus, adhuc vita superstes, cum Romã venisset sub Aniceto episcopo, ob quaestionem de Paschae festo, multos ex haereticis Valentini, et Marcionis sectatoribus, sano Christi verbo convertit.

Licet Eusebius, ut nuper dixi, Polycarpum ob quaestionem, quae de Pascha exorta erat, Romam venisse scribat, Irenaeum testem adlegans, id tamen non dicit

S. Irenaeus Contra haereses Libro III. Capite 3. §. 4.

Οὗτος (Πολύκαρπος) καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν, καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην.

Qui (Polycarpus) cum sub Aniceto Romam venisset multos e supra dictis haereticis convertit ad Ecclesiam Dei, unam hanc, et solam veritatem ab Apostolis accepisse se praedicans, quam et Ecclesia tradit.

[illegible] Eusebius, [illegible] synodum de Paschali controversiam de Pascha Romae ab Aniceto, fuisse congregatam ait

Synodicon Vetus Capite 4.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ, τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου Ἀνικήτου, τοῦ ταύτης Πάπα, καὶ Πολυκάρπου ἱερομάρτυρος ἐπισκόπου Σμύρνης, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δέκα.

Synodus Divina, et sacra, provincialis, Romae celebrata ab a beatissimo Aniceto, ejusdem urbis Papa, et Polycarpo sancto martyre episcopo Smyrnensi, aliisque episcopis decem.

Perperam, et nulla temporum ratione habita, Polycarpum Victoris Romani Pontificis aequalem facit

Sozomenus Historiae Ecclesiasticae Libro VII. Capite 19.

Σοφώτατα δέ πως οἶμαι καταλῦσαι τὴν συμβᾶσαν πάλαι περὶ ταύτης (ἑορτῆς) φιλονεικίαν τοὺς ἀμφὶ Βίκτορα τὸν τότε τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ Πολύκαρπον τὸν Σμυρναῖον. Ἐπεὶ γὰρ οἱ πρὸς δύσιν ἱερεῖς οὐκ ᾤοντο δεῖν Παύλου, καὶ Πέτρου τὴν παράδοσιν ἀτιμάζειν· οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας Ἰωάννῃ τῷ Εὐαγγελιστῇ ἀκολουθεῖν ἰσχυρίζοντο· τοῦτο κοινῇ δόξαν, ἕκαστοι ὡς εἰώθεσαν ἑορτάζοντες τῆς πρὸς σφᾶς κοινωνίας οὐκ ἐχωρίσθησαν· εὔηθες γὰρ, κατὰ μάλα δικαίως ὑπέλαβον, ἐθῶν ἕνεκεν ἀλλήλων χωρίζεσθαι, περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας συμφωνοῦντες.

Controversiam, quae de hoc (festo) olim incidit, sapientissime dissolvisse mihi videntur, victor, qui tunc Romae erat episcopus, et Polycarpus Smyrnaeus. Nam quoniam * sacerdotes illi unanimiter existimabant, + Petri, et Pauli traditionem contemnendam non esse, Asiani vero Joannem Evangelistam sequi quoquis pacto volebant; id ex communi consensu placuit, ut singuli festum prout consueverant celebrantes, a mutua communione non discederent; stultum enim perquã recte censebant consuetudinum causa a se invicem separari eos, qui de praecipuis religionis capitibus concorditer sentiebant.

* Occidentales
\+ Pauli, et

In eumdem errorem lapsus videtur

S. Epiphanius adversus haereses Libro III. adversus haeresim 50. sive 70. Capite 9.

Πολλοῖς φιλολόγοις οὐκ ἄγνωστον ἐν πόσοις καιροῖς θόρυβος ἐκινεῖτο ἐν τῷ Ἐκκλησιαστικῷ κηρύγματι, περὶ τοῦ τῆς ἑορτῆς ταύτης ζητήματος· ἔν τε χρόνοις Πολυκάρπου καὶ Βίκτωρος, ὡς ἡ ἀνατολὴ πρὸς δύσιν διαφερομένη εἰρηνικὰ παρ' ἀλλήλων οὐκ ἐδέχοντο.

Multos eruditos non latet, quam saepe de controversia circa festivitatem illam in Ecclesiastica disciplina, tumultus exortus sit, et quod Polycarpi victorisq. temporibus [illegible] dissidium, ut Oriens et Occidens a se invicem divulsi, mutuas litteras nullas acciperent

Romae fortasse illud accidit, quod narrat

S. Irenaeus Contra haereses Libro III. Capite 3. §. 4.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνι ποτὲ εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι· „ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς; „ ἀπεκρίθη· „ ἐπιγινώσκω

Polycarpus autem ipse cum Marcion aliquando sibi occurrens, dixisset: „Cognoscis nos ?„ respondit:

τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ."

„Cognosco te primogenitum Satanae."

Quae refert etiam

Timotheus presbyter de differentia eorum, qui accedunt ad purissimam nostram Fidem.

Φασὶ τὸν Μαρκίωνα εἰπεῖν τῷ ἁγίῳ Πολυκάρπῳ· „ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς, ὦ Πολύκαρπε;" καὶ Πολύκαρπον εἰπεῖν· „ἐπιγινώσκω σε τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ."

Aiunt Marcionem sancto Polycarpo dixisse: „Agnoscis nos, Polycarpe?" Polycarpum autem respondisse: „Agnosco te primogenitum Satanae."

Ita et

Beda in Expositione in Joannis Epistolam II. Versiculum 10. et 11.

Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: „Agnosce nos:" respondit: „Agnosco, agnosco primogenitum Satanae."

Eundem Polycarpi responsum, Irenaeum ad verbum fere describens, refert

Chronicon Paschale 234. Olympiade

Ὃς (Πολύκαρπος) καὶ Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι· „ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς;" ἀπεκρίθη· „ἐπιγινώσκω σε τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ." ὡς ἱστορεῖ Εἰρηναῖος.

Qui (Polycarpus) cum Marcion aliquando sibi occurrisset atque dixisset: „nosti nos?" respondit: „novi te primogenitum Satanae:" ut refert Irenaeus. +

+ His addendae quae habet Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio

Πολύκαρπος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Σμύρνης, εἰς ὄψιν ἐλθὼν Μαρκίωνι, ἤκουσεν· „ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς, ὦ καλὲ Πολύκαρπε;" ὁ δὲ, „ἐπιγινώσκω σε," ἔφη, „τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ."

Polycarpus Smyrnensis episcopus Marcioni occurrens interrogatus ab eo [illegible] vit: „Agnoscis nos, o bone Polycarpe?" Qui respondit: „Agnosco te primogenitum Satanae."

Aliud ~~Irenaei~~ Polycarpi dictum commemorat

S. Irenaeus Contra haereses Libro III. Capite 3. §. 4.

Καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ (Πολυκάρπου) ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπών· „φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου, τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ."

Et sunt qui audierunt eum (Polycarpum) dicentem, quod Joannes discipulus Domini in Ephesi iens lavari, et videns intus Cerinthum, de balneo non lotus exiliit, dicens: „fugiamus, ne balneum concidat, quod intus sit Cerinthus, veritatis hostis."

Eadem ex Irenaeo refert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 28.

Ὁ δὲ Εἰρηναῖος ἀπορρητοτέρας αὐτοῦ δή τινας τοῦ αὐτοῦ (Κηρίνθου) ψευδοδοξίας ἐν πρώτῳ συγγράμματι τῶν πρὸς αἱρέσεις προσθεὶς, ἐν τῷ τρίτῳ καὶ ἱστορίαν οὐκ ἀξίαν λήθης τῇ γραφῇ παρέδωκεν, ὡς ἐκ παραδόσεως Πολυκάρπου, φάσκων, Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον εἰσελθεῖν ποτε ἐν βαλανείῳ ὥστε λούσασθαι· γνόντα δὲ ἔνδον ὄντα τὸν Κήρινθον, ἀποπηδῆσαί τε τοῦ τόπου, καὶ ἐκφυγεῖν θύραζε, μὴ δ' ὑπομείναντα τὴν αὐτὴν αὐτῷ ὑποδῦναι στέγην· ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ παραινέσαι φήσαντα· „φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ ἔνδον ὄντος Κηρίνθου, τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ."

Irenaeus vero secretiora quaedam ejus (Cerinthi) figmenta in primo librorum contra haereses exposuit; in tertio autem, historiam memoria non indignam scriptis prodit. Ait enim tanquam ex Polycarpi traditione loquens, Joannem Apostolum lavandi causa balneum quondam ingressum, cum Cerinthum intus esse didicisset, e loco se exiluisse, ac profugisse foras, cum eodem [illegible] non sustineret; comitesque suos insuper hortatum esse ut idem facerent, dicens: „fugiamus, ne balneum corruat, cum intus sit Cerinthus, veritatis hostis."

Quae repetit

Timotheus presbyter de differentia eorum qui accedunt ad purissimam nostram Fidem

Φασὶ δὲ ὅτι καὶ ὁ ἅγιος Πολύκαρπος εἶπεν ὅτι ποτὲ λουομένου ἐν βαλανείῳ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, μαθόντος ὅτι καὶ Κήρινθος λούεται, ἀποπηδῆσαι τοῦ τόπου, καὶ φυγεῖν, παραινοῦντος τοῖς μετ' αὐτοῦ· „φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου, τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ, καὶ λάβῃ τοὺς πάντας."

Aiunt dixisse sanctum Polycarpum, quod cum aliquando Joannes Evangelista lavaret in balneo, et Cerinthum pariter lavare didicisset, de ~~balneo~~ loco exilierit, ac fugerit, eosque, qui secum erat, ~~ho~~ et ita hortatus fuerit: „fugiamus ne balneum concidat, ~~cum intus sit~~ omnesque comprehendat, cum intus sit Cerinthus, veritatis hostis."

Idem narrat etiam

Beda in Expositione in Joannis Epistolam II. versiculum 10 et 11.

Narrat enim de illo (Joanne) auditor ejus sanctissimus, et martyr fortissimus Polycarpus Smyrnaeorum antistes, quod tempore quodam apud Ephesum balneas lavandi gratia fuisset ingressus, et vidisset ibi Cerinthum exiliret continuo, et discederet ~~not~~ non lotus dicens: „Fugiamus hinc, ne et balneae ipsae corruant, in quibus Cerinthus lavat se, veritatis inimicus."

Smyrnam reversus, gloriosum Polycarpus martyrium obiit, post annum Christi, ut videtur 160. Romam enim venerat sub Aniceto qui circa eum annum illum Ecclesiam regere coeperat. Omnia subvertere nititur Pearson, ut facile subvertendam sententiam statuat. Vult quippe Polycarpum passum esse anno Christi 147 imperante Antonino Pio. Sententiam [illegible] [illegible] Fabricium, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. cap. 1. § 4.) [illegible] [illegible] Tillemont; (Tillemont, Mem. [illegible] [illegible] Hist. Ecc. Tot. [illegible] Saint Polycarpe note [illegible] [illegible] jour et l'année de son martyre. p. 636. col. 2. fin.) Qui verisimilius autumat anno Christi 166. Polycarpum martyrio vitam consummasse. Idem censet et Noris; sed Scaliger, (Scaliger, ad Euseb. Chron.) Valesius, (Valesius, [illegible]) Le Moyne, (Le Moyne, Proleg. ad Var. Sac. Fab.) Polycarpi martyrium referunt ad annum 167. Userius autem, Pagi, Bucher, Grandami, (Grandami, Chronolog. Christian. Par. 3.) ad annum 169 et Samuel Petit (Petit, Var. Lect. Lib. 6. Cap. 6. Fab.) ad annum 175. martyrium ipsum rejiciunt. Porro sub M. Aurelio Antonino Polycarpum [illegible] obiisse dicit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 14. et 15

Μάρκος Αὐρήλιος Οὐῆρος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, υἱὸς αὐτοῦ, σὺν καὶ Λουκίῳ ἀδελφῷ διαδέχεται (Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ.) Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πολύκαρπος, μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν, μαρτυρίῳ τελειοῦται.

(Marcus Aurelius Verus, qui et Antoninus dictus est, filius ejus, cum Lucio fratre succedit (Antonino Pio.) Quo tempore, gravissimis persequutionibus Asiam perturbantibus, Polycarpus martyrio vitam clausit.

Quod pariter testatur

Idem in Chronico anno Domini 169. Olympiade 236

Persecutione orta in Asia, Polycarpus, et Pionius fecere martyrium, quorum scriptae quoque ~~persecutio~~ Passiones feruntur.

Haec repetit

S. Tiro Prosper in Chronico

Persecutione orta in Asia, Polycarpus, et Paeonius fecere martyrium, quorum [illegible] quoque feruntur Passiones.

Sub Antonino Pio Imperatore, et Consule V. cum M. Aurelio, Polycarpum passum dicit auctor, qui vulgo audit

[illegible] in Descriptione Consulum anno Christi 161.

[illegible] Coss. orta persecutione passi Polycarpus, et Pionius.

[illegible] Eusebio consonat

[illegible] in Chronicorum Breviario aetate sexta anno Christi 16[illegible]

In diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta jam [illegible] Neronem vice, in Asia, et in Gallia graves extiterunt. Polycarpus et Pionius fecere martyrium.

Ita et

[illegible] de [illegible] aetatibus mundi aetate sexta, anno mundi 4[illegible]

Persecutione orta in Asia Polycarpus et Pionius fecere martyrium.

[illegible] persequitur

Chronicon Paschale 235. Olympiade.

Ἐν οἷς Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος, καὶ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητής, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος συλληφθεὶς ἐπὶ Ἀνθυπάτου Τατίου Κοδράτου, ὑπὸ Ἡρώδου Εἰρηνάρχου, υἱοῦ ὄντος Νικήτου, καὶ πολλὰ ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, τῇ πρὸ ζ. Καλανδῶν Ἀπριλίων, τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ, ὥρᾳ η. τοῦ Κεντυρίωνος τὴν τῶν ἐπισυναχθέντων Ἰουδαίων καὶ ἐθνικῶν φιλονεικίαν θεασαμένου, τεθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐν μέσῳ, ἐκάη ζῶν, ὢν ἐτῶν πς. Οὕτω γὰρ καὶ ἀπεκαλύφθη αὐτῷ τελειοῦσθαι αὐτὸν ζῶντα καιόμενον. Περὶ δὲ τῶν ἐτῶν αὐτοῦ εἶπε τῷ Ἀνθυπάτῳ εἰπόντι αὐτῷ· „βλασφήμησον τὸν Χριστόν.„ Ὁ δὲ εἶπε· „πς. ἔτη δουλεύω τῷ Χριστῷ ὃς οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν σώσαντά με Βασιλέα;„ Τούτῳ δὲ καὶ φωνὴ ἐκ

In quibus Polycarpus Smyrnaeus episcopus, Joannis apostoli discipulus, et episcopus ab eo constitutus, sub Proconsule Tatio Quadrato comprehensus ab Herode Irenarcha Nicetae filio, et multa propter fidem in Christum passus, septimo Calendas Aprilis, magni Sabbati die, hora octava ~~[illegible]~~ videntee Centurione congregatorum Judaeorum, Gentiliumque ~~[illegible]~~ pertinaciam, ~~et in~~ in medium ab ipsis adductus, vivus combustus est, annos natus octoginta sex. Et revelatum illi fuerat [illegible] [illegible]. De annis autem suis, Proconsuli sibi dicenti: „in Christum blasphema:„ respondit: „octoginta, et sex annos Christo deservio, qui me numquam offendit. Et quomodo possum blasphemare in Regem, qui salvavit me?„ Illi autem ad

τοῦ οὐρανοῦ ἐδόθη ἐν τῷ σταδίῳ Σμυρναίων εἰσιόντι· „ἴσχυε, Πολύκαρπε, ἀνδρίζου· καὶ μὲν τὸν εἰπόντα οὐδεὶς τῶν ἄλλων ἴδε· τὴν δὲ φωνὴν πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἤκουσαν. Σὺν τῷ ἁγίῳ δὲ Πολυκάρπῳ καὶ ἄλλοι θ᾽ ἀπὸ Φιλαδελφίας μαρτυροῦσιν ἐν Σμύρνῃ.

Smyrnensem stadium eunti, vox de coelo edita est: „Roborare, Polycarpe, et viriliter age:„ et qui haec dixerit nemo alius vidit, vocem autem plures etiam e nostris audierunt. Porro cum sancto Polycarpo etiam alii novem ex Philadelphia, Smyrnae martyrium se [illegible].

[illegible]

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5653. Christi 153.

Πολύκαρπος ὁ ἱερώτατος Σμύρνης ἐπίσκοπος, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη διωγμοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν γενομένου.

Polycarpus sacerrimus episcopus Smyrnae martyrio pro Christo functus est, persecutione exorta in Asia.

Polycarpum sub M. Aurelio Antonino martyrii coronam obtinuisse notat etiam

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 3.

Τούτου κρατοῦντος, ὁ ἱερὸς Πολύκαρπος ὁ Σμύρνης Ἀρχιερεὺς, τὸ μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον.

Eo imperante, sacer Polycarpus Smyrnensis Pontifex, martyrii corona redimitus est.

[illegible]

Hermannus Contractus in Chronico Aetate sexta anno Christi 183.

Quarta persecutio orta apud Asiam, Polycarpum cum plurimis, et in Gallia multos Sanctorum coronavit.

[illegible] illud, quod Stewartius, et Basnage ediderunt,

Chronicon incerti auctoris anno Christi 164.

Sub hoc, Polycarpus discipulus S. Joannis coronatur.

Similiter et.

Monachus Weingartensis in Chronico.

Persecutio quarta orta est. Polycarpus Presbyter patitur.

Ubi Polycarpus licet Episcopatus dignitate functus fuerit, presbyter dicitur, quemadmodum etiam in opere cui titulus:

II, 3.
p. 97–136.

Praedestinatus Libro I. Capite 31.

Hos (Adamianos) sanctus presbyter Polycarpus detexit, obtinuit, eliminavit.

Iis, qui adversus haereticos quosdam stylum exercuerunt Polycarpum adcenset

S. Hieronymus Adversus Helvidium Capite 9.

Numquid non possum tibi totam veterum Scriptorum seriem commovere, Ignatium, Polycarpum, Irenaeum, Justinum martyrem, multosque alios apostolicos et eloquentes viros, qui adversus Hebionem, et Theodotum Byzantium, et Valentinum, haec eadem sentientes, plena sapientiae volumina conscripserunt.

Porro scriptum a Polycarpo volumen aliquod peculiare adversus haereticos illos nemo e veteribus adserit, sed forte Epistolam ad Philippenses innuit Hieronymus, ut suspicatur Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l' Hist. Eccl. S. Polycar. discip. de S. Jean l'Evangeliste, Evesq. de Smyrne et Mart. art. 3.) in qua veritates haereticorum ipsorum erroribus contrarias statuit Polycarpus. Epistolam istam, quae adhuc extat, laudat

S. Irenaeus Contra haereses Libro III. Capite 3. §. 4.

Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι, καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν.

Est autem et epistola Polycarpi ad Philippenses scripta, valentissima, ex qua et characterem fidei ejus, et praedicationem veritatis, qui voluerint, et salutis suae curam gesserint, discere poterunt.

Ex Epistola ipsa quaedam profert

Eusebius Historiae ecclesiasticae Libro III. Capite 36.

Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τούτων αὐτῶν [+] μέμνηται ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασι.

+ (ἐπιστολῶν)

Sed et Polycarpus has ipsas (epistolas). memorat, in ea, quae circumfertur epistola ejus ad Philippenses, ita ad verbum loquens.

Alium deinde locum ex eadem Polycarpi epistola refert

Idem loco citato.

Καὶ ἑξῆς ἐπιφέρει.

Ac deinde subjungit. +

+ Rursus epistolam ipsam commemorat

Idem loco citato Libro IV. Capite 14.

Ὁ μέν τοι Πολύκαρπος ἐν τῇ δηλωθείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ φέρομένῃ εἰς δεῦρο, κέχρηται τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς.

Porro in supra laudata epistola ad Philippenses, quae usque adhuc extat, utitur Polycarpus testimoniis, quibusdam ex prima Petri epistola petitis.

Epistolae illius, postquam nonnulla de Polycarpo adnotasset, quae retuli cum de Irenaeo dicerem, meminit etiam

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam VII. §. 1.

Καὶ μαρτυρίῳ δὲ ἐτελειώθη διὰ πυρὸς (Πολύκαρπος.) Ἔχει δὲ καὶ ἐπιστολὰς ὁ αὐτος θεῖος Πολύκαρπος πρὸς Φιλιππησίους.

Sed et martyrio per ignem vitam consummavit (Polycarpus.) Habentur autem ejusdem Divini Polycarpi Epistolae ad Philippenses.

Polycarpi scripta, nescio qua de causa, apocryphis novi Testamenti connumeravit Nicephorus Constantinopolitanus Archiepiscopus in ad calcem Chronographiae Compendiariae, loco, quem de Pseudo-Clemente agens exscripsi. Porro, sinceritatem illius, quam habemus epistolae ad Philippenses adversus Daillé ostendit Pearson, et adversus Tentzelium, Ittigius, nec non adversus Daillé, et Matthæum de Larroque, Guilelmus Cave. (Fab.) Deperditam Polycarpi Epistolam quamdam ad Athenienses, in qua Dionysii Areopagitae mentio occurrebat, laudat Maximus cujus locum exhibui de Dionysio Corinthiorum episcopo disserens. Id fortasse Suidae errori occasionem praebuit, qui Polycarpum ad Dionysium Areopagitam epistolam scripsisse dicit, nisi ideo hallucinatus sit Suidas, quod Epistola quaedam sub Dionysii Areopagitae nomine ad Polycarpum, quae etiamnum extat, circumferretur. Hanc praeter alios memorat

Michael Syncellus in Encomio Dionysii Areopagitae.

Τῷ πολλοῖς θεοσεβείας, καὶ ἀρετῆς τεθηλότι + Πολυκάρπῳ, πρὸς ὃν καὶ ὁ σοφιστὴς (Ἀπολλοφάνης) ἐποιεῖτο τὰ σκώμματα, τὰ ~~σκ.~~ τάδε φησὶ (Διονύσιος)

+ καρποῖς

Ad Polycarpum, qui multis religionis, virtutisque fructibus florebat, apud quem et sophista ille (Apollophanes) dicteria jactaverat, haec scribit (Dionysius)

Polycarpum deinde rursus cum laude nominat

Idem loco citato.

Σαφῶς διαγγέλλουσι τὰ πρὸς τοὺς Ἐφεσίων, καὶ Σμυρναίων, καὶ Κρητῶν πανιερωτάτους, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας θεμελίων, τῶν ἀποστόλων λέγω, προκεχειροτονημένους προέδρους, Τιμόθεον, καὶ Πολύκαρπον, καὶ Τίτον, αὐτῷ δηλαδὴ (Διονυσίῳ) διηγορευμένα δόγματα, καὶ μυσταγωγήματα, καὶ διατάγματα.

Palam faciunt dogmata illa, et mysteria, atque praecepta quae ab illo (Dionysio) tradita sunt Timotheo, Polycarpo, et Tito, viris sanctissimis, qui ab ipsis sacrosanctae Ecclesiae fundamentis, Apostolis scilicet, Ephesiorum, Smyrnæorum, et Cretensium Praesules designati fuerant.

Non minus quam Epistolam illam Pseudo-Dionysii ad Polycarpum, inter spuria rejiciunt viri docti fragmenta ista, a Francisco ~~Feua~~ Feu-ardent in notis ad Irenaeum primum vulgata, quae sub Polycarpi nomine exhibet

S. Victore Episcopus Capuanus in Catena in Matthaei Caput 19. versiculum 5.

~~Matthaeus Dominum dixisse testatur,~~ Victor Episcopus Capuae, ex Responsione capitulorum sancti Polycarpi Smyrnensis Episcopi, discipuli Ioannis Evangelistae.

Matthaeus Dominum dixisse testatur, quod Moyses scribit, Adam loquutum fuisse hoc modo: „ Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem, et matrem „, etc. Sed concordant Domini verba cum Moysi sermonibus, qui Adam praebens officium inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur. Deus vero, qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse Pater a Domino recte loquutus fuisse refertur. Nam et Adam hanc prophetiam protulit: et Pater, qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

Alium deinde fragmentum profert

Idem loco citato ad Caput 20. versiculum 23.

Per hujusmodi potum, significat passionem. Et Jacobum quidem + martyrio consummandum, fratrem vero ejus Joannem transiturum absque martyrio, quamvis et afflictiones plurimas, et exsilia tolerarit: sed praeparatam martyrio mentem, Christus martyrem judicavit. Nam Apostolus Paulus „ Quotidie, inquit, morior „; dum impossibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita haec finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat praeparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur et in dolio ferventis olei pro nomine Christi beatus Joannes fuisse demersus.

+ novissimum

Hoc etiam fragmentum de initio Evangeliorum secundum Marcum affert

Ratio

Idem in Catena in Marci
Caput 1. versiculũ 1.

Rationabiliter Evangelistae principiis diversis utuntur, quomodo una, eademque evangelizandi eorum probetur intentio. Matthaeus ut Hebraeis scribens genealogiae Christi ordinem texuit, ut ostenderet ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi Prophetae cecinerant. Joannes autem ad Ephesum constitutus, qui Legem tamquam ex Gentibus ignorabant, a causa nostrae Redemptionis Evangelii sumpsit exordium: quae causa ex eo apparet, quod vero a Zachariae sacerdotio incipit Filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. Lucas vero a Zachariae sacerdotio incipit, ut ejus filii miraculo nativitatis, et tanti praedicatoris officio Divinitatem Christi gentibus declararet. Unde et Marcus antiqua prophetici mysterii competentia adventui Christi declarat, ut non nova, sed antiquitus prolata ejus praedicatio probaretur. Aut per hoc Evangelistis curae fuit, eo uti procemio, quod unusquisque judicabat auditoribus expedire. Nihil ergo contrarium reperitur ubi licet diversis scriptis ad eamdem tamen patriã pervenitur.

Hunc item locum sub Polycarpi nomine exhibet

Idem in Catena in Lucae Caput 14. versiculũ 12.

Praecepit non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandiũ. Quod si claudus, aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia minime est rogandus: unde ipsa quasi videntur se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi, et caeci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione diligimus, non pro divinae contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis aeternae.

Denique, fragmentum istud Polycarpo adscribit

Idem in Catena in Joannis Caput 17. versiculum 4.

Quomodo opus salutis humanae adimplesse commemorat, cum necdum crucis vexillum conscenderat? sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandae passionis insignia adire decreverat, jure se opus perfecisse significat: etc.

De fragmentis hisce, quae Polycarpo leviter adjudicavit Feu-ardent, et quae ex deperditis Polycarpi epistolis petita esse conjecit Bullus, (Bullus, Defens. fid. Nicaen. Sect. 2. Cap. 3.) nonnulla adnotant Userius, Halloix, et Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Not. sur Saint Polycar. note 4. sur quelques fragm. attribuez à S. Polycar.) ex quibus constat, ea vel spuria prorsus esse, vel saltem interpolata.

Paralipomena.

Pro pag. 87. [1.] Expresse autem Polycarpum nominat

Pseudo-Ignatius in Epistola ad Philippenses.

Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Πολύκαρπον.	Saluto Sanctum Episcopum Polycarpum

Antiochenos Polycarpo se commendasse dicit

Idem in Epistola ad Antiochenos

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Πολύκαρπος, ὁ ἀξιοπρεπὴς ἐπίσκοπος, ᾧ καὶ μέλει περὶ ὑμῶν, ᾧ καὶ παρεθέμην ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ.	Salutat vos Polycarpus, egregius episcopus, qui ð cui et curę estis vos, cuique vos commendavi in Domino.

Quod rursus ait

Idem in Epistola ad Heronem Diaconum Antiochiae.

Πολυκάρπῳ παρεθέμην ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.	Polycarpo commendavi vos in Domino Jesu Christo.

Iterum Polycarpi meminit

Idem in Epistola ad Ephesios.

Ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον, ὡς καὶ ὑμᾶς.	Unde et ad vos scribo, gratias agens Domino, diligens Polycarpum sicut et vos.

Polycrates.

Polycrates Ephesiorum Episcopus = floruit, ut inquit Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Lib. Cap. 45.) temporibus Severi principis. = Asiae primatum gerere videbatur, ut ait

S. Anatolius in Canone Paschali.

Contentio quaedam exorta est inter eorum successores, Victorē scilicet Romanae urbis eo tempore episcopū, et Polycratem, qui tunc in episcopiis Asiae primatum gerere videbatur.

De Synodo, quam ob controversiam de Pascha Polycrates congregavit, haec habet.

Synodicon Vetus Capite 8.

Σύνοδος ἀφελὴς, ἀνεξέταστος, μερικὴ, ἐν Ἐφέσῳ μητροπόλει τῆς Ἀσίας συναθροισθεῖσα ὑπὸ Πολυκράτους τοῦ ὁσιωτάτου αὐτῆς ἐπισκόπου; ✻ ἀξιοῦσα, καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης Ἰουδαϊκῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἄνωθεν παραλαβοῦσα, ἐξ ἀκούσματος παρὰ Τιμοθέου, καὶ Φιλίππου τῶν ἀποστόλων. Βίκτωρ οὖν ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἁγιώτατος πάπας ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει ταύτης προϊσταμένῳ. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ συνοδικῶς τὰ περὶ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς διεξέρχεται, καὶ σὺν αὐτῷ ἐν πλείσταις ἐπαρχίαις, καὶ μέρεσι τῆς γῆς σύνοδοι συγκροτοῦνται, καὶ συμφώνως ὁρίζουσι. Ταῦτα δὲ Κομμόδου βασιλεύοντος γέγονεν.

Synodus simplex, consilii expers, particularis in Asiae metropoli Epheso congregata a Polycrate sanctissimo ejusdē episcopo; quae judicat, et statuit ut omnes die Lunae decima quarta Judaico more celebrent mysticum Pascha, tamquam id ab initio accepisset a Timotheo, et Philippo apostolis confirmatum. Itaque Victor Romanae Ecclesiae sanctissimus Papa, excommunicationem mittit Polycrati, qui huic Synodo praefuit. Nec satis id habet sed Synodice etiam res ad festum ipsum pertinentes persequitur; et cum ipso Synodi in plurimis terrae provinciis, et partibus congregatae, concorditer statuunt. Haec autem Commodo imperante gesta sunt.

Epistolę, quam ad Victorem de Pascha scripsit Polycrates luculenta fragmenta servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 24.

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων etc. V. Euseb. edit. Taurin. p. 211.

Episcopis autem Asiae qui veterem primum sibi traditam consuetudinem; servandam esse acriter contendebāt, Polycrates praeerat, qui et ipse in ea quam ad Victorem et Romanorum Ecclesiam scripsit epistola, traditionem, quae ad se pervenerat his verbis exponit. „ Nos igitur V. Euseb. 109. e. germanam agimus diem; nec addentes quidquam, nec detrahentes. Nam et in Asia magna elementa obdormierunt, quae resurgent in die rursus adparitionis Domini, qua de coelis cum gloria veniet, omnesque sanctos excitabit. Philippum dico unum ex duodecim Apostolis, qui in Hierapoli somno vitae clausit; duasque filias ejus, quae virgines consenuerunt; et aliam ejusdem filiā, quae sancto Spiritu adflata vitam egit, et Ephesi requiescit. Tum etiam Joannē, qui supra Domini pectus recubuit, et sacerdos fuit, laminamque gestavit, qui martyr fuit, et magister, is Ephesi autem dormit. Polycarpum item, qui episcopus, et martyr Smyrnae fuit; Thraseamque Eumeniae episcopum, et martyrem, qui Smyrnae quiescit. Quid memorare oportet Sagarim Episcopum, et martyrem, qui Laodiceae vita functus est; beatumque Papirium; et Melitonem eunuchum, qui omnia in sancto Spiritu gessit, Sardibusque jacet, visitationem de coelis expectans, per quam a mortuis resurget? Hi omnes decimaquarta luna Paschae diem observarunt secundum Evangelium, nihil transgredientes, sed canonem fidei sectantes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates ex traditione cognatorum meorum, quorum nonnullos etiam subsequutus sum: (fuerunt enim septem e cognatis meis episcopi, ego octavus sum: et cognati illi mei semper Paschae diem observarunt, cum populus Judaeorum fermentum abjiceret:) ego, inquam, fratres, quinque, et sexaginta annos habens in Domino, et qui cum fratribus toto orbe dispersis collocutus sum, sacramque totam perlustravi Scripturam, ab intentatis minis non terreor. Qui enim majores me sunt, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.„ Postea, de Episcopis omnibus scribens, qui secum erant, et cum ipso sentiebant, ista subjungit: „ Possem et Episcopos memorare qui mecum adsunt, quos cum a me convocari petiissetis, convocavi. Quorum nomina si adscripsero, magnus erit eorum numerus. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam meam comprobarunt, scientes canos istos me non frustra gestare, sed in Domino Jesu vitam semper egisse.„

Quaedam prioris fragmenti verba jam antea exscripserat

Idem loco citato Libro III. Capite 31

Τὸ δέ γε τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ (Ἰωάννου) χωρίον, ἐξ ἐπιστολῆς Πολυκράτους· τῆς δ' ἐν Ἐφέσῳ

Locus vero, in quo ille (Joannes) sepultus est, ex epistola Polycrati, qui Episcopus fuit Ephesinę

παροικίας ἐπίσκοπος οὗτος ἦν ἐπιδείκνυται. Ἣν Οὐίκτορι Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ γράφων, ὁμοῦ τε αὐτοῦ, καὶ Φιλίππου μνημονεύει τοῦ Ἀποστόλου, ~~καὶ~~ τῶν τε τούτου θυγατέρων ὧδέ πως.

Ecclesiae, dignoscitur. Qua scribens ad Victorem Romanorum Episcopum, tum Joannis ipsius, tum Philippi Apostoli, filiarumque ejus simul meminit his verbis.

Sensum potius verborum Polycratis, quam ipsa verba, repraesentat

Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio.

Περὶ ὧν καὶ Πολυκράτης ὁ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἐπίσκοπος, Οὐίκτορι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης γράφων, οὕτω φησίν· „καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅ τινα, καὶ ἀναστήσεται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου. Ἰωάννης ὁ ἐπιστήθιος Χριστοῦ, ὃς καὶ τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος, κεκοίμηται· καὶ Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων, ἐν Ἱεραπόλει τελευτᾷ."

De quibus et Polycrates Episcopus Ephesinae Ecclesiae, scribens ad Victorem Romanorum Episcopum haec ait: „Nam et in Asia magna elementa obdormiunt, quae resurget in extrema die adventus Domini. Joannes nimirum qui supra pectus Christi recubuit, laminamque gestavit, et magister Ephesi fuit, ubi et quiescit. Philippus item unus e septem diaconis, Hierapoli obiit."

Librum de haeresibus Polycrati tribuit ~~tribuete~~ ~~videtur~~ [quidam] auctor ~~operis~~; quod ~~inscribitur~~ Praedestinati, in loco, quem ~~cujus~~ ~~verba~~ exscripsi de Hygino cum dicerem. +

+ Rursus quoque Polycratem laudat idem

Praedestinatus Libro I. Capite 83.

Quam (haeresim) nec Epiphanius alicubi memoravit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodius, qui Greco sermone universas haereses describentes, volumina multorum condidere librorum.

~~Praedestinatus~~ Libro I. in titulo.

Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Africanus, Hesiodius, Epi=

Sed non majorem haec fidem merentur, quam Acta Timothei, quae Polycrati post Surium [illegible] adscribit Bollandus; verum pro pseudepigraphis merito ab eruditis [illegible] ab eruditis.

c. Quadratus.

Quadratum, Apostolorum discipulum, et Episcopum Atheniensem dicit

S. Hieronymus in Epistola ~~ar~~ 84. ad Magnum.

Quadratus Apostolorum discipulus, et Atheniensis Pontifex Ecclesiae, nonne a Adriano principi Eleusinae sacra invisenti librum pro nostra religione tradidit? et tantae admirationi omnibus fuit, ut persecutionem gravissimam illius excellens sedaret ingenium.

Similia habet idem auctor in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 19.) Et Quadrati Atheniensis Episcopi meminit ex Eusebius ex Dionysio Episcopo Corinthiorum loco quem retuli, cum de Dionysio ipso sermonem haberem. Attamen Quadratum illum, ~~distinguendum~~ ab Ecclesiastico hujus nominis scriptore distinguendum putat + ~~Dupin~~, Pin, Le Moyne, + Tillemont, atque, ut videtur, Le Quien, (Le Quien, in Orien. Christiano.) post Valesium. (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 4. Cap 23.) Sed hujus argumenta satis confutasse videtur doctissimus Grabe, (Grabe, Spic. SS. Patr. + Sec. post Christ. nat. I. II. et III. S. Quadratus.) + ut et Haeret. quem sequitur Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 24.) Apologiae, quam Hadriano Imperatori pro Christianis obtulit Quadratus, meminit [erit] Eusebius, et Prosper in Chronicis, Paulus Orosius, Ado Viennensis, Beda, et Hermannus Contractus. Hos laudavi cum de Aristide loquerer, qui eodem tempore, quo et Quadratus, Apologeticum pro Christianis Hadriano porrexit, ut ait S. Hieronymus. Ita autem scribit

S. ~~Hieronymus~~ in Idem in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 20.

Volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo et Quadratus, Hadriano principi dedit (Aristides,) idest, Apologeticum pro Christianis.

Quadrati Apologia memoratur etiam in Martyrologio Romano, die Maji sexta, ubi haec leguntur: = Athenis, natalis B. Quadrati Apostolorum discipuli, qui persecutione Hadriani Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide, et industria sua congregans, librum pro Christianae religionis defensione valde utilem, et Apostolica doctrina dignum, eidem porrexit. = Librum ipsum innuit illud, quod Stewartius, et Basnage e=

Floruerunt

Chronicon incerti auctoris anno Christi 120.

Hic (Adrianus) per Quadratum Apostolorum discipulum, et alios Christianos, de Christiana Religione instructus, praecepit ut nemini liceret, Christianos sine objectu criminis, aut probatione damnare.

Deinde legitur

Ibidem anno Christi 121. (p. 223.)

Apud Athenas, Quadratus Apostolorum discipulus, et Dionysius Areopagitae clarent.

Unicum ex Quadrati Apologia fragmentum superest, quod servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 3.

Τούτῳ (Ἀδριανοῦ) Κοδράτος λόγο προσφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 123.	Huic (Hadriano) Quadratus obtulit orationem, quam pro religionis nostrae defensione conscriptam, illi nuncupaverat: quod pravi quidam homines, nostros

vexare conarentur. Etiamnum apud plurimos fratres, immo et apud nos extat Oratio illa. Ex qua In qua tum ingenii illius viri, tum rectae Apostolicae doctrinae insignia argumenta conspicere licet. Suam autem ipse vetustatem prodit his, quae narrat, ita ad verbum scribens:

v. Sync. 277. „Servatoris vero nostri opera semper manifesta patebant, vera siquidem erant: iis per eos scilicet, qui sanati, vel a mortuis excitati fuerant. Qui sane non solum dum sanabantur, aut resurgebant, sed semper praesentes conspecti sunt: neque tantum quamdiu Servator in terris peregrinatus est; sed et postquam discesserit diu superstites fuerunt, adeo ut illorum aliqui ad nostra usque tempora perseveraverint."[+]

[+] Haec de Quadrato.

Plura ex Quadrati Apologetico haberemus, si extaret Eusebii Thessalonicensis Libri contra Andream Monachum, in quibus Quadrati testimonio utebatur auctor, ut refert

Photius in Bibliotheca Codice 162

Ἀλλὰ δὴ καὶ Μεθοδίου τοῦ ἱερομάρτυρος, καὶ Κοδράτου (παρατίθησι τὰς κατὰ τοὺς ἐλέγχους ἀποδείξεις.)	Sed et Methodii, et martyris, et Quadrati (objectorum refutationes apponit.)

Idem videtur Quadratus noster, cum illo, quem Prophetiae donis ornatum commemorat

Idem fragmentum adfert etiam Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5609. Christi 109.

Κοδράτος ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων ἀκουστὴς, Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπιδέδωκεν, ὧν ἐν οἷς ἱστορῶν πῶς ἔφη. … …	Sacer Apostolorum auditor Quadratus, Aelio Hadriano Imperatori apologetica scripta pro Christianis tradidit, in quibus haec narrat. …

Auctor incertus operis contra Cataphrygas apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17.

Οὔτε Ἄγαβον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδράτον, οὔτε τινὰς ἄλλους, μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται.	Neque Agabum, neque Judam, neque Silam, neque Philippi filias, neque Ammiam Philadelphiensem, neque Quadratum, neque alterum quempiam ad se non pertinentem praedicabunt.

Auctoris graece verba haec praemittit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17.

Ἐν οἷς (προπεφητευκόσι) καταριθμεῖ Ἀμμίαν τινὰ, καὶ Κοδράτον, λέγων οὕτως.	Quibus (Prophetis) Ammiam quemdam, et Quadratum adcenset, ita scribens.

Rursus Quadrati meminit

Auctor incertus Operis contra Cataphrygas apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17.

Μετὰ Κοδράτον, καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα.	Post Quadratum, et Ammiam Philadelphiensem mulieres illae Montani, ut ajunt, prophetiae donum receperunt.

Rhodon.

Rhodon Asianus utrum auctor fuerit operis contra Cataphrygas ex quo praeclara fragmenta servavit Eusebius, scriptoris nomen silentio praeteriens incertum est, licet opus illud Rhodoni diserte adscribat

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 39.

Cujus (Miltiadis) Rhodon in eo opere suo, quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur.

Auctorem laudati operis Miltiaden commemorasse scribit etiam Eusebius (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 17.) Opus ipsum significat Hieronymus, cum de Rhodone ait: (S. Hieronymus Catal. Script. Eccl. Cap. 37.) = Sed et in Hexaemeron elegantes Tractatus composuit et adversus Phrygas insigne opus. = Ubi Codex Ver Capitularis Veronensis pro: = Phrygas =, habet: = Catafrigas =, ut testatur Maffei. (Maffei, Biblioth. Veronen. Manuscr. Par. 1.) Caeterum, de opere illo contra Montanistas, quod nonnulli Asterio Urbano tribuendum putant, nonnulla dixi cum de Asterio ipso loquerer. Rhodone usum se fuisse dicit

Theodoretus in Prooemio Haereticarum Fabularum Compendii.

Τοὺς μέντοι τῶν παλαιῶν αἱρέσεων μύθους, ἐκ τῶν παλαιῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων συνέλεξα, Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος, καὶ Εἰρηναίου τοῦ τὰ Κελτικὰ καὶ γεωργήσαντος, καὶ φωτίσαντος ἔθνη, καὶ Κλήμεντος, ὃς ἐπίκλην Στρωματεὺς προσηγόρευται, καὶ Ὠριγένους, καὶ Εὐσεβίου τοῦτε Παλαιστινοῦ, καὶ τοῦ Φοίνικος, καὶ Ἀδαμαντίου, καὶ Ῥόδωνος, καὶ Τίτου, καὶ Διοδώρου, καὶ τῶν ἄλλων καὶ Γεωργίου, καὶ τῶν ἄλλων, οἳ κατὰ τοῦ ψεύδους τὰς γλώττας καθώπλισαν.

Porro antiquarum haereseon fabulas ex vetustis Ecclesiae Doctoribus collegi, Justino scilicet Philosopho et martyre, et Irenaeo, qui Celticas gentes coluit, atque illuminavit, et Clemente, qui Stromateus cognominatus est, et Origene, atque Eusebio tum Palaestino, tum Phoenice, Adamantio item, et Rhodone, ac Tito, et Diodoro, ac Georgio, aliisque, qui adversus errorem linguas armarunt.

Rhodonis fragmenta non contemnenda servavit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 13.

Ἐν τούτῳ καὶ Ῥόδων γένος τῶν ἀπὸ Ἀσίας· μαθητευθεὶς ἐπὶ Ῥώμης, ὡς αὐτὸς ἱστορεῖ, Τατιανῷ, ὃν ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν, διάφορα συντάξας βιβλία, μετὰ τῶν λοιπῶν, καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος παρατάττεται αἵρεσιν· ἣν καὶ εἰς διαφόρους γνώμας κατ᾽ αὐτὸν διαστᾶσαν ἱστορεῖ· τοὺς τὴν διάστασιν ἐμπεποιηκότας ἀναγράφων, ἐπ᾽ ἀκριβές τε τὰς παρ᾽ ἑκάστῳ τούτων ἐπινενοημένας διελέγχων ψευδολογίας. Ἄκουε δ᾽ οὖν καὶ αὐτοῦ ταῦτα γράφοντος· „Διὰ τοῦτο καὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς ἀσύμφωνοι γεγόνασιν· ἀσυστάτου etc. v. Euseb. edit. Taurin. p. 194.

ὄντα ὤν.

Eodem tempore Rhodon oriundus ex Asia, Romae, ut ipse refert, a Tatiano, de quo supra diximus, eruditus, diver varios composuit libros, et contra Marcionis haeresim cum caeteris dimicavit. Quam quidem in diversas sua aetate scissam esse sententias refert, dissensionis recensens auctores et quae unusquisque illorum excogitavit mendacia, accurate refellens. Audi ergo et ipsum ita scribentem: „ Deo et inter se ipsi dissentiunt, quod doctrinam enim tuentur, quae stare non potest. Ex eorum siquidem grege Apelles, qui tum gravem vitae cultum et senectutem prae se fert, unum fatetur principium, prophetias vero ex adverso Spiritu dicit profectas, Daemoniacae cujusdam virginis, nomine Philumenae responsis fidem tribuens. Alii autem sicut et ipse nauta Marcion, duo inducunt principia; inter quos sunt Potitus, et Basilicus. Et hi quidem Ponticum lupum sequuti rerumque divisionem, sicut nec ille, reperire non valentes, ad temeritatem conversi, duo principia simpliciter, et sine ulla demonstratione pronunciarunt. Alii rursus ab his in pejus rapti, non duas tantum, sed tres statuere naturas: quorum dux, et princeps fuit Synerus, ut ajunt qui ejus disciplinam sectantur. „ Idem Rhodon se cum Apelle colloquutum esse narrat his verbis: „ Senex enim Apelles nobiscum congressus, multa perperam dixisse convictus est. Quocirca dicebat etiam examinandam non esse fidem, sed cuique in eo quod ~~cred~~ semel credidit perseverandum esse; salvandos quippe pronunciabat eos qui in crucifixo sperarent, modo in bonis operibus deprehenderentur. Omnium ~~tamen~~ vero obscurissimam esse adfirmabat, sicut et jam diximus, quaestionem de Deo. Unum enim dicebat esse principium, quod et fides nostra docet. „ Deinde exposita universa ejus doctrina, subjungit: „ Cum autem illi dixissem: Responde nobis, unde haec tibi demonstratio, et qui potes unum principium statuere? Respondit ille; prophetias se ipsas se refellere, quod nil omnino veri dicant: dissonantes enim sunt, et falsae, et ac sibimetipsis op=

positae. Quomodo autem unum principium sit ignorare se ait, et tantum ad id credendum impelli. Deinde cum eum adjurassem ut verū diceret, juravit vera se loqui, nec scire se quomodo unus sit ingenitus Deus, id tamen credere. ~~Ego au~~ Tum ego ridens illum & reprehendi, quod cum se magistrum diceret, doctrinam suam confirmare nesciret.» Porro in eodem libro, quem Callistioni nuncupavit, Romae se a Tatiano edoctum profitetur. Refert etiam a Tatiano elaboratum fuisse Quaestionum librum, in quo cum obscura et abdita, quę in Divinis Scripturis occurrunt explanaturum se promisisset Tatianus, ipse Rhodon, quaestionum Tatiani solutiones peculiari opere editurum se pollicetur. Extat etiam Commentarius ejusdem in Hexxemeron.

Apellem haereticum a Rhodone reprehensum dicit etiam auctor, qui vulgo adpellatur

S. Hieronymus in Indiculo Heresεon ~~Capite~~ numero 30.

A Rhodone etiam generis homine reprehensus est Apelles, quod Deum quem coleret ignoraret.

Sabinianus.

De Sabinianum presbyterum solus e veteribus memorat auctor Praedestinati, cujus locum adduxi cum agerem de Alexandro I. Romano Pontifice.

S. Serapion.

Octavus ab Apostolis Antiochiae Episcopus fuit Serapion, ut notat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 22.

Καθ' οὓς καὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὄγδοος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ὁ πρόσθεν ἤδη δεδηλωμένος ἐν τοῖς τότε Σεραπίων ἐπίσκοπος ἐγνωρίζετο.

Quo tempore adhuc clarebat Serapion, cujus jam ante meminimus, Antiochenae Ecclesiae Episcopus octavus ab Apostolis.

Idem nec Quod ait etiam.

Idem in Chronico anno Domini 191. Olympiade 242.

Serapion octavus A VIII. Antiochiae Episcopus ordinatur.

Eadem verba leguntur in Chronico Hermanni Contracti. Annos quinque et viginti in Episcopatu Serapionem perseverasse scribit

Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Chronographia Compendiaria.

θ'. Σεραπίων, ἔτη κέ.

9. Serapion annis 25.

Quod confirmat

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5672. Christi 172.

Ἀντιοχείας ὄγδοος ἐπίσκοπος Σεραπίων, ἔτη κέ.

Antiochiae octavus Episcopus Serapion annis 25.

Id rursus asserit

Idem loco citato anno mundi 5685. Christi 185.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Σεραπίων, ἔτη κέ.

Antiochiae Episcopus Serapion annis 25.

Serapionis iterum meminit

Idem loco citato anno mundi 5696. Christi 196.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Σεραπίων, ἔτη...

Antiochiae Episcopus Serapion annis...

Denum eundem rursus nominat

Idem loco citato anno mundi ~~56~~ 5710. (p. 284.)

Ἀντιοχείας η'. ἐπίσκοπος Σεραπίων, ἔτη...

Antiochiae octavus Episcopus Serapion annis...

Serapionem commemorat etiam

Ado in Chronicorum Breviario aetate sexta, anno Christi 194.

Serapion Antiochiae Episcopus floruit.

Ita et

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 5.

Ἐν δὲ τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ μετὰ Μαξιμῖνον Σαραπίων ἐπεσκόπει τοὺς Χριστωνύμους, ὄγδοος Ἀρχιερεὺς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων γενόμενος.

In Antiochena Ecclesia post Maximinum Serapion, octavus ab Apostolis Pontifex, Christianorum pastor fuit.

Serapionis scripta quaedam laudat; ejus fragmentum adfert

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 12.

Τοῦ δὲ Σαραπίωνος τῆς περὶ λόγους ἀσκήσεως, καὶ ἄλλα μὲν εἰκὸς σώζεσθαι παρ' ἑτέροις ὑπομνήματα· εἰς ἡμᾶς δὲ μόνα κατῆλθε τὰ πρὸς Δομνῖνον ἐκπεπτωκότα τινὰ, παρὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν, ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐθελοθρησκείαν· καὶ τὰ πρὸς Πόντιον, καὶ Καρικὸν Ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας, καὶ ἄλλαι πρὸς ἑτέρους ἐπιστολαί· ἕτερός τε συντεταγμένος αὐτῷ λόγος περὶ τοῦ λεγομένου κατὰ Πέτρον εὐαγγελίου· ὃν πεποίηται etc. V. Euseb. edit. Taurin. p. 234.

Serapionis autem alia quidem doctrinae monumenta apud alios adservari probabile est: ad nos vero pervenere duntaxat quae scripsit ad Domninum quemdam, qui persequutionis tempore a fide in Christum ad Judaicam superstitionem deflexerat: itemque illa, quae ad Pontium, et Caricum Ecclesiasticos viros exaravit, aliaeque ad alios epistolae; ac praeterea liber de Evangelio Petri, quem composuit, falsa quae erant in Evangelio ipso coarguens, in gratiam quorumdam ex Rhosensi Ecclesia, qui occasione ejus

dem Evangelii ad erronea dogmata declinaverant. Bonum autem Opportunum autem fuerit ex Serapionis libro pauca quaedam verba hic adponere, quibus suam de Evangelio illo sententiam exponit hoc modo: „ Nos enim, fratres, tum Petrum, tum Apostolos caeteros, perinde ac Christum suscipimus. Sed ea, quibus falso illorum nomen praeponitur, utpote periti rejicimus, scientes haec nos a majoribus minime accepisse. Ego sane cum ad vos venissem, omnes rectae fidei adhaerere putabam. Et cum prolatum ab iis sub Petri nomine Evangelium non perlegissem, dixi: Si hoc solum est, quod simultatem parit inter vos, legatur. Nunc vero cum ex his, quae mihi dicta sunt, illorum mentem haeresim quamdam latitantem obtegisse didicerim, ad vos redire properabo: ideoque, fratres, brevi me expectate. Comperimus autem fratres, cujus sectae fuerit Marcianus, qui sibi ipse contradicebat, non intelligens quae loqueretur, quemadmodum agnoscetis ex iis, quae ad vos scripta sunt. Mutuati enim Evangelium illum ab aliis, qui ipsum exercitatione versaverant; a successoribus scilicet illorum, qui Evangelium condiderant, quos Docetas vocamus, eo quod plerasque opiniones tenent, ex horum doctrina petitas; librum perlegere potuimus: in quo ... idem reperimus recte Servatoris doctrinae consentanea, nonnulla vero ... discrepantia, quae et pro vobis subjecimus. ~~in gratiam vestram.~~ „ Atque haec quidem de Serapionis libris.

Alium Serapionis fragmentum ex epistola ad Pontium, et Caricum servavit ...

Idem loco citato. Libro V. Capite 19.

Τῶν δὲ Ἀπολιναρίου κατὰ τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως μνήμην πεποίηται Σαραπίων, ὃν ἐπὶ τῶν δηλουμένων χρόνων μετὰ Μαξιμῖνον, ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατέχει λόγος γενέσθαι. etc. V. Euseb. edit. Taurin. pag. 204.

Eorum autem, quae Apposuit Apollinaris adversus supra dictam haeresim, mentionem facit Serapion, qui circa haec tempora Antiochenae Ecclesiae post Maximinum Episcopus fuisse perhibetur. Hic in epistola ad Caricum, et Ponticum, refellens et ipse haeresim illam, Apollinaris meminit his verbis: „ Ut autem sciatis, quod + simulatam hujus factionem istam quae nova ~~haec~~ prophetia nominatur, execrata est universa, quae est in orbe fraternitas, etiam ~~Claudii~~ beatissimi Claudii Apollinarii, qui Hierapoleos in Asia Episcopus fuit, scripta ad vos misi. „ In eadem Serapionis Epistola leguntur subscriptiones variorum Episcoporum, quorum unus ita subscripsit: * „ Aurelius Cyrenius martyr precor ut vos

+ operationem

bene valeatis. „ Alius autem hoc modo: „ Aelius Publius Julius Develti Coloniae Thraciae Episcopus: testor Deum, qui in coelis est, quoniam beatus Sotas, qui est Anchiali, voluit ejicere Daemonium Priscillae, atque id hypocritae non permiserunt. „ Aliorum quoque episcoporum complurium, una cum hisce sentientium, in supradicta epistola autographae subscriptiones leguntur. Et haec quidem de istis.

Epistolam illam Serapionis innuit auctor Chronici Paschalis, dum Serapionem ipsum contra Montanistas scripsisse ait, loco, quem retuli inter testimonia veterum de Miltiade. Iis, qui Christum anima praeditum adseruerunt, Serapionem connumerat

Socrates Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 7.

Καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε, καὶ Κλήμης, Ἀπολινάριός τε ὁ Ἱεραπολίτης, καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστὼς Ἐκκλησίας, ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθεῖσιν αὐτοῖς λόγοις ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν.

Nam et Irenaeus, et Clemens et Apollinaris Hierapolites, et Serapion, qui Episcopus Antiochenae Ecclesiae, Verbum incarnatum, anima fuisse praeditum fuisse, in libris suis tenere se profitentur.

Sextus.

Sexti cujusdam librum de Resurrectione commemorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V Capite 27.

Ὁμοίως Σέξτου περὶ ἀναστάσεως.

Similiter et Sexti liber de Resurrectione.

Librum ipsum laudat Hieronymus his verbis: (S. Hieronymus, Hist. Eccl. Catal. Script. Eccl. £ Cap. 50.) = Sextus sub Imperatore Severo, librum de Resurrectione scripsit. = Nemo alius, quod sciam, e veteribus Sexti nostri mentionem facit, nisi ad illum referenda sint quae habet

S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysii de Mystica Theologia Caput I.

Οὕτω καὶ Σέξτος ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος εἶπε, καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ, ὡς οὔτε Θεότης, οὔτε τὸ ἀγέννητον, οὔτε ἡ πατρότης, οὐσίαν σημαίνουσι Θεοῦ.

Ita et Sextus Ecclesiasticus philosophus, et Gregorius Theologus in tertio Theologicorum, dixerunt neque Divinitatem, neque ingeniti nomen, neque paternitatem, Dei essentiam significare.

[illegible] a Maxino hic memoratum, eumdem haberi cum Sexto illo, sive Sextio philosopho, cujus sententias latine vertit Rufinus.

Smyrnenses.

Smyrnensis Ecclesiae Epistolam ad Ecclesias Ponti ex de martyrio Polycarpi +, ex manuscripto Menologio integram edidit Userius Londini. Illam fere integram descripserat

+ et aliorum,

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 15.

Ἔστι δὲ ἡ γραφὴ ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς (Πολύκαρπος) ἐκκλησίας ἡγεῖτο, ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἀποσημαίνουσα διὰ τούτων.

Est autem Epistola sub nomine Ecclesiae, quam ille (Polycarpus) regebat, Ecclesiis Ponti ea, quae ipsi acciderant exponẽs hoc modo.

Deinde subjungit

Idem loco citato. (p 140. a.)

Τούτοις ἑξῆς πρὸ τῆς ἀμφὶ τοῦ Πολυκάρπου διηγήσεως, τὰ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνιστοροῦσι μάρτυρας, οἵας ἐνστάσεις πρὸς τὰς ἀλγηδόνας ἐνεδείξαντο διαγράφοντες.

Post haec antequam de Polycarpo dicere incipiant, ea commemorant, quae ad reliquos martyres spectant, et quantam in doloribus sustinendis constantiam ostenderint, perscribunt.

Pluribus interjectis addit

Idem loco citato.

Ἐπὶ τούτοις ἡ περὶ αὐτοῦ (Πολυκάρπου) γραφή, κατὰ λέξιν ὧδέ πως τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας ἔχει.

Deinde epistola de illo (Polycarpo) quae referenda supersunt, ita ad verbum persequitur.

Deinceps cum prolixum admodum ex Smyrnensium Epistola locũ produxisset, haec subdit

Idem loco citato.

Τὰ μὲν δὲ κατὰ τὸν θαυμάσιον + Πολύκαρπον τοιούτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν ἀδελφῶν τὴν ἱστορίαν, ἐν ᾗ δεδηλώκαμεν

+ καὶ Ἀποστολικὸν

Atque hic ~~exitus~~ hunc consecutus est exitum admirandus ille, et Apostolicus vir Polycarpus, cujus historiam in supra dicta epistola, Smyrnẽsis Eccle=

αὐτῶν ἐπιστολῇ κατατεθειμέναι. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ, καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο, κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα, ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας.

nae fratres exposuerunt. Alia quoque martyria, sub idem tempus, quo Polycarpus passus est, Smyrnae facta, in laudata epistola conjunctim narrantur.

S. Soter Papa.

Epistolam Romanae Ecclesiae sub Sotere Pontifice Maximo ad Corinthios scriptam, memorat Dionysius Corinthiorum Episcopus, cujus verba ab Eusebio servata protuli cum caeteris, quae supersunt ejusdem fragmentis. Soterem contra Cataphrygas librum edidisse scribit auctor Praedestinati, sed fabulatur hoc adserens impudens mango, ut pluribus ostendit Coustant. (Coustant. Epist. Rom. Pontif. S. Soter Papa §. 2.) Loca pr Praedestinati duo, in quibus contra Soterem pro Cataphrygis scripsisse dicituran Tertullaianus, exscripsi jam agens de Appollonio, qui Montani haeresim oppugnavit. Illis nunc addi possunt ista, quę habet idem

Praedestinatus Libro I. Capite 26.

In hoc solum se reprehensibilem fecit (Tertullianus) quod Montanum defendit, agens contra Soterem supradictum urbis Papam, asserens falsa esse de sanguine infantis, Trinitatem in unitate Deitatis, poenitentiam lapsis, mysteriis ejsde eisdem unum Pascha nobiscum.

Tatianus

Execrando haeresiarcharum albo funestissime adscriptus, aliquan do tamen utilis Christianæ Fidei defensor Tatianus, Syrus natione fuit, ut accepisse se refert

S. Epiphanius adversus haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Καὶ ἦν μὲν (Τατιανὸς) Σύρος τὸ γένος, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα γνῶσις περιέχει.	Et erat (Tatianus) quemadmodum accepimus, genere Syrus.

Syrum vocat Tatianus etiam

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 20.

Τατιανὸς δὲ ὁ Σύρος, σοφιστὴς ἐγεγόνει τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ θεσπεσίου Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος ἐγένετο φοιτητής. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ διδασκάλου τελείωσιν, ἐπόθησε γενέσθαι προστάτης αἱρέσεως.	Tatianus autem Syrus, sophista primum fuit, postea Divi Justini martyris discipulus. Post magistri vero mortem, haeresis princeps fieri affectavit.

Haud secus

Sophronius Archiepiscopus Hierosolymitanus in Epistola Synodica ad Sergium.

Τατιανὸς ὁ Σύρος, Σεβῆρος, Ἀσκληπιόδοτος.	Tatianus Syrus, Severus, Asclepiodotus.

Ab Ethnica superstitione ad Christi Fidem conversus, ut ipse refert Tatianus in Oratione contra Graecos, Justino philosopho in disciplinam se tradidit, ut praeter alios, quorum verba infra exhibebo, testatur

Photius in Bibliotheca Codice 120

Ἄχρι Τατιανοῦ, ὃς τὰ πρῶτα μαθητὴς Ἰουστίνου γενόμενος τοῦ μάρτυρος χρηματίσας, ὕστερον εἰς πλάνην μετεκλίσθη αἱρέσεως.	Usque ad Tatianum, qui Justini martyris de primum discipulus fuit, deinde vero in haeresis errorem prolapsus est.

Post Justini praeceptoris sui mortem haud statim in haeresim ruisse videtur Tatianus, Rhodonem enim Romae docuit, ut referunt Eusebius, et

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 37.

Rhodon genere Asianus, a Tatiano, de quo supra diximus, Romae in scripturis eruditus, edidit plurima.

Paulo post addit

Idem loco citato.

Meminit (Rhodon) in eodem libro, quem scripsit ad Callistionem, Tatiani se Romae fuisse auditorem.

Sanam doctrinam aliis tradens non diu perseveravit Tatianus, sed ipse magistro indigens, et ductore destitutus, velut caecus in tenebris errare coepit, ut ait

S. Epiphanius Adversus haereses Libro I. Capite adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Leg. ὥσπερ εἰ in marg.

Τούτῳ (Ἰουστίνῳ) ὁ προειρημένος Τατιανὸς συνακμάσας, τὰ πρῶτα καλῶς φερόμενος, καὶ τῇ πίστει ἐῤῥωμένος ἐτύγχανεν, ὅσον ἦν σὺν τῷ ἁγίῳ Ἰουστίνῳ τῷ Μάρτυρι. Ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, ὥσπερ τυφλὸς χειραγωγούμενος, ὑπὸ τοῦ χειραγωγοῦ καταλειφθείη, καὶ καταλειφθεὶς ἐπὶ κρημνὸν ἑαυτὸν ἐκδοὺς, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τύφλωσιν, καταφέρεται ἀνεπισχέτως, ἕως εἰς θάνατον κατενεχθείη, οὕτω καὶ αὐτὸς.	Huic (Justino) cum Tatianus cum coaevus esset Tatianus, quam recte primum quidem recte se gessit, ac firmus in fide fuit, quamdiu cum Sancto Martyre Justino versatus est. Sed post obitum Sancti hujus viri, ~~tu~~ ~~hau~~ perinde ac si caecus ab altero ductus, a ductore deseratur, solus deinde se in praeceps se committens, prae caecitate, effraeno lapsu transfertur, donec in exitium corruat: ita Tatiano contigit.

De tempore, quo Tatiani haeresis erupit, haec subjungit

Idem loco citato.

Τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐ=	Scholam suam primum instituit in Mesopotamia, circa duodo annum duodecimum Antonini Caesaris, cognomento

ἐπικληθέντος Pii

Ubi erravit Epiphanius Pium vocans Antoninum, quem potius Philosophum dicere debuit. Nam sub Marco Aurelio Antonino circa annum Christi 170. exorta est Tatiani haeresis, quod notavisse etiam videtur

Eusebius in Chronico anno Domini 174. Olympiade 237.

Tatianus haereticus agnoscitur, a quo Encratitae.

Plura habet

S. Tiro Prosper in Chronico.

Tatianus Haereticus a quo appellati Encratitae; quorum dogma est non admittere ad communionem suam nisi continentes, et eos, qui saeculo ita renunciaverint, ut propria nulla possideant.

In eo manuscripto Prosperi Codice, quem vidit Labbè, pro recitatis verbis, haec leguntur: = Tatianus haereticus agnoscitur, a quo appellati Encratitae nuptias damnant, paresque eas fornicationi, et omni turpitudini esse definiunt, nec recipiunt in consortium vel marem, vel foeminam, conjugio utentem. Prolationes quasdam saeculorum de fabulis Valentini sequuntur. Saluti primi hominis contradicunt. = Caeterum ad M. Aurelii Antonini imperium Tatiani aetatem, sive potius Tatiani haeresim refert

S. Isidorus Hispalensis in Chronico anno mundi 5375.

Eo regnante Montanus Cataphrygarum auctor, et Tatianus, a quo haeresis Encraticarum, exorti sunt.

Similia scribit

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 163.

Montanus Aprorum, et Tatianus, a quo haeresis Encratitae, haeresiarchae, exorti sunt.

Paucis interpositis haec addit

Idem loco citato.

Tatianus haeresiarcha Encratitarum, qui quamdiu a Justini martyris latere non discessit, floruit in Ecclesia.

Male Trajani nomen pro Tatiano habet

Hermannus Contractus in Chronico Aetate sexta, anno Christi 174.

Hoc tempore Trajanus haeresim Encratitarum condit.

Et hi quidem auctores, Tatiani haeresim cum illa Encratitarum eamdem facere videntur, at neque hanc ab illa distinguit (Till. 414)

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 28. et 29.

Ἧς παρεκτροπῆς (Ἐγκρατιτῶν) ἀρχηγὸν καταστῆναι Τατιανὸν λόγος ἔχει. Οὗ μικρῷ πρόσθεν τὰ περὶ τοῦ θαυμασίου Ἰουστίνου παρατεθείμεθα λέξεις, μαθητὴν αὐτὸν ἱστοροῦντες τοῦ μάρτυρος.

Cujus sectae (Encratitarum) auctorem fuisse perhibent Tatianum. Hujus paulo supra de verba de admirabili Justino paulo supra descripsimus, quae eumque martyris illius discipulum fuisse retulimus.

Tatianum, Encratitarum principem vocat

S. Hieronymus in Commentariis in Joel ad Caput 1. versiculum 14.

Jejunat Manichaeus, et multi haeretici, maximeque Encratitae quorum princeps Tatianus est: sed hoc jejunium saturitate, et ebrietate pejus est.

Tatiani sectatores, Encratitas etiam fuisse appellatos dicit auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 25.

Vicesima, et quinta haeresis est Tatianorum a Tatiano quodam instituta, qui et Encratitae appellati sunt. Hi nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus, aliisque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suo numero conjugio utentem marem, vel foeminam. Non vescuntur carnibus, easque omnino abominantur.

Attamen Tatianos, sive Tatianitas ab Encratitis distinguit, etsi et hos a Tatiano fluxisse dicat

S. Epiphanius Adversus haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Ἀπὸ τούτου γὰρ (Τατιανοῦ) κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι, τοῦ ἰοῦ μετεσχηκότες ὑπάρχουσι.

Ab hoc enim (Tatiano) per successionem fluxerunt Encratitae, veneni parti illius participes facti.

Tatiano successisse Encratitas ait

Idem loco citato Libro II. Capite adversus haeresim 47

27. sive 47. Capite 1.

Ἐγκρατῖταί τινες οὕτω καλούμενοι, οὗτοι τὸν Τατιανὸν διαδέχονται, φύσει ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένοι τε, καὶ ἠπατημένοι· ἕτερα δὲ παρὰ τοῦτον φρονήσαντες, καὶ εἰς μείζονα πάλιν ἐρεσχελίαν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες.

Encratitæ quidam ita dicti, Tatiano successerunt, naturaliter ab illo falsi, atque decepti, novasque Tatiani opinionibus errores addiderunt, ac majorem contentionem excitarunt.

Apostolicos, Tatiani dogmatum ἀπόσπασμα vocat

Idem loco citato adversus haeresim 41. sive 61. Capite 1.

Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ αὐτοὶ (Ἀποστολικοὶ) ἀπόσπασμα τῶν Τατιανοῦ δογμάτων, Ἐγκρατιτῶν τε, καὶ Τατιανῶν, καὶ Καθαρῶν

Sunt autem et illi (Apostolici) veluti particula avulsa a Tatiani dogmatibus, ab Encratitis nempe, et Tatianis, et Catharis.

Saccophoros, Apotactitas, et Encratitas, sive Hydroparastatas a Tatiano ortos dicit

Timotheus presbyter de differentia eorum, qui adcedũt ad purissimam nostram fidem.

Οὗτοι ἀρχηγὸν τῆς αἱρέσεως ἕνα ἔσχον ἕνα τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου, καὶ μάρτυρος. Φασὶ δὲ ὅτι μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας ἐφεῦρε ταύτην τὴν αἵρεσιν.

Isti auctorem haereseos suae habuerunt unum ex discipulis Iustini philosophi, et martyris. Ajunt autem illum post sancti Iustini martyrium discessisse ab Ecclesia, atque hanc haeresim excogitasse.

Severianorum haeresim a Tatiano originem duxisse praeter Eusebiũ (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 29.) refert (Till. 414.)

Chronicon Paschale 238. Olympiade.

Δεύτερος μετὰ τὸν προκείμενον Τατιανὸν, Σευῆρος κρατήσας τὴν αὐτὴν αἵρεσιν, Σευηριανῶν προσηγορίας γέγονεν ~~αὐτ~~ αἴτιος.

Secundus post supra memoratum Tatianum, Severus ejusdem hæreseos princeps factus, Severianorum nominis auctor fuit.

Consonat

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 21.

Τὴν τούτου (Τατιανοῦ) διδασκαλίαν Σευῆρος διαδεξάμενος ἐκ τῆς οἰκείας προσηγορίας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεφενακισμένους ὠνόμασεν. Ἐντεῦθεν Σευηριανοὺς τινὲς τοὺς Ἐγκρατιτὰς καλοῦσιν.

Hujus ~~d~~ (Tatiani) doctrinam Severus excipiens, ex proprio nomine, quos deceperat adpellavit: ideoque Encratitas, nonnulli Severianos dicunt.

Severum, quem male Severianum vocat, Tatiani errores auxisse ait Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 163.

Hujus (Tatiani) errorem Severianus auxit, a quo Severiani.

Nescio sane cur Tatianum Severianis successisse scribat

S. Epiphanius adversus haereses Libro I. adversus haeresim ~~26~~ sive 46. Capite 1.

Τατιανός τις ἀνέστη τούτοις (Σευηριανοὺς) διαδεξάμενος, ἤτοι ~~καὶ~~ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους ὤν, ἢ μετ' αὐτοὺς, πάλιν τὴν ἑαυτοῦ ~~τὴν~~ τῆς κενοφωνίας διδασκαλίαν προστησάμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων, συνακμάζει Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ, ἀνδρὶ ἁγίῳ, καὶ φίλῳ Θεοῦ, τῷ ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότι.

Tatianus quidam surrexit horum (Severianorum) successor, ~~sive~~ qui sive eodem cum illis tempore, sive post illos, novam vanitatis doctrinam e princeps fuit. Et primum quidem utpote Graecorum disciplinis instructus, floruit una cum Iustino philosopho, viro sancto, Deique amico, qui ex Samaritanis ad Christi fidem transiverat.

Caussam defectionis Tatiani, superbiam nempe, et elationem animi, indicat

S. Irenaeus contra haereses Libro I. Capite 28. §. 1.

Ὃς (Τατιανὸς) Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον· μετὰ δὲ ~~τὴν~~ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν, ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς, καὶ τυφωθεὶς, ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο· αἰῶνάς τι-

Qui (Tatianus) Iustini auditor, quamdiu cum illo versatus est, nihil hujusmodi effutivit. sed post martyrium illius, ab Ecclesia discedens, et magistri arrogantia elatus, ac tumidus, utpote qui caeteris praestaret, novam doctrinae formã constituit; Aeonas quosdam in-

νας ἀοράτους, ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, μυθολογήσας· τὸν γάμον τε, φθορὰν, καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι, καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας; τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν ποιησάμενος.

visibiles, perinde ac Valentiniani, commentus; et nuptias, corruptelam, et fornicationem esse pronuntians, non secus ac Marcion, et Saturninus; proex proprio autem fonte contra salutem Adami argumenta producens.

At miser ille vir, cum Ecclesiam audire nollet, Valentinum, Marcionem, aliosque haereticos audivit, ut constat tum ex adlatis Irenaei verbis, tum ex his, quae habet

Clemens Alexandrinus Stromatum Libro III. Capite 13.

Τὰ παραπλήσια τῷ Τατιανῷ κατὰ τοῦτο δογματίζων· ὁ δ' ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου ἐξεφοίτησε σχολῆς.

Hac in re Tatiano consentanea docens: hic autem prodiit ex Valentini schola.

Valentinum in omnibus sequi Tatianum adserit auctor, qui vulgo audit

Tertullianus de Praescriptione haereticorum Capite 52.

His haereticis omnibus accedit Tatianus quidam, alter haereticus. Hic Justini martyris, discipulus fuit: post hunc diversa sentire coepit. Totus enim secundum Valentinum sapit, adjiciens illud, Adam nec salutem consequi posse: quasi non, si rami sed salvi fiant, et radix salva sit.

Valentini Aeonas Tatianum commentum esse, praeter Ireneum refert

S. Epiphanius adversus haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Ἀπὸ Ῥώμης γὰρ μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τελείωσιν, διελθὼν ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ ἐκεῖσε διατρίβων, κακῇ διανοίᾳ περιπεσὼν, αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου, καὶ ἀρχάς τινας, καὶ προβολὰς καὶ αὐτὸς εἰσηγήσατο. Τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος,

Post necem enim sancti Justini, Roma in Orientales regiones profectus, ibique moratus, atque in pravas sententias lapsus, Aeonas quosdam juxta Valentini fabulas, proprio autem marte principia quaedam, et productiones induxit. Maxima autem doctrinae suae vis,

ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς Δάφνην, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν Κιλίκων μέρη, ἔτι δὲ ἐν τῇ Πισιδίᾳ ἐκράτυνεν.

ab Antiochia quae est ad 12? Daphnen, in Ciliciam derivavit, atque in Pisidia praesertim obtinuit.

A Valentino quaedam, a Saturnino, et Marcione alia, in condenda haeresi sua Tatianum mutuatum esse notat

Theodoretus haereticarum fabularum Compendii Libro 1. Capite 20.

Ἠρανίσατο δὲ (Τατιανὸς) τὰς τοῦ πλάσματος ἀφορμὰς ἀπὸ μὲν Βαλεντίνου τῶν αἰώνων τὰς προβολὰς; ἀπὸ δὲ Σατορνίλου, καὶ Μαρκίωνος, τὸ τὸν γάμον βδελύττεσθαι, καὶ τὴν τῶν ἐμψύχων, καὶ τὴν τοῦ οἴνου μετάληψιν. Τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται, καὶ Ἐγκρατιταὶ.

Emendicavit autem (Tatianus) figmenti materiam, tum a Valentino, ex quo Aeonum productiones desumpsit, tum a Saturnilo, et Marcionem, a quibus illud habuit, quod nuptias execraretur, et animantium usum, ac vini. Hunc habent auctorem qui Hydroparastatae, et Encratitae vocantur.

Marcionis dogmata Tatianum adoptasse scribit etiam

S. Joannes Damascenus de Haeresibus Capite 46.

Τατιανοί. Τατιανὸς οὗτος συνήκμασεν Ἰουστίνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ μάρτυρι, καὶ φιλοσόφῳ· μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, προσεφθάρη τοῖς τοῦ Μαρκίωνος δόγμασιν, καὶ ἴσα αὐτῷ ἐδογμάτισεν, προσθεὶς καὶ ἕτερα παρ' ἐκεῖνον. Ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι.

Tatiani. Tatianus iste cum Justino sanctissimo martyre, ac philosopho floruit: post cujus obitum ad lethalia Marcionis dogmata adcessit, et similia ac ille docuit, aliis insuper additis. E Mesopotamia autem originem duxisse perhibetur.

Eadem fere habet

S. Epiphanius in Anacephalaeosi.

Τατιανοί. Τατιανὸς οὗτος συνεβίωσε μὲν Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι τῷ ἁγίῳ· μετὰ δὲ τὴν τοῦ μάρτυρος, καὶ φιλοσόφου Ἰουστίνου τελευτὴν, προσεφθάρη τοῖς τοῦ Μαρκίωνος δόγμασι, μαθητευθεὶς τῷ αὐτῷ ἐδογμάτισε, καὶ

Tatiani. Tatianus iste cum Justino sancto martyre vixit. Post mortem autem martyris, et philosophi Justini, ad exitiosa dogmata Marcionis adcessit, cujus dissipulus factus, eadem cum illo docuit, additis

πάλιν ἕτερα παρ᾽ ἐκεῖνον. Ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι.

aliis praeter ea, quę ab illo acceperat. Hic e Mesopotamia oriundus fuisse perhibetur.

Sed jam propius ad Tatiani haeresim accedendum nobis est, quã ita describit

Idem adversus haereses Libro 1. Adversus haeresim 26. sive 46. Capite 2.

Τὰ αὐτὰ δὲ ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσι καὶ οὗτος (Τατιανὸς) δογματίζει. Καὶ πρῶτοι μὲν φάσκει μὴ σώζεσθαι τὸν Ἀδάμ. Ἐγκράτειαν δὲ οὗτος κηρύττει· τὸν δὲ γάμον, πορνείαν, καὶ φθορὰν ἡγεῖται· φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. Ὅθεν ἐν τῷ προσχήματι τῆς ἐγκρατείας, καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔχει ἔσχε τὴν ἀγωγήν· ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προσκαίρῳ προσλήματι τοὺς ἀπατωμένους. Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται, κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις.

Porro eadem cum antiquis haereticis docet et iste (Tatianus.) Ac primũ quidem Adamum salvum esse negat. Continentiam prędicat, nuptiasque, fornicationem, et corruptelam existimat; dicens nihil matrimonium nihil a fornicatione differre, sed idem esse cum illa. Eo igitur continentiae habitu, eaque pudicitiae specie, vir callidus obrepsit: quasi lupus rapax, ovis pellem induens, ac temporanea veste decipiens. Mysteriis item adhibuit, ad Ecclesiae sanctę imitationem, sola tamen aqua in mysteriis illis usus.

De eadem haeresi haec habet

S. Philastrius de Haeresibus Capite 48.

Post Decii autem persecutionem fuit Tatianus quidam, discipulus Sancti martyris, qui recessit a veritate post passionem ipsius: doctrinamque tanti, ac tam beati martyris, et magistri contempsit in omnibus; dicens Aeonas quosdam de coelo fuisse prolatos: addens etiam hoc, Adam patrem nostrum protoplastum non salvari; Aeonas autem nuntians, sicut Marcion deliravit. Qui etiam generationem hominum exsecratur, et jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris a Deo statutum non confitetur.

Cum Philastrio, et Epiphanio consonat

S. Augustinus de haeresibus Capite 25.

ita ms. editi: a Tacis Tatiani a Tatiano quodam instituti, qui et Encratitae appellati sunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus, aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerum conjugio utentem sive marem, sive feminam. Non vescuntur carnibus, easque omnes abominantur. Prolationes quasdam fabulosas saeculorum isti etiam isti sapiunt. Saluti primi hominis contradicunt.

editi: dicant. Epiphanius Tatianos, et Encratitas ita discernit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicat.

De Tatiano, et ejus haeresi haec habet

Chronicon Paschale 237. Olympiade.

Ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσις ἀντιφυεῖσα, ξένην, καὶ φθοροποιὸν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσα ἐν βίῳ, Τατιανὸν ἀρχηγὸν ἔσχεν. Οὗτος δὲ τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου γεγονὼς, ἕως μὲν ἔζη Ἰουστῖνος οὐδ᾽ ὅλως ἐτόλμα ἐνδείξασθαι παραφθορὰν τῆς ὑγιοῦς κατὰ Χριστὸν πίστεως. Ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ ἤρξατο κενοῖς λόγοις καταποθεὶς δογματίζειν τὴν ἀγαμίαν, ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ Σατουρνῖνος, καὶ Μαρκίων, ἠρέμα σὺν αὐτοῖς ἀθετῶν τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατηγορῶν τὸ ἄρρεν, καὶ τὸ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος, καὶ τῶν λεγομένων παρ᾽ αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσατο, ἀχαριστοῦντες τῷ τὰ πάντα πεποιηκότι Θεῷ. Ἀντιλέγουσι δὲ τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς. Τούτου Τατιανὸς πρῶτος ταύτην εἰσενέγκατο τὴν βασ

Encratitarum haeresis, quę cum erupisset, peregrinam, exitiosumque errorem induxit in vita, Tatianum auctorem habuit. Hic cum Justi unus esset ex Justini discipulis, quãdiu ille vixit sanae & in Christi fidei corruptionem prodere, haud prorsus est ausus. Mortuo autem illo, quasi ebrius coepit vanis sermonibus coelibatum docere; quemadmodum ante illum fecerant Saturninus, et Marcion; quibus tacite adsentiebatur; improbans antiquam Dei formationem, Deumque ipsum accusans, qui marem, et foeminam ad hominum generationem condidit. & Abstinentiam praeterea induxit ab iis, quae animata vocant, ingrati erga Deum, qui omnia creavit. Saluti etiam primi hominis contradicunt, quod nuper ab illis adinventum est: primusque Tatianus hanc impietatem

βλασφημίαν. Καὶ αἰῶνας τινὰς ἀορίστους ὁ αὐτὸς εἰσάγει, ὁμοίως τοῖς ὑπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας. Γάμον τε, φθορὰν, καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι, καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας, καθ' ὧν πολλοὶ μὲν, καὶ ἄλλοι ἔγραψαν, ἐξαιρέτως δὲ καὶ Μουσανός.

protulit. Sed et Aeonas quosdam infinitos idem inducit, non secus ac Valentinus fabulatus. Nuptias, corruptelam, et fornicationem dicit, Marcioni, et Saturnino consentiens. Contra quos tum alii plures stylum exercuerunt, tum Musanus egregia conscripsit.

Jam ut singulos Tatiani errores ordine persequamur, eum saluti primi hominis contradixisse refert etiam

S. Irenaeus Contra haereses Libro. I. Capite 28. §. 1.

Ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς· Τατιανοῦ τινὸς πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν.

Saluti quoque primi hominis contradicunt, quod nuper apud illos adinventum est, Tatiano quodam primum hanc impietatem introducente.

Sententiam illam refellens, haec ait

Idem loco citato Libro III. Capite 23. §. 8.

Mendax ergo is, qui primus hanc sententiam, immo hanc ignorantiam, et caecitatem induxit, Tatianus: connexio quidem factus omnium haereticorum, quemadmodum ostendimus: hoc autem a semetipso adinvenit, uti novum aliquid praeter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos a fide auditores sibi praepararet, affectans magister haberi; tentans et subinde uti hujusmodi a Paulo assidue dicti: Quoniam in Adam omnes morimur; ignorans autem quoniam ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia.

Nuptias a Tatiano repudiatas notat

S. Hieronymus adversus Jovinianum Libro I.

Neque vero nos Marcionis, et Manichaei dogma sectantes, nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti omnem coitum spurcum putamus.

Rursus errorem illum Tatiani commemorat

Idem in Epistola 50. ad Pammachium.

Tatianum Encratitarum principem, qui abjicit matrimonia reprehendimus; et ipsi nuptias condemnamus?

De ficta Tatiani, aliorumque haereticorum pudicitia, haec scribit

Idem Commentariorum in Oseam Libro II. ad Caput 7. 8. versiculum 13.

Raro haereticus diligit castitatem, et quicumque amare pudicitiam se simulat, ut Manichaeus, et Marcion, et Arius, et Tatianus, et instauratores veteris haereseos, venenato ore mella promittunt.

Huc spectant quae habet

Theodoretus Haereticarum Fabularum compendii Libro V. Capite 25.

Σατορνῖλος δὲ, καὶ Τατιανὸς προφανῶς τὸν γάμον τοῦ διαβόλου ὠνόμασαν.

Saturnilus vero, et Tatianus, nuptias aperte Diaboli adpellarunt.

Alterum Tatiani errorem, carnium usum improbantis commemorat

S. Hieronymus adversus Jovinianum Libro II.

Reprobat quidem Apostolus eos, qui prohibebant nuptias, et jubebant cibis abstinere, quos Deus creavit ad utendum cum gratiarum actione: sed Marcionem designat, et Tatianum, et caeteros haereticos, qui abstinentiam indicunt perpetuam, ad destruenda, et contemnenda, et abominanda opera creatoris.

Tatiani abstinentiam irridet

Idem Commentariorum in Amos Libro I. ad Caput 3. versiculum 14. et 15.

Cadentque eorum cornua, idest, arrogantia, in terram, et percutiet domum hyemalem: eos haereticos, qui laborant continentia, et jejuniis, xerophagiis, chameuniis, e quibus Tatianus est, et Manichaeus.

Tatianistarum jejunia damnat pariter

Idem in Commentariis in Aggaeum ad Caput I. versiculum 11. (p. 307. c)

Qui tribus quadragesimis per annum jejunantes, et Ξηροφαγίαις

humiliantes animam suam, et vel maxime de Tatiani radice crescentes, super hujuscemodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine causa?

Carnes abominatos esse Tatiani sectatores observat etiam

S. Isidorus Hispalensis Originum Libro 8. Capite 5.

Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitæ dicti, quia carnes abominantur.

Loquens de verbis illis Amos: „Et propinabitis Nazaræis vinum, et prophetis mandabitis dicentes; Ne prophetetis:" vini etiam usum a Tatiano damnatum dicit

S. Hieronymus Commentariorum in Amos Libro I. ad Caput 2. versiculum 12.

De hoc loco haeresim suam Tatianus Encratitarum princeps struere nititur, vinum asserens non bibendum, cum et lege praeceptum sit ne Nazaræi bibant vinum, et nunc accusentur a propheta qui propinent Nazaræis vinum.

Nonnullas Pauli epistolas Tatianum ipsum respuisse ait

Idem in Prooemio Commentariorum in Epistolam ad Titum.

Sed Tatianus Encratitarum patriarches, qui et ipse nonnullas Pauli epistolas repudiavit, hanc vel maxime, hoc est, ad Titum, Apostoli pronunciandam credidit, parvipendens Marcionis, et aliorum, qui cum eo in hac parte consentiunt, assertionem.

Quædam etiam Apostoli verba ~~elegantiora~~ emendare reddere voluisse Tatianus ferebatur, ut tradit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 29.

Τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαι τινὰς αὐτὸν (Τατιανὸν) μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν.	Ajunt autem illum (Tatianum) nonnulla etiam Apostoli verba immutare ausum esse, ut orationis structuram emendaret.

Eadem habet

Chronicon Paschale 238. Olympiade.

Τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶν αὐτὸν θελῆσαι τινὰς αὐτῶν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτὸν τὴν τῆς φύσεως σύνταξιν.	Ajunt autem illum quædā etiam Apostoli verba immutare voluisse, ut orationis structuram emendaret.

Leg. φράσεως.

Ex Tatiani scriptis, quæ infinita fuisse dicit Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 29.) sola nunc superest Oratio contra Graecos, ab auctore antequam in haeresim incideret exarata, ut adversus doctissimum Abbatem de Longuerue ostendit Maurinus Justini, Tatiani, Athenagoræ, Theophili, et Hermiae editor, Marand. Orationē illam citat

Clemens Alexandrinus Stromatum Libro I. Capite 21.

Εἴρηται μὲν οὖν περὶ τούτων ἀκριβῶς Τατιανῷ ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας.	Ac de iis his quidem accurate agit Tatianus in oratione contra Graecos.

Ap. Euseb. Prep. X. 12. τοὺς Ἕλλην.

Rursus paulo post Tatianum adlegat

Idem loco citato.

Ὡς φησὶ κατὰ λέξιν ὁ Τατιανός.	Quemadmodum iisdem verbis dicit Tatianus.

Orationis contra Graecos cum laude meminit

Origenes Contra Celsum Libro I. Capite 16.

Καὶ Τατιανοῦ δὲ νεωτέρου φέρεται ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος, πολυμαθέστατα ἐκτιθεμένου τοὺς ἱστορήσαντας περὶ τῆς Ἰουδαίων, καὶ Μωσέως ἀρχαιότητος.	Sed et Tatiani junioris extat Oratio contra Graecos, in qua ~~eos~~, qui ~~de~~ eos, qui Judaeorum, et Moysis antiquitatem testati sunt eruditissime adlegat.

Valde prolixum ex eadem oratione locum refert, postquam haec illi verba praeposuisset.

Eusebius Praeparationis Evangelicae Libro X. Capite 10.

Ταῦτα μὲν οὖν Ἀφρικανός. Μεταβῶμεν δ' ἡμεῖς ἐφ' ἕτερον (Τατιανὸν.)	Haec ~~Afr~~ igitur Africanus. Nos ad alium (Tatianum) transeamus.

Pauca quædam alia ex laudata Oratione profert

Idem Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 16.

Ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ (Ἰουστίνου) πρόῤῥησιν, πρὸς τοῦ Κρίσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Τατιανὸς, ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς ἑλλήνων μαθήμασι, καὶ δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος· πλεῖστά τε ἐν συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἱστορεῖ λέγων ὧδέ πως.

Quod autem, sicut ipse (Justinus) praedixerat, a Crescente insidiis circumventus occubuerit, Tatianus vir, qui primo aetatis suae tempore in Graecorum disciplinis eruditus fuerat, laudemque ex illis non parvam obtinuit, ac plurima ingenii sui monumenta scriptis reliquit; in oratione adversus Graecos testatur his verbis.

Tum addit

Idem loco citato.

Εἶτ᾽ ἐπειπών τινα περὶ τῶν φιλοσόφων ἐπιλέγει ταῦτα.

Quaedam deinde de philosophis loquutus haec subdit.

Orationem adversus Graecos caeteris omnibus Tatiani scriptis antefert.

Idem loco citato Libro IV. Capite 29.

Καταλέλοιπε δὲ οὗτος (Τατιανὸς) πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων· ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος ὁ πρὸς Ἕλληνας· ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων προγενέστερον Μωυσέα τε, καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας ἀπέφηνεν. ~~Ὡς~~ Ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε, καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν.

Magnum autem librorũ numerum hic (Tatianus) reliquit: ex quibus maxime a multis commendatur celebris illa, quam contra Graecos scripsit, oratio, in qua retroactis temporibus commemoratis, Moysem, et Hebraeorum prophetas omnibus Graecorum illustribus viris antiquiores esse demonstrat. Quae quidem oratio omnium Tatiani scriptorum pulcherrimus, atque utilissimus videtur.

Quae exscripsit auctor Chronici Paschalis. Clementem Alexandrinũ, cujus locum nuper adduxi, Tatiani orationem contra Graecos adlegasse, post Eusebium, (Eusebius, Histor. Ecclesiastic. Lib. 6. Cap. 13.) monet

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite 38.

Meminit autem (Clemens) in Stromatibus suis, voluminis Tatiani adversus gentes, de quo supra diximus. +

+ Ad Orationem ipsam respexit Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 4470.

Εἰράμου τοῦ Τυρίων βασιλέως θυγατέρα ἔγημεν ὁ Σολομὼν, ὡς Τατιανὸς ἱστορεῖ.

Irami Tyriorũ Regis filia, Salomoni nupsit, ut refert Tatianus.

Concordantiam quamdam, ut videtur, ut videtur, sive Connexionem Evangeliorum composuit Tatianus, quam memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 29.

Ὁ μέντοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανὸς, συνάφειάν τινα, καὶ συναγωγὴν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῶν εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν· ὃ καὶ νῦν παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται.

Primus igitur eorum auctor Tatianus, catenam quamdam, et Collectionem Evangeliorum, nescio qua ratione, composuit, quam, + διὰ = Ex quatuor, adpellavit. Hoc autem opus etiamnum extat apud nonnullos.

+ Evangelium ex

Eadem habet

Chronicon Paschale 238. Olympiade.

Ὁ μέντοι γε πρότερος αὐτῶν Τατιανὸς, συνάφειάν τινα, καὶ συναγωγὴν, οὐκ οἶδα ὅπως, τῶν εὐαγγελίων ποιησάμενος, τὸ Διατεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν, ὃ παρά τισιν εἰς ἔτι καὶ νῦν φέρεται.

Caeterum, eorum his antiquior Tatianus, catenam quamdam, et collectionem Evangeliorum, nescio quo pacto, contexuit, quam Evangelium Diatessaron adpellavit. Hoc autem opus etiamnum extat apud nonnullos.

Idem Tatiani opus commemorat etiam

S. Epiphanius adversus Haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Λέγεται δὲ τὸ διὰ τεσσάρων εὐαγγελίων ὑπ᾽ αὐτοῦ (Τατιανοῦ) γεγενῆσθαι, ὅπερ καθ᾽ Ἑ= κατὰ Ἑβραίους τινὲς καλοῦσι.

Leg. fortas. εὐαγγέλιον.

Opus autem ex quatuor Evangeliis contextum ab eo (Tatiano) dicitur elaboratum, quod secundum Hebraeos nonnulli vocant.

Evangelium secundum Hebraeos[cum], quo Ebionitae usi sunt, ut testatur Epiphanius, (S. Epiphanius, adversus haeres. Lib. 1. adversus haeres. ~~30.~~ 10. sive 30. Cap. 13.) cum Tatianoi Evangelio διὰ τεσσάρων eumdem fuisse contendit Marand; qui et Evangelium Petri a Serapione damnatum, ut refert Eusebius, ab Evangelio Tatiani distinguendum non

esse suspicatur. Sed res adhuc maturius expendenda. De Tatiani opere, de quo agitur; haec habet

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii
Libro I. capite 20.

Οὗτος (Τατιανὸς) καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλούμενον συντέθεικεν εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οὐ μόνον οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ᾽ ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους, ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ᾽ ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεττάρων εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον εὐαγγέλια.

+ et ii, qui

Hic (Tatianus) Evangelium, quod ex quatuor dicitur, composuit, amputatis genealogiis, aliisque omnibus, quibus quae Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Eoque Evangelio usi sunt non illi tantum, qui Tatiani partes sequebantur, sed + Apostolicam doctrinam tenebant, compositionis fraudem minime agnoscentes, sed simplicius evangelio illo, tanquam compendiario libro utentes. Reperi et ego plusquam ducentos hujusmodi libros in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes collectos seposui, eisque quatuor Evangelistarum Evangelia substitui.

Opus illud Tatiani diu est quod intercidit, Norunt enim eruditi, nullatenus ad Tatianum referendam esse Harmoniam illam Evangeliorum, quae sub ejus nomine latine extat, licet eam saeculo jam sexto Tatiano tribuerit

+ Episcopus

S. Victor + Capuanus in Praefatione in Evangeliorum Tatiani Alexandrini Consonantiam.

Ex historia quoque ejus (Eusebii) comperi, quod Tatianus vir eruditissimus, et orator illius temporis clarissimus unum ex quatuor compaginaverit Evangelium, cui titulum, Diapente imposuit. Hic beati Justini philosophi, et martyris, dum adhuc viveret, discipulus fuit. Quo migrante ad Dominum cum palma martyrii, magistri sanctam deserens disciplinam, et doctrinae supercilio elatus, lapsus in Encratitarum haeresim, Marcionis potius amplexus errorem, quam Justini Christiani philosophi veritatem, suae vitae perniciosus extitit, asserens inter alia, nuptias, et stupra pari crimini subja=

II, 4.
p. 137—180.

cre. Sed et dictis Apostolicis manus profanae emendationis, vel, ut dicam verius, corruptionis, dicitur intulisse. Sed quia et hominum perfidorum, Christi Dei nostri operante potentia, confessione, vel opere saepe triumphat gloria veritatis; nam et daemones Christum fatebantur, et filii Scevae in Actibus Apostolorum in nomine Jesu, quem Paulus praedicaret, daemonia fugabant; Tatianus quoque licet in profanis implicitus erroribus, non inutile tamen exhibens studiosis exemplum, hoc Evangelium, ut mihi videtur, solerti compaginatione condisposuit. Et forsitan adhuc beati Justini adhaerens lateri, illius eruditionis merito, hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non Ammonii, sed hujus esse eruditionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthaei fertur relationi, Evangelistarum reliquorum relationem discretos annexisse sermones: hic vero sancti Lucae principia assumpta. Licet ex maxima parte Evangelio sancti Matthaei, reliquorum trium dicta conjunxerit, ut jure ambigi possit, utrum Ammonii, an Tatiani inventio ejusdem operis debeat aestimari. Veruntamen vel si jam haeresiarches hujus editionis author extitit Tatianus, verba Domini mei cognoscens, libenter amplector interpretationem. Si fuisset ejus propria, procul abjicerem. Nam et contra Gentes magnificos libros edidisse narratur. Hoc igitur Evangelium, cum absque numeris reperissem, quos Ammonius mirabili studio reperit, Eusebius vero Caesareae Episcopus Palaestinae ab eo accipiens exemplum diligenter excoluit, quibus communiter ab Evangelistis dicta, propriis sunt notulis declarata; Domino adjuvante studium laboris impendit, ut memoratos numeros per loca congrua diligenter adfigerem. Quod si dubitatio alicujus verbi fortasse provenerit, ex appositis numeris ad plenariam recurrens quiuset Evangelii lectionem, an et ibidem ita se sermo habeat, de quo ambiguitas provenerat, incunctanter inveniat: et absque scrupulo studiosi mens secura hoc possit uti volumine. Quod etsi a compositi hujus authore voluminis cum numeris editum fuit, sed transcribentium desidia omissi putantur: non tamen in eo sumus labore versati, quo opera solet novella praesumi. Sciendum sane quod hic numerus Canonicus usque ad denariam pervenirat quantitatem. Neque scribentis voluntate, horum numerorum summa defixa est, sed ratione, et regula naturali ab Ammonio inventa est sagaciter.

Ammonium cum Tatiano confundit Hebedjesu, cujus verba in Abrahami Ecchellensis versione ita sonant: = Extat autem Evangelium, quod compilavit vir quidam Alexandrinus Ammonius, qui est Titianus, quod

+ [illegible] viro Au= [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

vocavit Diatesseron. = + Ex deperdito Tatiani opere περὶ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμοῦ = De perfectione secundum Servatorem =, fragmentum servavit

Clemens Alexandrinus Stromatum Libro III. Capite 12.

Τατιανὸν οἶμαι τὸν Σύρον τὰ τοιαῦτα τολμᾷν δογματίζειν. Γράφει γοῦν κατὰ λέξιν ἐν τῷ περὶ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμοῦ· „Συμφωνίαν μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχῇ· κοινωνία δὲ φθορᾶς, λύει τὴν ἔντευξιν. Πάνυ γοῦν δυσωπητικῶς διὰ τῆς συγχωρήσεως εἴργει· πάλιν γὰρ ἐπὶ ταὐτὸ συγχωρήσας γενέσθαι διὰ τὸν Σατανᾶν, καὶ τὴν ἀκρασίαν, τοῖς τὸν πειθησόμενον, δυσὶ κυρίοις μέλλειν δουλεύειν ἀπεφήνατο· διὰ μὲν συμφωνίας, Θεῷ· διὰ δὲ τῆς ἀσυμφωνίας, ἀκρασίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ διαβόλῳ.„ Ταῦτα δέ φησι τὸν Ἀπόστολον ἐξηγούμενος, σοφίζεται δὲ τὴν ἀλήθειαν, δι᾽ ἀληθοῦς ψεῦδος κατασκευάζων.

Tatianum Syrus haec talia docere audet, ut arbitror. In sane in libro de perfectione secundum Servatorem, ita scribit ad verbũ: „Consensum igitur Orationi aptum dicit, corruptelę autem communio, intercessionem solvit. Itaque per concessionem severe admodum arcet ab illa. Cum enim propter Satanam, et intemperantiam rursus convenire permiserit, declarat, illum, qui obsequitur temperabit a duobus Dominis servitūrum; per consensum scilicet Deo, per dissensum vero itemperantiae, et fornicationi, ac Diabolo.„ Haec autem dicit Apostolum explicans, sed sophisticae veritatem eludit, falsum vero astruens.

Paucis interpositis, Tatianum rursus memorat

Idem loco citato.

Χωρίζει δὲ καὶ τὸν παλαιὸν ἄνδρα, καὶ τὸν καινὸν ὁ Τατιανός. Ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἡμεῖς φαμέν· παλαιὸν μὲν ἄνδρα, τὸν νόμον· καινὸν δὲ, τὸ εὐαγγέλιον. Συμφωνοῦμεν αὐτῷ καὶ αὐτοὶ λέγοντες, πλὴν οὐχ ᾗ βούλεται ἐκεῖνος, καταλύων τὸν νόμον, ὡς ἄλλου Θεοῦ.

Veterem quoque hominem, novumque distinguit Tatianus: sed non ut nos dicimus, veterem hominem in quidem hominem intelligens legem, novum autem Evangelium. Adsentimur ei nos quoque eadem dicentes, sed non eo, quo quo ille vult sensu, Legem solvẽ, quasi alterius Dei.

Alia a Tatiano haeretice dicta refert

Idem in Eclogis ex Scripturis Propheticis §. 38. et 39.

Πρὸς δὲ Τατιανὸν λέγοντα εὐκτικὸν εἶναι τὸ „γενηθήτω φῶς„, λεκτέον· εἰ τοίνυν εὐχόμενος ἤδη τὸν ὑπερκείμενον Θεὸν; πῶς λέγει „ἐγὼ Θεὸς, καὶ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος οὐδεὶς„; Εἴπομεν ὡς κολάσεις εἰσὶ βλασφημιῶν, φλυαρίας, ἀκολάστων ῥημάτων λόγῳ κολαζομένων, καὶ παιδευομένων. Ἔφασκεν δὲ καὶ διὰ τὰς τρίχας κολάζεσθαι καὶ τὸν κόσμον τὰς γυναῖκας, ὑπὸ δυνάμεως τῆς ἐπὶ τούτοις τεταγμένης, ἣ καὶ τῷ Σάμψων δύναμιν παρεῖχε ταῖς θριξὶν, ἥτις κολάζει τὰς διὰ κόσμον τριχῶν ἐπὶ πορνείαν ὁρμώσας.

Adversus Tatianum autem, qui dicit precantis esse illud, „Fiat lux„, dicendum: si Deum superiorem precatur, quomodo ait: „Ego Deus, et praeter me nullus alius?„ Diximus poenas infligi blasphemiis, nugis, et lascivis verbis, quae ratione puniuntur, et emendantur. Dicebat etiam ob capillos, et ornamenta [illegible] mulieres, per vim his additam, quę et Sampsoni robur praebuit per capillos, easque plectit mulctat, quę per capillorum ornamenta in fornicationem feruntur.

Ad priorem hujus loci partem illustrandam facient haec, quae habet:

Origenes de Oratione Capite 24.

Μὴ συνιδὼν δὲ ὁ Τατιανὸς τὸ „γενηθήτω„ οὐ πάντοτε σημαίνειν τὸ εὐκτικὸν, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅπου καὶ προστακτικὸν, ἀσεβέστατα ὑπείληφε περὶ τοῦ εἰπόντος· „γενηθήτω φῶς„, Θεοῦ, ὡς εὐξαμένου μᾶλλον, ἤπερ προστάξαντος γενηθῆναι τὸ φῶς, ἐπεὶ ὥς φησιν ἐκεῖνος ἀθέως νοῶν, „ἐν σκότῳ ἦν ὁ Θεός.„

Non intelligens autem Tatianus illud, „Fiat„ non semper precantis esse, sed interdum etiam jubentis, impiissime sensit de eo qui dixit: „fiat lux„, Deum precantem esse illum potius, quam lucem jubentem lucem fieri; siquidem, ut ille impie cogitans dixit inquit, „in tenebris erat Deus.„ +

+ Quędam hic addenda vide pag. 141. num. 1.

Nescio sane an inter Tatiani fragmenta referenda sint, quae profert

S. Hieronymus Commentariorum in Epistolam ad Galatas Libro III. ad Caput. 6. versiculum 8.

Tatianus, qui putativam Christi carnem introducens, omnem conjun=

ctionem masculi ad feminam immundam arbitratur, Encratitarum vel acerrimus haeresiarches tali adversum nos sub occasione praesentis testimonii usus est argumento: Si qui seminat in carne, de carne metet corruptionem; in carne autem seminat qui mulieri jungitur: ergo et is, qui uxore utitur, et seminat in carne sua, de carne metet corruptionem.

Porro Cassianum, pro Tatiano, cum pervetusto Codice Cluniacensi, et cum Codice Regio 3758. in adlato Hieronymi loco legendum esse, non contemnendis argumentis demonstrare nititur + Marand. His, quae ille recte observavit, addam quod haeresiarchae nomen interdum sumitur etiam pro haeretico; ut apud Adonem in Chronico: = a quo Encratitae haeresiarchae exorti sunt. = Ex Tatiano quodam Chronographo, qui nescio an cum nostro confundendus sit haec refert

+ Le Quien; (Le Quien, ad S. Joan. Damasc. De haeres. Cap. 45. 46.) et

Joannes Malalas Chronographiae Libro X.

Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλος μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ μαθὼν ταῦτα περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον περιεῖλε, καὶ πάντας ἴσως ἐδέξατο, καὶ ἠγάπα, προτρεπόμενος ἅπαντας· καθὼς συνεγράψαντο ταῦτα οἱ σοφώτατοι Κλήμης, καὶ Τατιανὸς οἱ χρονογράφοι.

(In Chronico Alexandrino legitur: ἐδέξατο.)

Post haec sanctus Paulus, cum Antiochiam magnam venisset, et haec ista de sancto Petro didicisset, ubique scandalum sustulit, omnesque pariter suscepit, et amplexus, atque adhortatus est, quemadmodum referunt Clemens, et Tatianus sapientissimi Chronographi.

Eadem habet

Chronicon Paschale 206. Olympiade.

Τούτῳ τῷ πέμπτῳ ἔτει Κλαυδίου, προχειροτονηθεὶς Παῦλος εἰσῆλθεν εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην, καὶ μαθὼν τὰ περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον περιεῖλε, καὶ πάντας ἐδέξατο, καὶ ἠγάπα, καθὼς συνεγράψατο τὰ περὶ τούτου Κλήμης, καὶ Τατιανὸς οἱ χρονογράφοι.

Quinto hoc Claudii anno, Paulus, qui antea ordinatus fuerat, Antiochiam magnam ingressus, cum ea, quae sanctus Petrus fecerat comperisset, ubique scandalum sustulit, omnesque suscepit, et amplexus, atque adhortatus est, quemadmodum de illo scribunt Clemens, et Tatianus Chronographi.

Paralipomena.

Pro pag. 139. [1.] Deinde postquam illa Scripturae loca memorasset: = Germinet terra herbam pabuli =, et = Congregentur aquae sub coelo =, itemque = Producant aquae reptilia animarum viventium =, nec non: = producat terra animam viventem, haec subjungit

Idem loco citato. (Origen. tom. 1. pagin. 238. b. c.)

Εἰ δὲ καὶ κατ᾽ αὐτὸν (Τατιανὸν) ἄτοπον τὸ περὶ τούτων εὔχεσθαι, προστακτικαῖς ὀνομασίαις εἰρημένων, πῶς οὐ τὸ ὅμοιον λεκτέον καὶ περὶ τοῦ „γενηθήτω φῶς„, ὡς μὴ εὐκτικῶς ἀλλὰ προστακτικῶς εἰρημένου; Ἀναγκαίως δέ μοι ἔδοξεν, ἐν ταῖς προστακτικαῖς φωναῖς εἰρημένης εὐχῆς, ὑπομνησθῆναι τῶν παρεκδοχῶν αὐτοῦ, διὰ τοὺς ἠπατημένους, καὶ παραδεξαμένους τὴν ἀσεβῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ, ὧν καὶ ἡμεῖς ποτε πεπειράμεθα.

Sin etiam juxta ipsum (Tatianum) absurdum est haec imperativis verbis expressa, precantis esse dicta, quare non idem asserendum est de illo, „fiat lux„, quod scilicet non precantis sit, sed imperantis? Necessarium autem mihi visum est, cum de imperativis vocibus dictae precationis agerem, pravas viri illius interpretationes memorare, in gratiam eorum, quos ipse decepit, et qui impiam ejus doctrinam admiserunt, in quos aliquando nos etiam incidimus.

Theocritus Chalcedoniae Episcopus.

De Theocrito Episcopo, ut in Praedestinato legitur, Chalcedonensi, nihil habeo, quae addam his, quę dixi cum de Evandro loquerer.

Theocritus Cappadociae Episcopus.

Bardesanem haereticum a Theocrito quodam in Cappadociae Episcopo damnatum dicit

Praedestinatus Libro I. Capite 35.

Hunc (Bardesanem) The in Cappadocia damnavit Theocritus Episcopus, docens Deum bonum utraque fecisse, utraque copulasse, et carnis humanae non naturam, sed praevaricationem esse cupandam.

Theodorus Panormi Episcopus.

Theodorum Panormi Episcopum nonnisi auctor Praedestinati e veteribus memorat, cujus locum exscripsi, de Eustachio Episcopo Lilybeorum agens.

c.¹ Theodotus Pergami Episcopus.

Theodotum Pergami Episcopum Colobarsianum superasse dicit auctor operis, cui titulus:

Praedestinatus Libro I. Capite 15.

Hunc (Colorbasum) sanctus Theodotus de Pergamo Episcopus habita Synodo septem Episcoporum anathematizavit, docens septem Ecclesias in septiformi spiritu consecratas. Una forma est, inquit, cum in forma, quam primus homo amiserat, revocatur. Secunda, cum immaculatus, qui erat peccator efficitur. Tertia, cum ex terra corpus mortuum suscitabitur. Quarta, cum anima de inferni claustris eruitur. Quinta, quod anima paradisi habitatione laetatur, quousque
Ms. Aug. Dei. corpus suum incorruptibile recipiat. Sexta, quod filios Deo facit qui erant filii Adae. Septima, quod facit hominem regni caelorum esse participem. Has esse sancti Spiritus formas in septem Ecclesiis, in septem oculis, et in septem candelabris aureis conlocatas.

~~Theodorus Panormi Episcopus.~~

~~Theodorum Panormi Episcopum nonnisi auctor Praedestinati e veteribus memorat, cujus locum exscripsi, de Eustachio Episcopo Lilybaeanum agens.~~ –

S. Theophilus Antiochiae Episcopus.

Theophilum Antiochenae urbis Episcopum antiquiorem recto faciunt, qui eum cum Theophilo illo, cui Lucas Apostolorum Actus nuncuparuit eundem existimant. Horum ex numero est Hugo a S. Victore, (Fab. 12. 654. not.) itemque auctor libri

De ortu, et obitu Patrum Capite 55.

Alium vero librum, qui Actus Apostolorum dicitur, quem sancto Theophilo Episcopo Antiocheno conscripsit (Lucas.)+

+Quaedam hic addenda vide pag. 152. num. 1.

Porro Antiochiae Episcopatum sextus ab Apostolis sub M. Aurelio Antonino gessit Theophilus, ut testatur

Eusebius in Chronico anno Domini 170. Olympiade 236.

Theophilus Antiochiae VI. sextus Episcopus ordinatur, cujus plurima ingenii opera extant.

Quae exscribit

S. Tiro Prosper in Chronico. (p. 547.)

Antiochiae VI. Episcopus ordinatur Theophilus, cujus plurima ingenii opera extant.

Sextum Antiochiae Episcopum Theophilum fuisse dicit etiam

Georgius Syncellus in Chronographia anno mundi 5653. Christi 153.

Ἀντιοχείας ἕκτος ἐπίσκοπος Θεόφιλος, ἔτη ιγ'. Θεοφίλου τούτου συγγράμματα εἰσὶ, καὶ φέρονται.

Antiochiae sextus Episcopus Theophilus, annis 13. Hujus Theophili scripta quaedam extant, et circumferuntur.

Annos tredecim in Episcopatu Theophilum permansisse, praeter Syncellum scribit

Nicephorus Archiepiscopus Constantinopolitanus in Chronographia Compendiaria.

ζ'. Θεόφιλος, ἔτη ιγ'.

7. Theophilus, annis 13.

Sapientem virum vocat Theophilum

Hermannus Contractus in Chronico Aetate sexta. anno Christi 169.

Sextum ab Apostolis Antiochenae urbis Episcopum, praeter laudatos auctores, dicit

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 20.

Τηνικαῦτα καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Θεόφιλος ἕκτος ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἐγνωρίζετο.

Tunc Theophilus Antiochenam Ecclesiam sextus ab Apostolis regens, innotescebat.

Quaedam Theophili scripta commemorat

Idem loco citato Capite 24.

Τοῦ δὲ Θεοφίλου, ὃν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον δεδηλώκαμεν, τρία τὰ πρὸς Αὐτόλυκον στοιχειώδη φέρεται συγγράμματα· καὶ ἄλλο πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου κέχρηται μαρτυρίαις· καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία.

Theophili vero, quem Antiochenae Ecclesiae Episcopum fuisse monuimus, tres extant libri ad Autolycum elementa fidei continentes. Alius praeterea liber habetur, quod qui, Contra haeresim Hermogenis inscribitur, ubi testimoniis ex Joannis Apocalypsi desumptis usus est auctor. Extant item alii quidam catechetici ejusdem libri.

Nunc soli ex Theophili scriptis supersunt libri tres ad Autolycum, de Christianorum fide περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, quem titulum illi praeseferunt in Codice Regio Parisiensi, ut testatur Sirmondus. (Sirmondus, ad Rufin. de Fide) Theophilum Antiochenum Episcopum cum Episcopo hujus nominis Alexandrino confudisse videtur

Gennadius in Catalogo illustrium virorum Capite 33.

Legi et tres de Fide libros sub nomine ejus titulatos: sed quia lingua inconsonans est, non valde credidi.

Porro nec libris ad Autolycum Theophili ~~no~~ Alexandrini episcopi nomen praefixum fuisse crediderim, nec Gennadium libros aliquos de Fide, ab illis ad Autolycum diversos designare voluisse, ut putat Sirmondus. (Idem, l. c.) sed potius Gennadium ipsum vel simplicem Theophili nomen reperisse libris illis praemissum, vel appositam Antiocheni Episcopi notam non animadvertisse. ~~Libr~~ Tertium ex libris ad Autolycum, quem de temporibus vocat, adlegat

L. Coelius Lactantius Firmianus Divinarum Institutionum Libro I. Capite 23.

Theophilus in libro de Temporibus ad Autolicum scripto ait, in historia sua Thallum dicere, quod Belus, quem Babylonii, et Assyrii colunt, antiquior Trojano bello fuisse invenitur trecentis viginti duobus annis: Belum autem Saturno aequalem fuisse et utrumque uno tempore adolevisse.

Priora primi ad Autolycum libri verba refert

S. Joannes Damascenus in Sacris Parallelis Littera
K. Titulo 4.

Στώμυλον τὸ στόμα, καὶ φράσις εὐεπὴς τέρψιν παρέχει, καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλίοις ἀνθρώποις ἔχουσι τὸν νοῦν κατεφθαρμένον.

Os dicax, et elegans loquutio, delectationem, et laudem ad inanem gloriam miseris hominibus adferunt, qui mentem corruptam habent.

Aliud Theophili dictum ex eodem libro laudat

Idem loco citato Littera A. Titulo 12.

Theoph. 341. b. Εἶτα βασιλεὺς μὲν ἐπίγειος
τᾶσιν. πιστεύεται εἶναι, καίπερ μὴ πᾶσι βλεπόμενος· διὰ δὲ νόμων, καὶ διατάξεων αὐτοῦ, καὶ ἐξουσιῶν, καὶ δυνάμεων, καὶ εἰκόνων νοεῖται. Τὸν δὲ Θεὸν οὐ
βούλει σὺ. Damasc. 787. νοῆσαι. βούλει νοεῖσθαι δι' ἔργων, καὶ
Theoph. διὰ. δυνάμεων.

Praeterea rex terrenus existere creditur, licet non ab omnibus videatur: per leges quippe, et decreta, voluntatesque, et potentiam, atque imagines, agnoscitur: Deum vero per ex operibus, et ejus, et potestatibus intelligere non vis.

Hunc locum sub Theophili alibi apud Damascenum, (S. Joannes Damascenus, Sacr. Parall. Rupefucald. Litt. Π. Tit. 26.) ma: u Theophili Episcopi Alexandrini nomen praefigitur. Theophili nostri opus adversus Hermogenis haeresim, quo praeter Eusebium, cujus locum nuper adduxi, commemorat

Theodoretus Haereticarum Fabularum Compendii Libro I. Capite 19.

Κατὰ τούτου (Ἑρμογένους) συνέγραψε Θεόφιλος ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος, καὶ Ὠριγένης ὡσαύτως.

Contra hunc (Hermogenem) scripsit Theophilus Episcopus Antiochenae Ecclesiae, atque Origenes similiter.

Deperditum Theophili librum adversus Marcionem non sine laude memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 24.

Ὁ γέτοι Θεόφιλος σὺν τοῖς ἄλλοις κατὰ τούτων (αἱρετικῶν) στρατευσάμενος δηλός ἐστιν ἀπό τινος οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου, ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν εἰσέτι νῦν διασέσωσται. Τοῦτον μὲν οὖν ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας διαδέχεται Μαξιμῖνος.

Theophilus igitur una cum caeteris adversus illos (haereticos) dimicavit, ut constat ex libro ejus non contemnendo, quem contra Marcionem scripsit, et qui cum caeteris ejus scriptis, quos memoravimus, etiamnum extat. Huic sane Theophilo, septimus ab Apostolis in Antiochenae Ecclesiae Episcopatu successit Maximinus.

Librum ipsum innuit Theodoretus, Theophilum laudans in loco, quē de Modesto cum agerem exscripsit. Contra Marcionem scripsisse Theophilum notat etiam

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capite 3.

Κἀκεῖνον ἕκτος Θεόφιλος (διεδέξατο) ὃς καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐγγράφως ὡπλίσατο· ὃν ἕβδομος διεδέξατο Μαξιμῖνος.

Illi Theophilus sextus Episcopus (successit) qui et scriptis contra Marcionem decertavit: hunc autem septimus excepit Maximinus.

Praeter laudata Theophili scripta memorat Hieronymus Commentarios in Evangelia, atque in Proverbia Salomonis, quae Theophili ipsius nomen praeseferebat. = Legi, inquit ille, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 25.) sub nomine ejus, (Theophili) in Evangelium, et in proverbia Salomonis commentarios, quae mihi cū superiorum voluminum elegantia, et phrasi non videntur congruere. = Rursus Theophili commentarios in Matthaeum legisse se dicit ipse

S. Hieronymus in Procemio Commentariorum in Matthaeum.

Legisse me fateor ante aliquot annos plurimas in Mattheum Origenis vigintiquinque volumina, et totidem homilias, commaticumque interpretationis genus, et Theophili Antiochenae urbis episcopi commentarios.

Ex Commentario in Lucam quod Theophilo tribuebatur, ua as est, juxta locum producit

Idem in Epistola 151. ad Algasiam Quaestione 6.

v. B. P. 1. 365 e.

Theophilus Antiochenae Ecclesiae septimus post Petrum Apostolum Episcopus, qui quatuor Evangelistarum in uno opere dicta compingens ingenii sui nobis monumenta reliquit, haec super hac parabola in suis Commentariis est locutus. „Dives, qui habebat villicum, etc. V. Grabe tom. 2. pag. 223. vel S. Justin. edit. 1742. pag. 601. vel S. Hieron.

Verba, quae huic Theophili loco praemittit Hieronymus adfert etiam

Zacharias Episcopus Chrysopolitanus in Commentarii in Ammonii Alexandrini Concordiã Evangelicam Libro

Ad haec Pater Hieronymus in homilia de villico iniquitatis, intraducens Theophili expositionem hanc ejus laudem adjecit: *„ Theophilus Antiochenae Ecclesiae septimus post Petrũ Apostolum Episcopus, quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui monumenta demisit.„

Antea jam Theophilum laudaverat

Idem loco citato. (Fab. 12. 655.)

Non absonum videtur, Evangelium compendiose nos recipere in uno opere, Theophili Episcopi, vel Tatiani, seu Ammonii Alexandrini, aut alius cujuslibet, congruo componentis ordine unã ex quatuor narrationem.

Rursus etiam Theophili meminit auctor ipse in eodem opere. (B.P. Max. Lugdun. Tom. 19. p. 855.) Extant nunc sub Theophili Antiocheni Episcopi nomine Libri quatuor Commentariorum, sive allegoriarum in quatuor Evangelia, quos omnino nothos esse, atque a latino auctore conscriptos constat tum ex his verbis, quae leguntur in primo eorum libro: „per jota vetus significat Testamentum, quo Decalogus continetur, jota enim pro decem est apud Graecos; apex autem quatuor litteras habens, per evangelium quadruplex, Testamentum indicat novum „ =: tum ex eo, quod e Cypriano, et Hieronymo nonnulla descripserit eorum Commentariorum auctor, qui a Cypriano, potius, et Hieronymo exscripti dici vix possunt, cum sequioris prorsus aevi notas praeseferant. Grabe, qui Commentarios istos, eosdem cum illis, quos vidit Hieronymus, minus recte existimavit, id notare praetermisit, quod vel maxime sententiam suam adserere videri posset. Ait enim hoc se certissimum habere; =si nostra (Commentaria) eadem sint cum istis, quae Hieronymus vidit, illa mutila esse, siquidem in iis haud reperitur à Hieronymo in Epistola ad Algasiam Quaest. 6. conservatum fragmentum, quo parabola de Oeconomi servo Luc. XVI. ad Apostolorum Paulum mystice applicatur. = Atqui fragmentum illud; quod doctissimum Grabe praeterisse miror; integrum, cum quibusdam duntaxat verborum discrepantiis, legitur in Libri tertii commentariorum, quos habemus sub Theophili nomine. Non tamen inde colligi debet Commentarios istos, cum illis, quos legit Hieronymus eosdem esse; potuit enim qui Commentarios ipsos sub Theophili nomine venditandos composuit, fragmentum, quod dixi ex Hieronymo petere, sivel etiam ex Theophilo ipso, si ut putat Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 1. §. 20.) Commentarii illi, ex antiquioribus Theophili commentariis, aliisque [illegible] scriptoribus excerpta contineant. Porro fragmentum Theophili ab Hieronymo adlatum, extra locum occurrit in Commentariis, de quibus agitur, ac parabolae, ~~quam~~ quae ibi explicatur, jam antea interpretationem alteram, Commentariorum auctor adtulerat. Cum nullus alius Theophilus in Salomonis libris scripsisse dicatur apud veteres; Theophili autem nostri Commentarios in Proverbia Salomonis laudat Hieronymus; eum etiam Canticum Canticorum enarrasse suspicatus est Grabe, eique tribuendum conjecit fragmentum istud, cui nudum Theophili nomen praefigit

Eusebius in Expositione in Canticum Canticorum ad Caput III. versiculum 9. (p. 170)

Ἐξ ἐθνῶν τὸ κατὰ σάρκα ὁ Κύριος, σωζομένου καὶ τοῦ ἐξ Ἰούδα. Τίς οὖν ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ Λιβάνου; Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις. Αὕτη γὰρ τέτοκε τὸν Ἰωβὴδ, ἐξ οὗ Ἰεσσαὶ. Φορεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα· „φορεῖον ἐποίησεν·„ ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐποίησεν. Ὡσανεὶ ἔλεγεν· ὅλον δὲ τὸ φορεῖον ἡ ἀγάπη ἐστὶν,

Ex gentibus quoad carnem est Dominus, salvo eo, quod ex Juda esse dicitur. Quis igitur est lignum Libani? Ruth Moabitis. Haec enim genuit Jobed, ex quo Jesse. Lectica igitur est corpus ejus: „ „Lecticam fecit:„ ex communi illud fecit. Quasi diceret: Tota Lectica ejus charitas est, juxta

κατὰ τὸ „ μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.„ Φορεῖον τὰς Θεοφόρους ψυχάς.„ Ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου.„ Ποτὲ γὰρ ξύλον τοῦ ἀντικειμένου ἦμεν.	illud: „ major autem horũ charitas.„ Lectica, Deifera etiam animas significat.„ Ex Lignis Libani.„ Olim enim lignum hostis eramus.

A Grabe non dissentit Marand, etsi Fabricius, (Idem, l. c. Cap. 9. §. 12) Theophylactum, pro Theophilo apud Eusebium legendum suspicetur: sed Theophylacti Commentarium in Canticum Canticorum nemo, quod sciam, commemoravit.

Paraupomena

Pro pag. 46. (1.) In eundem errorem lapsus est

Guilelmus Archiepiscopus Tyri Historiae Belli Sacri Libro IV. Capite 9.

Antiochiae Apostolorum princeps Cathedram obtinuit sacerdotalem, et Pontificali primum functus est dignitate; viro venerabili Theophilo, qui erat in eadem civitate potentissimus in proprio domate, Basilicam dedicante; cui Lucas eadem ex urbe originem trahens tam Evangelium suum quam Acta Apostolorum inscripsit; qui et B. Petro septimus in ordine Pontifex in eadem Ecclesia successit.

Nec alium quam Theophilum nostrum respexisse videtur

S. Isidorus Hispalensis Originum Libro VI. Capite 2.

In Graecia Evangelium scripsit (Lucas) Theophilo Episcopo, initians a sacerdotali spiritu.

S. Theophilus Caesareae Episcopus.

Caesariensis episcopus Theophilus floruit circa decimum Commodi Imperatoris annum, ut testatur

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 22.

Καισαρείας δὲ τῆς ἐπὶ Παλαιστίνῃ καθηγεῖτο Θεόφιλος· καὶ Νάρκισσος δὲ ὁμοίως, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος ἐποιήσατο, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἔτι τότε τὴν λειτουργίαν εἶχεν.	Caesareae autem in Palaestina praeerat Theophilus; et Narcisus similiter, cujus et antea meminimus, Hierosolymitanae Ecclesiae adhuc gerebat Episcopatum.

Hic Theophilus, ut ait Hieronymus, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 43.) = adversum eos, qui decimaquarta luna cum Judaeis Pascha faciebant, cum ceteris episcopis Synodicam valde utilem composuit epistolam. = Eadem scribit

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 194.

Cujus decretis favens Theophilus Caesareae Palaestinae Episcopus, scripsit adversum eos, qui decimaquarta luna cum Judaeis Pascha celebrabant, cum ceteris, qui in eodem concilio resederant episcopis, synodicam, et valde utilem epistolam.

Haec exscripsit Beda in libro de sex mundi aetatibus. Synodicam illam Episcoporum Palaestinae epistolam his ver de Pascha, his verbis memorat

Eusebius Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 23.

Φέρεται δ' εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημένων γραφή, ὧν προὐτέτακτο Θεόφιλος τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος, καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις.	Etiamnum extat epistola tunc congregatorum in Palaestina Episcoporum, quibus praesidere Theophilus Caesariensis Ecclesiae Episcopus, et Narcissus Episcopus Hierosolymitanus.

Ejusdem epistolae fragmentum servavit

Eu Idem loco citato Capite 25. (pag. 217.)

Οἱ γε μὴν ἐπὶ Παλαιστίνης, οὓς ἀρτίως διεληλύθαμεν, ὅ τε	Palaestinae autem episcopi, quos nuper commemoravimus,

Νάρκισσος, καὶ Θεόφιλος· καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσσος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος τῆς ἐν Πτολεμαΐδι, οἵ τε μετὰ τούτων συνεληλυθότες, περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ Πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες· κατὰ τὸ τέλος τῆς γραφῆς αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγουσι ταῦτα· „τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. Δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ἥπερ καὶ ἡμεῖς. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν· ὥστε συμφώνως, καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν."

Narcissus nempe, ac Theophilus, et cum illis Cassius Tyriorum Ecclesiae, et Clarus Ecclesiae Ptolemaidis episcopi, aliique qui cum ipsis convenerant, postquam complura disseruerint de traditione circa Pascham, quam ab Apostolis per successionē acceperant; in fine epistolae haec verba subjungunt: „Date operam, ut epistolae nostrae exemplaria per omnem mittantur Ecclesiam, ne crimine obstricti videamur iis, qui animas suas facile decipiunt. Significamus autem vobis, eodem, quo nos, die, qui Alexandriae sunt Pascha celebrare. A nobis enim ad illos, atque ab illis ad nos litterae perferuntur, adeo ut concorditer, et simul sanctam diem peragamus."

De Synodo ob controversiam de Pascha in Palestina congregato, cui praefuit Theophilus, haec habet

Synodicon Vetus Capite 11.

Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ, τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυργοστράτωνος, ὑπὸ Θεοφίλου τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα, ὑπὸ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὡσαύτως.

Synodus Divina, et sacra, provincialis, Caesareae Palestinae, sive in Turre Stratonis (Hieron. Catal. c. 43.) ~~cebr~~ celebrata a Theophilo sanctissimo ejus episcopo, aliisque episcopis duodecim, quae de sancto Pascha idem constituit.

Hujus Synodi ~~a~~ Acta in epistola ~~quadam~~, ~~in~~ ~~quam~~ refert Beda ~~in~~ libro de aequinoctio vernali latine ad nos pervenerunt. Ea vulgavit Bucher in opere de cyclo Victorii, aliisque ~~+~~ Cyclis Paschalibus, ac deinde Labbè in Collectione ~~Con~~ Conciliorum. Emendatiora eadem protulit Baluzius, qui manuscriptos earum codices non parum inter se discrepantes evolvit. Tum Muratori in tertio Anecdotorum Latinorum tomo, opus de computo edidit, in quo ~~ea~~ acta illa reperiuntur. Ejusdem Synodi acta, sed in multis diversa ab illis, quae apud Bedam occurrunt, vulgavit Faustinus Arevalo in appendice ad tomum tertium editionis operum Isidori Hispalensis. Verum acta illa licet Baronio, Bucher, Hallois, ~~Val~~ Valesio, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 25.) aliisque (Till.) recepta, immo plane aurea a Labbè dicta; merito prorsus suspecta censet de Sainte Beuve, du Bosquet, (Du Bosquet, Eccles. Gallican. Lib. 5. Cap. 3.) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Not. sur Saint Victor Pape Note 2. sur les actes du Conc. de Cesarée sous Theoph.) Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 20.) Ittigius, (Ittigius, in Append. ad Dissert. de haeresiarch. aevi Apostolici ~~aetat~~. Fab. 194.) Coustant, (Coustant, Epist. Rom. Pontif. S. Victor I. Papa. ~~§. 4.~~) aliique non pauci. Porro nec omnino consonant acta illa cum his, quae de Synodo Palaestinae refert Eusebius, (Coustant 93. b.) nec Graecis cognita fuisse videntur, ait enim Zonaras, (Zonaras, Commentar. in Canon. Till.) nullius haberi Concilii Acta, quod Concilium Antiochenum contra Paulum Samosatensem habitum praecesserit. Caeterum ex Actis, de quibus agitur petita sunt, nec, quae refert

Beda de Temporum Ratione Capite 45. (p. 49. t. 2.)

Quamvis Theophilus Caesariensis, antiquus videlicet, vicinusque Apostolicorum temporum doctor, in epistola Synodica, quam adversus eos, qui decimaquarta luna cum Judaeis Pascha celebrabant
Bed. 2. 233. una cum caeteris Palaestinae Episcopis scripsit, ita dicit: „Et impium non est ut passio Dominica, tanto sacramenti mysterium, foras limitem excludatur. Passus namque Dominus ab XI. Calendas Apriles, qua nocte ab Judaeis est traditus, et ab VIII. Calendas Apriles resurrexit. Quomodo tres dies foras terminum excludentur? Constitutumque est in illa Synodo ut ab XI. Calendas Apriles, usque in VIII. Calendas Majas Pascha debeat observari, ut in eodem
Bed. 2. 232. libro superius scriptum est: „Nam Galli quacunque die VIII. Calendas Aprilis fuisset, quando Christi resurrectio fuisse tradebatur, Pascha semper celebrabant."

Ad priorem hujus loci partem haec adnotat

Brideferthus Ramesiensis in Glossis ad Bedae de Temporum Ratione Caput 45.

Synodica, scilicet quam fecit in Synodo adversus eos, qui decimaquarta luna cum Judaeis pascha celebrabant. Illam igitur epistolam hic ponere nolui, quia magis irrisionem praestat insipientibus, quam aedificationem sapientibus, eo quod Dominum nostrum Jesum Christum undecimo Calen. April. fuisse passum, et octavo calendas eum resurrexisse pronunciat, quod nimis absurdum est.

Tum addit

Idem loco citato.

Theophilus dicit Dominum XI. Calend. April. fuisse passum, et octavo Calend. resurrexisse; sed non est verum quia non jacuit quattuor dies in sepulchro.

Deinde vero subjungit

Idem loco citato.

Videntur enim Theophilo excludi tres dies Dominicae passionis ab Occidentalibus; qui octavo Calen. April. die dicunt Christum fuisse passum.

Recitatum Bedae locum fere ad verbum exscribit

Rabanus Maurus De computo Capite 54.

At contra, Theophilus Caesariensis, antiquus videlicet, vicinusque apostolicorum temporum doctor, in epistola synodica, quam adversus eos, qui quartadecima luna cum Judaeis pascha celebrabant, una cum ceteris Palaestinae Episcopis scripsit, ita dicit: „Et impium non est ut passio dominica tantum sacramenti mysterium foras limitem excludatur. Passus namque Dominus ab undecimo Kal. Aprilis, qua Judaeis est traditus, et ab octavo Kal. Aprilis resurrexit. Quomodo tres dies foras terminum excludentur?„ Constitutumque est in illa Synodo ut ab undecimo Kal. April. usque in undecimum Kal. Maij Pascha debeat observari. Et in eodem libro superius scriptum est: „ Nam Galli quacumque die octavo Kal. Aprilis fuisset, quando Christi resurrectio fuisse tradebatur, Pascha semper celebrabant.„

Perperam, ni fallor, Alexandrinum Episcopum dixit, quem Caesariensem potius dicere debebat (Baluz. 3. 51.)

Idem loco citato Capite 46.

Quia enim et Salvator noster, sicut Theophilus venerabilis Alexandriae Episcopus scripsit, quartadecima quidem est luna traditus, hoc est quinta die post sabbatum, quintadecima autem crucifixus, die tertia resurrexit, hoc est septima decima luna, quae tunc in dominico die videtur inventa.

Huc spectant haec, quae habet

Hermannus Contractus in Chronico Aetate prima. (p. 195)

Unde merito creditur, q. si non verior sententia vincit, quod beatus Theophilus cum caeteris, non solum Palestinae, sed et permultis aliarum regionum Episcopis, de Pascha disputans, scripsit, eodem decimo Calend. Aprilium die Dominum fuisse crucifixum.

Theophilum nostrum, quem male Alexandriae Episcopum ~~dicit~~ vocat, a Victore Romano Pontifice adcersitum dicit auctor, qui vulgo adpellatur ....

Damasus in Libro Pontificali.

Et fecit concilium (Victor:) et collatione facta cum presbyteris, et et diaconibus, accersitoque Theophilo Alexandriae episcopo, constituit, ut a decima tertia luna primi mensis, usque ad 21. die dominica custodiatur sanctum pascha.

S. Victor I. Papa

Victorem Romanum ~~Romanum~~ Pontificem ob conscriptas de Paschate litteras inter Ecclesiasticos scriptores refert Hieronymus. Victor, ait ille, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 34) tertiusdecimus Romanae urbis episcopus, super quæstione Paschae, et alia quaedam scribens opuscula, rexit Ecclesiam sub Severo principe annis decem. = De Religione volumina Victorem conscripsisse ait

Eusebius in Chronico anno Domini 194. Olympiade 242.

Romae Episcopatum suscipit XIII. Victor annis X. cujus mediocria (forte non mediocria. videantur aliae editt. ita sane Till. 3.113.) de Religione extant volumina.

Epistolam Romanæ Ecclesiae de Pascha, quae Victoris nomen praeseferebat, commemorat

Idem Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 23.

Καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως περὶ ἄλλη (ἐπιστολὴ) περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον Βίκτορα δηλοῦσα.

Sed et alia Romanorum (epistola) de eadem quæstione, victoris episcopi nomen praeferens.

Alias, quas ad excommunicandas Asiae Ecclesias misit Victor litteras memorat

Idem loco citato Capite 24.

Καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς.

Et per litteras universos illius regionis fratres denuntiat ~~scribit~~, ~~atque~~ ac prorsus a communione alienos declarat.

Excommunicationem illis missam a Victore dicit etiam

Socrates Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 22.

Ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος Βίκτωρ, ἄμετρα θερμανθεὶς, ἀκοινωνησίαν τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ τεσσαρεσκαιδεκατίταις ἀπέστειλεν.

Romae Episcopus Victor, immodica ira succensus, Quartodecimanis, qui in Asia erant excommunicationem misit.

Non hic praetereunda quae habet

Ado in Chronicorum Breviario Aetate sexta, anno Christi 194.

Victor decimus tertius Romae episcopus, datis late libellis, constituit pascha die dominico celebrari, sicut et condecessor ejus Eleuther, a decimaquarta luna primi mensis, usque in vicesimam primam.

Haec transcripsit Beda in libro Chronico de sex aetatibus mundi. Epistolas duas, alteram ad Desiderium Viennensem Episcopum, alteram autem ad Paracodam, quae sub Victoris nomine ex Floriacensi Bibliotheca prodiderunt, opera Joannis du Bosc, spurias esse ostendunt du Bosquet, (Du Bosquet, Eccles. Gallican. Lib. 3. cap. 5.) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Saint Victor Pape art. 8.) Coustant, (Coustant, Append. Tomi I. Epist. Rom. Pontif. in Monitro in duas Epist. S. victor.) aliique.

Zacchaeus.

Zacchaeum Caesariensem Episcopum Valentinianos anathematizasse fabulatur

Praedestinatus Libro I. Capite 11.

Hos (Valentinianos) anathematizavit beatus Zacchaeus Caesariensis Episcopus, docens Dominum nostrum Jesum Christum, Deū verum, verumque hominem, per virginea secreta transisse, ex semine David secundum carnem: sed hominem vere natum, vere passum, vere mortuum, vere resurrexisse a mortuis, et vere ascendisse in caelis.

Aug. verum natum.

Variae lectiones, in Veterum Auctorum locis, sive Fragmentis, primo hoc Volumine exhibitis, observandae.

S. Justinus.

In loco Eusebii ex Chronico anno Domini 152. Olympiade 230.

Pag. 1. Justino nostri dogmatis philosopho) Codex Ravennatensis habet: = in Justinum nostri dogmatis philosophū =.

In loco Tatiani ex Oratione contra Graecos Capite 19.

Pag. 4. Ὁ καταφρονῶν) Apud Eusebium, qui hunc Tatiani locum exscribit, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 4. Cap. 16.) legitur: ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων.

Ibid. Αὐτοὶ ἐδεδίει) Eusebius habet: αὐτόν.

Ibid. Καθάπερ καὶ ἐμὲ, οὓς κακῷ τῷ θανάτῳ) Legendum procul dubio: ὡς κακῷ. Eusebius habet: καθάπερ μεγάλῳ κακῷ τῷ θανάτῳ.

Ibid. Λίχνους, καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν) Habet Eusebius: λίχνους τοὺς φιλοσόφους, καὶ ἀπατεῶνας ἐξήλεγχεν.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 16.

Pag. 5. Ἀκροατῶν παρόντων) Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus habent ἐκ' ἀκροατῶν.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro citato Capite 18.

Pag. 6. τῆς Διανοίας) Hujus vocabuli loco, Codex Regius Parisiensis habet: ψυχῆς.

In fragmento S. Justini ex Leontii Libro II. Contra Nestorianos, et Eutychianos.

Pag. 8. Ἐντολῇ μιᾷ) Apud Damascenum legitur: ἐντολὴν μίαν.

Ibid. Διάπειραν) Damascenus habet: διὰ πεῖραν.

~~Ibid. Πεποίηκεν ἔσεσθαι) In Damasceno legitur~~

Ibid. Ἢ τὴν φθοροποιὸν οὐσίαν ἀφανίσας) Marand deleta voce ἢ, legendum suspicatur: αἰτίαν ἀφανίσαι.

Pag. 9. τὸ δεξάμενον) Addendum, vel subintelligendum esse τὴν φθορὰν, monet Grabe.

In Fragmento S. Justino adscripto.

Ibid. Ἀπολλύει) Apud Nilum, cujus revera est hic locus, nec non apud Damascenum, legitur: ἀπόλλυσι.

Ibid. Παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀνεπιστημοσύνην) Nilus habet: ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀνεπιστημοσύνῃ.

Ibid. Ῥάθυμοι εἶεν) Apud Nilum legitur: ῥαθυμῶσιν, apud Damascenum: ῥαθυμοῖεν.

In loco ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera E. Titulo 48.

Pag. 10. Ὄντως) Melius apud Justinum habetur: οὕτω, et apud Damascenum alibi: οὕτως.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 4. et in S. Justini locis ibi adlatis.

Pag. 12. Κατὰ τοῦτον) Codices Mediceus, Fuketianus, et Savilianus habent: κατ' αὐτὸν. Valesius autem mavult: κατὰ ταὐτὸν.

Ibid. Ἡγούμεθα) Justinus habet: ἡγησάμεθα.

Ibid. Τοῦ νῦν γενομένου) Apud Justinum legitur: γεγενημένου.

Ibid. Ἅπαντες) In Justino habetur: πάντες.

Ibid. Τῷ νῦν γενομένῳ) Γεγενημένῳ habet Justinus.

Ibid. Βαρχωχέβας) In Justino ipso legitur: Βαρχοχέβας.

Ibid. Ἄγεσθαι) Levi discrimine apud Justinum habetur: ἀπάγεσθαι.

In loco Eusebii ex eodem opere Libro, et Capite citatis

Pag. 13. Ἀντίγραφην) Codex Regius Parisiensis habet: ἐπιστολήν.

In loco S. Justini ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera A. Titulo 61.

Ibid. Δόξαις πολλῶν) Justinus habet: παλαιῶν.

Ibid. Ἐὰν φαῦλοι) In Justino legitur ἂν φαῦλοι.

Ibid. Οὐ γὰρ) Οὐ γὰρ μόνον habet Justinus.

Ibid. Κἂν ὁ θάνατος) Apud Justinum legitur: κἂν θάνατος.

Ibid. Πράττειν τε, καὶ λέγειν) Inverso ordine in Justino habetur: λέγειν τε, καὶ πράττειν.

In ~~loco~~ fragmento ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera M. Titulo 4.

Pag. 15. Ἐπὶ ταῦτα) Codex Regius Parisiensis 923. habet: πρὸς ταῦτα.

Ibid. Ὠλίσθησε) Idem Codex habet: ὤλισθεν.

In fragmento eidem adscripto.

Ibid. Μέμψασθαι τῷ φαρμάκῳ) Damascenus habet: μέμψασθαι ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις, καὶ ἐξιάσθαι τῷ φαρμάκῳ.

Ibid. Χρηστάς τινας) Deest apud Damascenum vox τινας.

Ibid. Ἐθρέψαμην) Apud eumdem legitur: ἐκθρέψαμεν.

Ibid. Τοῦ φόβου) Melius Damascenus: τοῦ θείου φόβου.

Ibid. Ἐγενήθης) Damascenus habet: ἐγεννήθης.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 17.

Pag. 16. Τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος) Codices Mazarinus, Mediceus, Fuketianus, et Savilianus habent: τοῦ κατ' αὐτὸν μαρτυρίου.

In loco S. Justini ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 15.

Ibid. Ὑπό τινος τῶν ὀνομασμένων) Chronicon Paschale, in quo hic Justini locus exhibetur, habet: ὡς εἷς τῶν προωνομασμένων.

In fragmento ejusdem ex S. Joannis Damasceni Sacris

Parallelis Littera A. Titulo 19.

Pag. 18. Ἀλήθεια διελεγχθήσεται) Codex Baroccianus 143. habet: διαλεχθήσεται ἀλήθεια.

Ibid. Καὶ ταύτης) In eodem Codice deest καί.

In loco ejusdem ex Leontii Libro I. Contra Nestorianos, et Eutychianos.

Pag. 23. Σώματος κατάβασις) In Justino legitur: ἡ καταβάσις.

Ibid. Ἀλλ' ἀληθινῆς ἐνεργείας) In eodem habetur: ἀλλὰ θείας ἐνεργείας.

Ibid. Ταύτης τῇ γνώσει) Damascenus minus recte habet: ταύτῃ.

Ibid. Οἱονεί θεῖος σπόρος) Apud Justinum legitur: οἱονεί τις θεῖος σπόρος.

Ibid. Πλάττει ναὸν ἑαυτῷ τέλειον ἄνθρωπον) Apud eundem scribitur: τὸν τέλειον. Apud Damascenum autem virgula apposita occurrit post τέλειον, ac deinde legitur ἀνθρώπου μέρος τι λαβών, cum his, quae sequuntur.

Ibid. Ἐνδὺς δὲ τοῦτον) Damascenus habet: τε, pro: δὲ; Justinus αὐτὸν, pro: τοῦτον.

Ibid. Ὁ Υἱὸς Θεοῦ, ἄμφω προελθὼν τὰς φύσεις) Apud Justinum hic locus ita legitur: Θεὸς ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος προελθών. Damascenus habet: υἱὸς Θεοῦ ἄμφω προῆλθεν, omissis verbis: τὰς φύσεις.

In loco ejusdem ex eodem opere Capite Libro citato.

Ibid. Καταλλήλως) Κατ' ἀλλήλων legitur apud Theorianum.

Ibid. Ἂν μέν τι μέγα) Justinus habet: ἂν μέγα τι.

Ibid. Τῇ ἀνθρωπείᾳ λογιζόμενος) Theorianus addit: φύσει

Ibid. Δεχομένης) Male apud Theorianum ipsum legitur: δεχόμενος.

Ibid. Τὸν ἕνα) Apud Theorianum deest τόν.

Ibid. Τῶν αἰώνων) Deest τῶν apud Theorianum ipsum, et Justinum.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro citato.

Pag. 25. Φύσεις διαφόρους δύο) Justini exemplaria habent: φύσεις ἐν ἑαυτῷ διαφόρους δύο.

Ibid. Ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ) In Actis Concilii Lateranensis habiti sub Martino I. Pontifice deest γάρ. Apud Justinum deest νοερᾷ

Ibid. Εἰ τύχει) Justinus, Damascenus, et laudati Concilii Acta habent: εἰ τύχοι.

Ibid. Χηρσὶ δὲ) Recte apud Justinum, et Damascenum, omissum est δὲ

Ibid. Εἰς πέρας ἄγει) Memorati Concilii Acta habent: εἰς πεῖραν ἄγων.

Ibid. Εἰργάξατο) Justinus, Damascenus, et ejusdem Concilii Acta habent: εἰργάζετο.

Ibid. Παρεδέξατο) Παρεδέχετο habent Justinus, et Damascenus.

In loco ejusdem ex Concilio Lateranensi habito sub Martino I. Papa Actione V.

Ibid. Καὶ Θεὸς ἄνθρωπος) Deest hic καὶ post Θεὸς, quae vox recte occurrit apud Justinum

In loco ejusdem ex Leontii Libro I. Contra Nestorianos, et Eutychianos

Ibid. Αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων διέλοι) Apud Justinum vox αὐτὰ reperitur post ἀλλήλων.

Ibid. Τὸν μὲν ἥλιον). Τὸ μὲν habet Justinus.

Ibid. Οὐδὲ πάλιν φῶς) Apud Justinum legitur: τὸ δὲ πάλιν.

Ibid. Ἀλλ' εἷς ὁ ἥλιος, καὶ ἓν τὸ φῶς λέγεται) Hunc locum apud Justinum e Coisliniano Codice ita emendavit Marand: ἀλλ' εἷς ἥλιος, τὸ φῶς μετὰ τοῦ σώματος λέγεται = sed unus sol, lux cum corpore dicitur. =

Pag. 26. Τὸν μὲν κεχωρισμένως Υἱὸν) Justinus habet: τὸν μὲν.

Ibid. Οἷον τὸν θεῖον Λόγον) Deest οἷον apud Justinum.

Ibid. Τὸ δὲ οἷον τὸ ἀνθρώπινον τυχὸν οὐχ Υἱὸν) In Justino legitur tantum: τὸν δὲ Υἱὸν τὸν ἄνθρωπον.

Ibid. Καὶ τὸ δεξάμενον σῶμα) Justini exemplaria pro: καὶ τὸ, habent: τό τε.

Ibid. Ὁ νιὸ Υἱὸς ὁ Κύριος) Justinus habet ὁ υἱὸς, καὶ Κύριος.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro citato.

Pag. 27. Ὥσπερ τοῦ φωτὸς, ἢ φῶς ἐστιν) In Maurina Justini editione hic locus e Coisliniano Codice descriptus ita legitur: ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς, omissis verbis: ἢ φῶς ἐστιν. In Actis Lateranensis Concilii sub Martino I. habiti, et Concilii Constantinopolitani tertii post ἐστιν additur: ἕν.

Ibid. Οὐκ ἄν τις χωρίσειε) Laudati Concilii Lateranensis Acta habent: χωρίσῃ.

Ibid. Διαιρῶν) Justinus, et Concilii tertii Constantinopolitani Acta habent: διελὼν.

Ibid. Οὕτως ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ) In Maurina Justini editione e Coisliniano Codice post ἑνὸς additum est: μονογένους; quae vox legitur etiam in Actis Concilii Constantinopolitani tertii, omissa voce ἑνὸς. In Actis laudati Concilii Lateranensis pro: Υἱοῦ, legitur: Χριστοῦ.

Ibid. τῆς μιᾶς υἱότητος) In ejusdem Concilii Actis deest τῆς μιᾶς.

Ibid. Ἧς ἐστι οἰκεῖον τὸ γινόμενον) Γιγνόμενον habet Justinus.

In loco ejusdem ex Euthymii Panopliae dogmaticae orthodoxae Fidei ~~Titulo~~ Parte II.
Titulo 16. contra Monophysitas.

Pag. 28. Σχηματιζόμενοι) In Maurina Justini editione ante σχηματιζόμενοι additur: πρεσβεύειν. Olim pro: σχηματιζόμενοι, edebatur: προσποιούμενοι.

Ibid. Τοῦ Χριστοῦ) Haec desunt apud Justinum.

In loco Michaelis Glycae ex Annalium Parte I.

Ibid. Συστελλομένου) Legendum συστελλόμενον observat Grabe. Ita sane legitur apud Justinum, et Glycam ipsum alibi.

In loco S. Justini ex Macarii Chrysocephali Oratione XI. in Matthaeum.

Pag. 29. Ἐν ἁμαρτίᾳ) Apud Justinum levi discrimine legitur: ἐν ἁμαρτίαις.

Ibid. Ἐλθόντας πρὸς τὸ φῶς) Haec, et quae sequuntur, usque ad πνεῦμα in Pseudo-Justini exemplaribus desunt.

Ibid. Καὶ τὸ ζωγρῶν κατὰ Λουκᾶν) Apud Justinum legitur tantum: τὸ εἰς ζωήν. +

+ Ibid. Ἐπιδεικνυμένῳ) Justinus habet: ὑποδεικνυμένῳ.

In loco ejusdem ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite II.

Ibid. Αἱρέσεων) Apud Justinum additur: συντεταγμένον.

In loco Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi ex Expositione in Epistolae I. Petri Caput V. versiculū 8.

Pag. 32. Πανουργίας) Apud Oecumenium, qui eadem refert ac Theophylactus, ante πανουργίας additur: καθ' ἡμᾶς.

Ibid. Τρανῶς οὕτως) Oecumenius habet: οὕτω.

Ibid. Αὐτὴν διαγορευσάντων) Διαγορευόντων habet Joannes Antiochenus Patriarcha. Apud Oecumenium pro: αὐτὴν, legitur: ταύτην.

Ibid. Ὑπὸ προσώπῳ) Joannes Patriarcha Antiochenus omissa praepositione ὑπὸ, habet: τῷ προσώπῳ

Ibid. τοῦ Ἀσυρίου) Apud Oecumenium duplici σ scriptum est: Ἀσσυρίου.

Ibid. Ἐπεκάλυψεν) Oecumenius, et Joannes Antiochenus Patriarcha habent: ἀπεκάλυψεν.

Ibid. Τῷ διαβόλῳ) Καὶ τῷ διαβόλῳ habet Oecumenius.

Ibid. Ἡτοιμάσθηναι) Oecumenius habet: ἡτοιμάσθαι; Joannes Antiochenus Patriarcha: ἑτοιμασθῆναι.

Ibid. Καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἤσθητο) Joannes ipse habet: καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἤσθητο τοῖς αὐτοῦ; Oecumenius: ἤκουσεν, pro: ἤσθητο.

Ibid. Κοινωνοὺς τῆς ἑαυτοῦ ἀποστάσεως) In Oecumenio, diverso ordine legitur: τῆς ἑαυτοῦ κοινωνοὺς ἀποστάσεως.

Ibid. Ἀνεχόμενος) Ἐνεχόμενος legitur apud Joannem Antiochenum Patriarcham.

In loco S. Methodii ex opere de Resurrectione apud Photium in Bibliotheca Codice CCXXIV.

Pag. 33. Τὸ ζῶν λέγει) Legunt alii: ζωήν.

In fragmentis S. Justini ex S. Joannis Damasceni Sacris Parallelis Rupefucaldinis Littera A. Titulo 73.

Pag. 34. Πολλαῖς δὲ καὶ πυκναῖς μεθόδοις) Melius in Cisliniano Codice legitur: καὶ ποικιλαῖς.

Ibid. Εἴτε ὁλόκληρος ἀναστήσεται) Idem Codex rectius habet: ἤτοι. +

\+ Ἄπορα φαίνεσθαι λύσομεν) Recte idem Codex: λύσωμεν.

Ibid. Ἀφ' ἑνὸς οὗτος ὁ λόγος ἱστάμενος) Cum eodem Codice legendum fortasse: ἐφ' ἑνὸς.

Ibid. Ταῦτα ἐνεργεῖν οὐκ ἀναγκαῖον) Longe plura habet idem Codex, in quo hęc leguntur: ταῦτα ἐνεργεῖν ἅπερ ἐνθαῦτα φαίνεται δῆλον· τὸ δὲ κατ' ἀνάγκης αὐτὰ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐνεργεῖν οὐκ ἀναγκαῖον.

Ibid. Εἰς ταῦτα) Laudatus Codex recte habet: εἰ ταῦτα.

Ibid. Καὶ δείξῃ, ὅτι καὶ δίχα συνουσίας ἀνθρωπίνης) In eodem codice legitur: καὶ δείξῃ τῷ ἄρχοντι καὶ δίχα συνουσίας ἀνθρωπίνης. Marand, cui haec lectio magis arridet, per τὸν ἄρχοντα intelligit Satanam hujus mundi principem.

Ibid. Ἔλαττον ὁ ἄνθρωπος ἀναστήσεται) Melius Cislinianus Codex: ἐλάττων.

Ibid. Ἅπαντα ἐποίησεν ὁ Σωτὴρ) Legendum procul dubio: ἃ πάντα.

Ibid. Ἑορτὴν) Non male emendat Marand: οἱ ὀρθὴν

Ibid. πλάσσεται ζῶον) Post haec integra, quae sequitur periodus in Cisliniano Codice legitur, aliis in Exemplaribus omissa: Καίτοι γε εἰ ἐν ἐπαγγελίᾳ κατὰ τοῦτο ἦν, καὶ μὴ ἐφαίνετο γινόμενον, πολὺ τῶν ἄλλων ἦν ἀπιστότερον· ἀλλὰ γὰρ πιστότερον αὐτὸ ποιεῖ ἀποτέλεσμα.

Ibid. Ἐρώμεθα οὖν πρῶτον) Rectius in laudato Codice, omissa voce ἐρώμεθα, legitur πρῶτον μὲν οὖν.

Ibid. Ἔξωθεν τοῦ Θεου) Post hęc in eodem codice additur: οὐδὲ καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος· ποίημα γὰρ ἐστὶν αὐτοῦ.

Ibid. τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενομένου) Emendandum ex eodem Codice: ἐξ αὐτῆς.

Ibid. τοῦ διήκοντος Θεοῦ) Idem Codex habet: τοῦ διήκοντος δι' αὐτῶν Θεοῦ.

Ibid. Καὶ πάλιν μίξας) In eodem Codice additur: εἰ θελήσει.

Ibid. οὐ δυνήσεται πάλιν ποιῆσαι) Idem Codex habet: πάλιν συνάγαγεῖν ποιῆσαι.

Ibid. Καὶ τὰ ἐν κόσμῳ) Additur in eodem Codice: ὧν ἕνεκα γέγονεν.

Ibid. Καὶ δι' αὐτοῦ) Legendum καὶ δὴ, ut bene monet Marand.

Ibid. Σὺν αὐτῇ ἡ σάρξ, καὶ ἐπίστευσαν) Non displicet emendatio, quam proponit Marand: καὶ οὐ σὺν αὐτῇ ἡ σάρξ, καὶ ἐπίστευσεν.

Ibid. Πνεῦμα δὲ ψυχῆς οἶκος) vix dubium quin cum Cisliniano Codice legendum sit: πνεύματος δὲ ψυχὴ οἶκος.

Ibid. Ὁ δὲ ἡμέτερος ἰατρὸς) Mallem cum eodem Codice scribere: εἰ δὲ ὁ ἡμέτερος.

In loco S. Justi Anastasii Sinaitę ex Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Libro VII.

Pag. 35. Πάνταινετός τε) Legendum: Πάνταινός τε

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 14.

Pag. 36. Σχολικὸν) Nicephorus habet: σχόλιον

In fragmento S. Justino adscripto ex Antonii Melissae Locorum Communium Libro I. Sermone 19.

Pag. 38. Ὥσπερ τὸ κρατεῖν τούτων) Apud Clementem Alexandrinum, cujus est hic locus, nec non apud Damascenum, post ὥσπερ, additur: ἀμέλει.

Maximus.

In fragmento Maximi ex Eusebii Praeparationis Evangelicae Libro VII. Capite 22.

Pag. 43. Καὶ χωρητικὸν λέγειν δεῖ) Χωρητὸν legere mavult Viger cum uno ex Eusebii Codicibus.

Ibid. Εἰ δὲ μέρος αὐτῆς) Legendum: γε, vel: δὴ, pro: δὲ.

Ibid. Ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις) Recte Viger addit: ἀγέννητον.

Ibid. Ἔχεσθαί μοι δοκῶ) Scribendum cum supra laudato Codice: ἔρχεσθαι.

Ibid. τῶν ποιοτήτων ποιότης) Recte in eodem Codice legitur: ποιητής.

Ibid. Συλλελόγισται ὡς οὐκ ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν) Emendat Viger: ὡς συλλελογίσθαι ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν.

Ibid. Εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακοῦ δὲ ὁ φόνος) Legendum: εἰ δὲ μὴ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος. +

+ Ἡ στινοσοῦν αἰτίας) Rescribendum: οὐσίας.

Ibid. Ἀλλαγήν τινα) Ita scribendum, pro: ἀλλὰ γῆν.

Ibid. τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς) Ita recte emendavit Viger. Male legebatur: τρόπον.

Ibid. Τὸ μεθ' ἑνὸς) Legendum: μέθ' ἑνὸς.

Ibid. Ὅπερ ἐστὶν εὐεργεσία) Scribendum putat Viger: ὅπερ ἐπ' εὐεργεσίᾳ.

Ibid. Σύνθετος δὲ ὁ κοσμος) Hunc locum mutilum esse recte notavit Viger, eum ita restituendum suspicatus: πῶς δὴ σύνθετός ἐστιν ὁ κόσμος.

Ibid. Τὸν γὰρ σύνθετον) Legendum: τὸ γὰρ.

S. Melito.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Pag. 47. Ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων) Nicephorus habet: καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων: quam lectionem confirmant Hieronymus, et Rufinus, reclamantibus omnibus, quos Valesius vidit, Codicibus.

Ibid. Καὶ σώματος ἢ νοὸς; καὶ ὁ περὶ λούτρου) Male Codex Regius Parisiensis, et Nicephorus: καὶ σώματος ἦν, ἐν οἷς καὶ ὁ περὶ λούτρου.

Ibid. περὶ πίστεως) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus, ac Nicephorus habent: κτίσεως.

Ibid. Καὶ λόγος αὐτοῦ περὶ προφητείας) Scribendum puto: περὶ προφητείας αὐτοῦ; atque ita sane legisse videntur Hieronymus et Rufinus. Deinde in Codice Regio Parisiensi legitur: καὶ περὶ ~~σεφ~~ ψυχῆς, καὶ σώματος. Quae verba licet in Rufini versione expressa legantur, merito tamen expunxit Valesius, nam Melitonis opus de anima, et corpore jam antea memoraverat Eusebius.

In loco Origenis ex Commentariis in Genesim apud Theodoretum in Quaestione XX in Genesim.

Pag. 48. Ὧν ἐστι καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν) In emendatis exemplaribus hunc locum ita legi ait Sixtus Senensis: (Sixtus Senensis, Biblioth. Sanct. Lib. 5. ~~Cap.~~ annotat. 18.) ὧν ἐστι ἃ καὶ Μελίτων συγγράμματα καταλέλοιπε, περὶ τοῦ ἐνσωμάτου εἶναι Θεοῦ. Sed exemplaria illa mendosa potius dicere debebat.

In fragmento S. Melitonis ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 26.

Pag. 49. Λευιτικὸν, ἀριθμοὶ) In Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano, atque apud Nicephorum, inverso ordine legitur: Ἀριθμοὶ, Λευιτικὸν.

In loco Auctoris incerti operis contra Cataphrygas ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite ~~16~~ 17.

~~Ib.~~ Pag. 51. Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ) Male legebatur: Ἀλκιβιάδου.

Musanus.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 28.

Pag. 55. Ἐν τῷ βίῳ) Deest prepositio in Codicibus Mazarino, Medicaeo, Fuketiano, et Saviliano.

Narcissus

In loco S. Tironis Prosperi ex Chronico.

Pag. 58. XXXII. Germanio. XXXIV. Narcissus) ~~Adde~~ Post = Germanio =, addendum: = XXXIII. Gordius. =

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 8. et 9. et 10. et 11.

Pag. 59. Εἰς ἐλαίου ποιότητα) Mavult Valesius cum Ru-

fino: πιότητα = pinguedinem. =

Ibid. Ἐπὶ μήκειστον) Male edebatur olim: ἐπιμεκείστον.

Ibid. Ἑαυτοῖς συνειδέναι) Ita scribere maluit Valesius: pro: συνεγνωκέναι.

Pag. 60. Ὡμολόγει μὲν τοῖς πᾶσι) Minus recte quondam edebatur: ἐξωμολόγει.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro citato Capite 11.

Pag. 63. τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς) Deest vox αὐτῆς in Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano.

S. Pantaenus.

In loco S. Clementis Alexandrini ex Stromatum Libro I. Capite 1.

Pag. 67. Δυνάμει δὲ οὗτος πρῶτος ἦν.) Apud Eusebium, qui hunc Clementis locum exscribit, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. 5. Cap. 11.) legitur: δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν.

S. Papias.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 36. (Tab. 145.)

Pag. 70. Ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος, καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων) Deest hoc Papiae elogium in Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano, nec non apud Rufinum, suspectumque est Valesio, et Antonio Pagi, nec tamen expungendum videtur doctissimo Grabe.

In fragmento ~~ejusdem~~ S. Papiae ex eodem opere Libro citato Capite 39.

Pag. 71. Συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις) Minus recte in Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano, itemque apud Nicephorum, scriptum est: συντάξαι. +

+ In loco S. Irenaei ex Libro V. Contra haereses Capite 33. §. 3. et 4.
Pag. 73. Decem millia palmitum) Codex Vossianus habet: = Dena millia =
Ibid. Et in uno vero palmite) Legendum censeo: = et in uno vero brachio. =

In fragmento ejusdem ex eodem opere Libro, et Capite citato.

Pag. 75. Ὡς ἠδύνατο ἕκαστος) Nicephorus, et Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus habent: ὡς ἦν δύνατον ἕκαστος.

S. Perigenes.

In loco Praedestinati ex Libro I. Capite 19.

Pag. 79. Pro id quod sunt nati, damnandi sunt) Codex Augiensis habet: = sic quod sunt nati, damnati sunt. =

Philo, Cajus, et Agathopodes.

In loco S. Ignatii ex Epistola ad Smyrnaeos.

Pag. 82. Ὑπὲρ ἡμῶν) Legendum: ὑπὲρ ὑμῶν.

In loco ejusdem ex ~~Epist.~~ Epistola citata.

Pag. 83. Σὺν ἐμοὶ ὤν) Rescribendum: ὧν.

S. Polycarpus.

In loco S. Irenaei ex Libro III. Contra haereses Capite III. §. 4.

Pag. 88. Ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν) Mavult Massuet cum Rufino, et veteri Irenaei interprete legere: ἃ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ παραδίδωσιν.

Ibid. Μαρτυροῦσιν τούτοις) Hanc vocem, quae in prioribus Eusebii editionibus deerat, ex Codicibus Mazarino, Medicaeo, Fuketiano, et Saviliano, itemque ex Nicephoro, et veteri Irenaei interprete restituendam monuit Valesius.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro, Capite, et §. citatis.

Pag. 90. Τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην) Legit vetus Irenaei interpres: τὴν τῇ ἐκκλησίᾳ.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro, Capite, et §. citatis.

Pag. 91. Ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς;) Ita recte Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus, et Savilianus, quibus suffragantur Chronicon Paschale, Timotheus presbyter, et Cedrenus; pro: ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, licet hanc lectionem tueantur Nicephorus, et Rufinus.

Ibid. Ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ) Post ἐπι=

γνώσκω pronomen σε addendum censet Grabe.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro III. Capite 28.

Pag. 93. Προσθεὶς) Legendum videtur: προθεὶς.

In loco ejusdem ex eodem opere Libro IV. Capite 14.

Pag. 98. Ὁ μέν τοι) Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus habent: ὁ μὲν γέτοι.

Polycrates.

In fragmento Polycratis ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 24.

Pag. 103. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν) Apud Eusebium alibi legitur: καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν.

Ibid. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ) Ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ habet alibi Eusebius.

Ibid. Ἐξ οὐρανῶν) Apud Eusebium ipsum alibi legitur: ἐξ οὐρανοῦ

Ibid. Καὶ ἀναστήσει) Ἀναζητήσει habet Eusebius alibi.

Ibid. Παπείρων) Codices Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: Παπίριον.

Ibid. Ἤρνυε τὴν ζύμην) Vocem ἤρνυε ex Codice Mediceo, et Rufino restituit Valesius, deleta voce ἤρτυε. Codex Fuketianus habet: ἤρνευε.

S. Quadratus.

In fragmento S. Quadrati ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 3.

Pag. 106. Οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες) Apud Syncellum legitur: καὶ οἱ θεραπευθέντες, καὶ οἱ ἀναστάντες.

Ibid. Οἱ οὐκ ὤφθησαν μόνον, θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιστάμενοι) Syncellus habet: οὐκ ὤφθησαν μόνον οἱ θεραπευόμενοι, καὶ οἱ ἀνιστάμενοι.

Ibid. Ἐπιδημοῦντος μόνον) Male μόνου legitur in Syncello.

Ibid. Ἐπὶ χρόνον ἱκανὸν) Ἐπὶ χρόνῳ ἱκανῷ habet Syncellus.

In loco Auctoris incerti operis contra Cataphrygas apud Eusebium Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17.

Pag. 107. Οὔτε τινὰς ἄλλους) Edebatur olim: οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους

Rhodon.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 17. et in Rhodonis fragmentis ibi adlatis

Pag. 109. Γένος τῶν ἀπὸ Ἀσίας) Scribendum fortasse: γένος ὢν.

Ibid. Ὁ ναύτης) Haec desunt in Nicephoro, atque in Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano.

Ibid. Πόντιτος) Male olim edebatur: Πόντιμος.

Ibid. Τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον) Rufinus legit: σαφέστατον.

S. Serapion.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 12. et in S. Serapionis fragmentis ibi adlatis.

Pag. 113. Τοῦ δὲ Σαραπίωνος) Olim edebatur: τοῦ μὲν οὖν.

Ibid. Πρὸς Δομνῖνον) Scribebatur quondam: ~~προς~~ πρὸς Δόμνον.

Pag. 114. ~~Ibid.~~ Τὰ δὲ ὀνόματι αὐτοῦ ψευδεπίγραφα) Male edebatur olim: τὰ δὲ ὀνόματα.

Ibid. Καὶ ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο) Scribendum censeo: ὃς καὶ ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο.

Ibid. Ἃ μαθήσεσθε) Deest ἃ in Codicibus Mazarino, Medicaeo, et Fuketiano.

In fragmento ejusdem ex eodem opere Libro V. Capite 19.

Ibid. Τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι) Ita Codices Mazarinus, Medicaeus, Fuketianus, et Savilianus, quibus adstipulatur Rufinus. Olim edebatur: τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι τῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην.

Smyrnenses.

In loco Eusebii ex Historiae Ecclesiasticae Libro IV. Capite 15.

Pag. 117. Κατὰ Πόντον) Legendum putat Valesius: κατὰ πάντα τόπον, ac reapse Eccles. Epistola Ecclesiae Smyrnensis, non inscribitur Ecclesiis Ponti, sed ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις.

Tatianus.

In loco S. Epiphanii ex Libro I. a operis adversus haereses Libro I. Adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1

Pag. 121. Ὥσπερ τυφλὸς) Legendum: ὥσπερ εἰ τυφλὸς.

In loco S. Isidori Hispalensis ex Chronico anno mundi 5375.

Pag. 122. A quo haeresis Encraticarum, exorti sunt) Codex Caesareus habet: = haereses Encraticarum sunt. = +

+ In loco S. Irenaei ex Libro I. Contra haereses Libro Capite 28. §. 1.
Pag. 126. Ἀναγορεύσας) Codex Eusebii Medicaeus habet: ἀπαγορεύσας.
Ibid. Τὴν αἰτιολογίαν) Rectius vetus Irenaei interpres legit: ἀντιλογίαν.

In loco S. Augustini ex Capite 25. de haeresibus.

Pag. 129. A Tatiano) Male edebatur olim: = a Tacio. =

Ibid. Tatiani schismasticos dicat) Perperam scribebatur quondam: = dicant. =

In loco Clementis Alexandrini ex Stromatum Libro I. Capite 21.

Pag. 133. Πρὸς Ἕλληνας) Apud Eusebium, qui hunc Clementis locum recitat, legitur: πρὸς τοὺς Ἕλληνας

In loco S. Epiphanii ex Operis adversus haereses Libro I. adversus haeresim 26. sive 46. Capite 1.

Pag. 135. Τὸ διὰ τεσσάρων εὐαγγελίων) Legendum existimo: εὐαγγέλιον.

In loco Clementis Alexandrini ex Stromatum Libro III. Capite 12.

Pag. 138. Συμφωνίαν μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχῇ) Leg. Scribendum putat Marand: συμφωνία μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχήν.

~~P~~ In loco ejusdem ex Eclogis ex Scripturis Propheticis §. 38. et 39. (Marand pag. 600.)

+ ~~Pag. 14~~ 139. Ibid. Εἴπομεν) Εἶπε μὲν legit Marand.

+ Εὐχόμενος ἤδη) Legendum suspicatur Sylburgius: ἤτει.

In loco Origenis ex ~~L~~ Capite 24. de Oratione.

Ibid. Τὸ „γενηθήτω„) Legendum monet Marand: τῷ „γενηθήτω„ +

+ ~~Σ~~ Ibid. Συμβαίνειν) Emendat Bentley: σημαίνειν.

In loco Joannis Malalę ex Chronographiae Libro X.

Pag. 140. Ἴσως) Ita legendum pro: εἴσως.

S. Theodotus Pergami Episcopus.

In loco Praedestinati ex Libro I. Capite 15.

Pag. 144. Quod filios Deo facit.) Codex Augiensis habet: = Dei =

S. Theophilus Antiochiae Episcopus.

In loco S. Theophili Antiochiae Episcopi ex Joannis Damasceni Sacris Parallelis Littera A. Titulo 12.

Pag. 148. Μὴ πᾶσι βλεπόμενος) Apud Theophilum legitur: πᾶσιν.

Ibid. Οὐ βούλει) Apud eumdem additum est: σὺ.

Ibid. Νοεῖσθαι) Damascenus alibi habet: νοῆσαι.

Ibid. Δι᾽ ἔργων) In Theophilo legitur: διὰ ἔργων.

In fragmento ejusdem ex S. Hieronymi Epistola 151. ad Algasiam Quaestione 6.

Pag. 150. Quo nihil est ditius) In Pseudo-Theophili Commentariis in Evangelia desideratur vox = est. =

Ibid. Est Paulus) In iisdem Commentariis legitur: = erat Paulus. =

Ibid. Didicit, et legem Dei) In Commentariis ipsis legitur: = discens, ac deest conjunctio.

Ibid. Qui cum coepisset) Commentarii illi habent: = hic cū coepisset. =

Ibid. In Christo) = In Christum = habent iidem Commentarii.

Ibid. Ligare, occidere) Haec desunt in Commentariis ipsis.

Ibid. Correptus a Domino est) Pro his Commentarii illi habent: = dictum est ei. =

Ibid. Dicitque) = Dicitque = habent Commentarii.

Ibid. Quia qui magister fui, et villicus, cogor esse discipulus, et

operarius) In laudatis Commentariis hic locus ita legitur: = magister sui, et cogor esse discipulus Ananiae, villicus, et operarius in gentibus. =

Ibid. Quae terrae incubabant) Haec absunt a Commentariis ipsis.

Ibid. Cerno destructa) Iidem habent: = conspicio destructa. =

Ibid. Atque Prophetas) Commentarii habent: = ac Prophetas. =

Ibid. Ut qui doctor) In iisdem legitur: = ut scilicet qui doctor. =

Ibid. Cogar a gentibus, et a discipulo Anania) Laudati Commentarii habent: = cogar ad Gentes, per Ananiam discipulum. =

Ibid. ~~Veritatis~~ Salutis, ac Fidei) = Veritatis, et Fidei = habent Commentarii ipsi.

Ibid. Faciam igitur) In Commentariis legitur: = faciam ergo. =

Ibid. Intelligo) Pro hac voce in Commentariis habetur: = cognosco. =

Ibid. Ut postquam) = Cum =, pro := postquam = habent Pseudo-Theophili Commentarii.

Ibid. Coepitque) Iidem habent: = coepit. =

Ibid. Ne arbitrarentur) In iisdem legitur: = ut arbitrarentur. =

Ibid. Prophetias praeteriisse) Pseudo-Theophilus habet: = prophetas transiisse. =

Ibid. Pro lucro fuerant) Inverso ordine = fuerant pro lucro = in memoratis Commentariis legitur.

Ibid. Reputari in stercora) Iidem habent: = in stercora deputari. =

Ibid. De pluribus debitoribus) Apud Pseudo-Theophilum legitur: = de plurimis. =

Ibid. Primum) Idem habet: = primus. =

Ibid. Eos videlicet) Apud eumdem additur: = significat. =

Ibid. Congregati) = Congregandi = habet Pseudo-Theophilus.

Ibid. Et magna indigebant misericordia Dei) In ejus Commentariis legitur: = et Dei misericordia indigebant. =

Ibid. Qui plenus est, atque perfectus) Commentarii illi habent tantum: = qui perfectus est. =

Ibid. Quinquagenarium, qui proprie Poenitentium est) In Pseudo-Theophilo legitur: = quinquagenarium numerum convenientem poenitentibus. =

Ibid. Alteri quingenti) Haec desunt in Pseudo-Theophilo.

Ibid. Dimittuntur) = Remittuntur = habet Pseudo-Theophilus.

Ibid. Qui ~~pabul~~ tritico) Pro: = tritico = in Pseudo-Theophilo legitur: = pabulo. =

Ibid. Nutritus erat) Commentarii Pseudo-Theophili habent: = unitus erat. =

Ibid. Et coegit ut de centum octoginta faceret) In iisdem habetur: = quem coegit ut de ~~centum~~ faceret octoginta

Ibid. Resurrectione) = Resurrectionem = in Commentariis illis legitur.

Ibid. Et de octo completur decadibus) Iidem habent: = et octo decadibus completur. =

Ibid. Ut de Sabbato legis) Deest postrema vox in Commentariis ipsis.

Ibid. Praedicatur) Pseudo-Theophilus habet: = collaudatur. =

Ibid. Mutuatus) = Mutatus = legitur apud eumdem.

Ibid. Quod si quaesieris quare vocetur villicus iniquitatis in lege, quae Dei est; iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, sed filium persequens) Hic locus in Pseudo-Theophilo ita legitur: = Ideo autem vocatur villicus iniquitatis, quia licet bene offerebat, non bene tamen dividebat, credens quidem in Patrem, sed filium persequens.

Ibid. Spiritum Sanctum) Apud Pseudo-Theophilum inverso ordine legitur: = Sanctum Spiritum =.

Ibid. Verum lumen est) Postrema vox prioribus praemittitur in Pseudo-Theophili Commentariis.

In fragmento ejusdem ex Eusebii Expositione in Canticum Canticorum ad Caput III. versiculum 9.

Ibid. Ὅλον δὲ τὸ φορεῖον) Ita recte Codex Bodlejanus 3024. Male in Meursii editione legitur: ὅσον.

S. Theophilus Caesareae Episcopus.

In ~~loco~~ ~~Eus~~ fragmento S. Theophili Caesareae Episcopi ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro V. Capite 25.

Pag. 154. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται) Codex Regius Parisiensis pro: γὰρ, habet: δὲ; Codex Medicaeus autem: τε.

Zacchaeus.

In loco Praedestinati ex Libro I. Capite II.

Pag. 160. Sed hominem vere natum) Codex Augiensis habet: = verum natum. =